fuit, testamentum uitio dari, ut ex cõmuni opinione resoluit Corneus consilio 232. nu. 1. lib. 1. Vnde testam. ad pias causas factum coram septem testibus reuocatur per secundum factum ad pias causas coram duobus testibus. ita Paulus consi. 327. dubium lib. 1. Ias. in l. si ita scriptum. num. 29. ff. deleg. 1. Alex. cons. 146. uiso. lib. 2. ut refert & sequit Cobas Rub. ubi supra, cui adde ipsum Alexan. consil. 105. nume. 6. lib. 4. & consil. 163. numer. 2. lib. 7. Parisi. consil. 34. lib. 2. num. 4. ℘ si tres fratres simul fecerunt testamentum per unum, vel dũos eorũ, an tale testamẽtum possit reuocari disputat Philippus Corneus post alios, quos refert in consil. 159. num. 1. lib. 4. qua in re nos in hac sumus sententiam, vt reuocari possit, & in eo tantum quæstio erit, an quoad partem, & hereditatem tantum reuocantis, vel reuocantium id testamentum reuocatum videatur, an etiam & quo ad hæreditatem, vel hæreditates illius, vel illorum, qui non reuocauerant, & magis esse videtur, vt quoad eos firmum manſit testamen. quasi tot testamenta esse videantur, quot erant personæ testantiũ arg. l. Licet. C. De pactis l. Scire debemus in pr. ff. de verb. oblig. qđ intelligo, siue reuocatio fieret in uita omnium, siue etiam post mortem alicuius, vel aliquorum ex eis. facit, quia alias non esset libertas in testõ reuocando. quod esset contra l. si quis in principio testamẽti. ff. delega. 3. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. oblig. cum ibi late traditis. l. Pactum, qđ dotali. C. de pact. l. Pactum dotale. C. de collatio. vnde cum illustris Comes de la Gomera, & eius vxor ex bonis communibus maioratum denuo, & simul in eadem scriptura in persona filij maioris natu constituissent, & post mortem mariti uxor maioratũ reuocasset dubitabatur, an reuocatio valeret, & casu quo ualeret, an teneret, quoad partem tantum reuocantis, an etiam quoad partem coniugis. & quidem reuocationem ualere respondi per prædicta, & per l. Taurinam. 44. quę incipit El que hiziere. Talé autem reuocationem tenere, quoad partem tantum reuocantis, non ét quoad coniugis portionem, de quo per doct. in d. l. licet, limita, ut non procedat, quando de mandato utriusque coniugis commissarius faceret testam. nam tunc cessaret reuocatio ab eodem facienda, argumen. Taurinę. l. 35. cũ præc. & seq. monachus vero testam. ante monachisinum factum reuocare non potest. ita Abb. num. 61. in c. in præsentia de prob. Ang. & Imol. in l. 1. ff. de testa. Ias. in auth. si qua mulier. num. 27. C. de sac. eccl. Decius in d. c. in præsentia num. 63. Denique testam. non solum per posterius testam. solenne, aut non solenne factum ab eo, qui liberos habebat, infirmatur, vt placuit Alexandro in consil. 104. lib. 2. sed etiam si simpliciter declarasset se nolle testamentum suum valere, prius testam. quasi fauore liberorũ infirmaretur secundum eum, vt sic isto casu non habeat locum, sed limitentur. l. Militis codicillis. §. Veteranus. ff. de mili. testam. & §. ex eo. Inst. Quibus modis testa. infir. l. fi. ad finem & l. proxime. ff. de his, quę in testamen. delentur. & quæ late tradunt Parisius consil. 35. lib. 2. num. 14. & Corneus consi. 39. lib. 2. & consi. 149. num. 6. lib. 2. & idẽ Alex. consi. 159. nu. 5. lib. 7. quæ. ll. generaliter uolunt, etiã si testator expresserit se nolle ut primum testamentum valeat, adhuc valiturum esse, nec ullibi legitur id cessare fauore liberorum, uel aliorum ab intestato uenientium. Quinimo id esset contra generalitatem. d. §. Veteranus. & d. §. ex eo. maxime cum rari sint homines, qui nõ habeãt, aut habere possint legitimos ab intestato hæredes & nihilominus dicta iura generaliter disponunt, quod tale testamentum non desinit ualere, etiam si testator expresserit, quòd id reuocare uolebat, & reuocabat, & etiã si adierit, quia ab intestato mori malebat, & licet liberorum fauore cum solennitate testandi dispensatum reperiatur, tamen non reperitur dispensatum in specie nostra. itaq; satis, superq; esse debet, si posterius testamentum minus solemne fauore liberorum cũ duobus testibus & valeat, & superius testamentum infirmet, absque eo quòd etiam denuo introducamus, ut etiam si pater familias nullũ posterius testamentum perfecerit. aut etiam inchoauerit, sed solo uerbo prius testamentum infirmum esse iusserit, ex eo solo infirmetur, ex capite nostro hanc specialitatẽ introducentes, & eam alteri specialitati superaddẽtes cõtra. l. 1. C. de do. promiſ. Vnde apparet suspectum esse, quod idem Alex. con. 159. num 2. nu. 9. lib 7. scripsit, quòd non refert nudis uerbis, an cancellatione prius testamentum infirmetur. nam id uerũ non esse constat ex. d. §. Veteranus, & d. §. ex eo. iuncta. l. 1. cum duabus sequẽtibus. ff. De his. quæ in testa. delentur. & inter cancellationem, & nudis uerbis factam testamẽti reuocationem, est ratio non inelegans differentiæ, quam suprà exposuimus. §. 11. Apparet etiam, an uerum sit, quod Corneus. consi. 31. nu. 17. lib. 2. scripsit. firmans superius testamentum per posterius minus solenne non infirmari etiam de consensu liberorum. etenim testamenti factio publici iuris est, quod non subiacet liberorum, aut priuatorum arbitrio. l. 3. ff. de testam. iuncta. l. Priuatorum. C. De iurisdi. omnium iudi. l. Ius publicum. ff. De pact. ficq; si posterius testam. minus solenne etiam eam solennitatem, quę inter liberos desideratur, non habebat, non quidem ualebit, & longe minus superius infirmabit ut. dd. ll. ẽ. all. ℘ si solennitatem tãtũ, quæ inter liberos sufficere solet, habebat, sed liberi in eo scripti non fuerunt (forte enim erant emancipati, uel naturales tantum) & tunc similiter id testam. nõ tenebit, & longe minus superius uiolabit etiam de consensu liberorum, ut diximus. Quòd si in tali testam. liberi scripti fuerunt, sed simul cum extraneis, tunc etiam consensus liberorum nõ efficiet, ut quoad extraneos ualeat iuxta. l. Hac consultissima. §. Ex imperfecto. ff. De testam. l. fi. C. fam. her. sed cum ualeat quoad liberos, prius testam. infirmabitur. & tenet Corne. consi. 174. nu. 6. lib. 2. & consi. 88. nu. 1. lib. 3. Testamentum tamen solenne per minus solenne solet reuocari ex parte, hoc est, quoad legata, quæ nuda uoluntate infirmãtur. l. 3. §. fin. l. Ex parte. ff. De adim. lega. l. Plane. 1. in pr. ff. Delegat. 1. l. Si iure. ff. De lega. 3. quod vt procedat, dic ut plene per Paulum Parisiũ consi. 35. lib. 2. num. 21. testam. tamen posterius tollit superius, etiam si in eo essent instituti filij testatoris per generalitatem legum, de quibus suprà mentionem habuimus, ut plene differit Parisius consi. 34. lib. 2. num. 56. qua ratione idem respondendum erit, etiam si in priore testamento esset instituta causa pia per generalitatem. dd. ll. & quia hi duo casus non est cur non ut in reliquis ita & in hoc parificẽtur. An autem aliquo casu primum testam. per posterius minus solenne factum inter liberos tollatur, tradit plene Parisius consi. 34. lib. 2. num. 45. vltra Alexan. ubi suprà, quod dic ut proxime differemus. denique per posterius testam. solenne relicta in priore etiam pro anima reuocantur ex generalitate. dd. legum, ut resoluit Corne. consi. 21. num. 14. lib. 4. Parisius. d. consil. 34. nu. 33. cũ seq. In summa ut testam. prius per posterius minus solenne, etiam fauore liberorum, nõ infirmari tenuerimus, ita quoque, respondendũ est etiam piæ causę fauore non infirmari per superiorem equiparationem. quod intelligendum est, quando in posteriore etiam ea solennitas, quę ad testamenta ad pias causas sat esse solet, non interfuit, nam si interfuisset, secus esset. Vnde quod Alex. consil. 105. num 6. lib. 4. & consil. 163. num. 2. cum seq. lib. 7. scripsit, in hunc sensum admitti potest, licet simpliciter acceptum suspectum foret. Et primum per posterius infirmari, etiam si prius testam. coram Cæsare factum fuisset, resoluit Cobas Rub. de testam. in rub. parte. 1. fol. 3. idemq; futurum etiam, si prius testam. esset iuratum. nam adhuc per posterius solenne infirmaretur, ut ex communi & uera op. resoluit Cobas Rub. vbi. ẽ. & tradunt communiter doct. præsertim Alex. in l. Stipulatio hoc modo concepta. ff. De uerb. obliga. licet testator periurus fiat secundum eandem communem op. quam nos simpliciter veram nõ esse, licet aliquo casu defendi posset, docuimus. ẽ. & in. §. 18. ex superioribus etiam apparet suspectum esse, quod Guil. Bened. in c. Raynutius. de testam. par. 1. fol. 179. nu. 88. scri-

10 *Resolui an testa. a plu ribus simul factum possit ex uolũ tate unus.*

11 *Maioratum à uiro, et ux re simul fa ctum alter u ter sine uocare, si fie bat per mo dũ ult. uol.*

12 *Monachus non põt re uocare suũ testa.*

13 *Resolui nõ potest testa. solo uerbo, etiam fauo rem liberorũ contra Alex. & alios.*

14 *Cancellatio ne, an nudis uerbis resol uatur testa. diff. est con tra Alex.*

15 *Liberorum cõsensus nõ prodest ad testa. reuocandum.*

16 *Resoluitur testa. prius p posterius non solemne quoad partem.*

17 *Resoluitur prius per po sterius te sta. & si in priore esset scriptus fi lius, aut pia causa*

18 *Animæ fa uor non im pedit, quin prius testa. posteriore tollatur.*

19 *Piæ causæ sufficiens so lemitas in posteriore te sta. interue niẽs tollit te sta. superius solemne.*

20 *Principis in teruentu fa ctum testa. tollitur po steriore.*

21 *Iuratum te sta. posterio re tollitur.*

22 *Resoluitur prius per po sterius test. & si in prio re esset libe ri scripti.*

28. ſcripſit firmans teſtament. poſterius etiam ſolenne non tollere prius teſtam.in quo filij erant ſcripti, niſi de ipſis fieret expreſſa mentio.quod eſt contra generalitatē, d.§.poſteriore cum conc.ſ.all. & contra ea,quæ ſupra diximus. Idemq; ſi teſtator coram teſtibus ſeptem dixerit ſe nolle teſtamentum ſuum ualere,& præterea adiecerit, ſe inteſtatum velle mori,an reuocetur teſtamen.diſputat Cornelius conſil.174.num.3.lib.2. qua de re nos firmamus eſſe tex.in d.§.Veteranus. qua de re per Pariſiū conſi. 46. num. 19.lib.3.& Decius conſi.264.num.1. Guiliel. Bened. in d.c.Raynutius par.1.fol.181.num.9.And. Tiraq. in.l.Si vnquam.C.De reuo.don.pag.271.nu.256.verum licet poſtea hæreditas adita non fuerit, tale teſtam. non definit ualere,quoad hunc effectum,ut prius teſtam.infirmatum eſſe intelligatur,ut per d.§.Poſteriore cum conc.tradunt doct.ibi & Alex conſil.37.num.1.lib.1.& conſi.87. num.2. lib.3.& Benedictus ubi ſupra pag.181.par.1.nu.7. in ſumma teſtamētum,q̄ filij ſui prēteritione uitio datur, & filij emancipati prēteritione periclitatur turpitudine ipſorum, quemadmodum ſuſtineatur docet eleganter Emanu.a Coſta in.l.Gallus.§. & quid ſi tantum.parte.3. num. 170.cum.30.ſeq. vbi etiam quo modo per ipſorum ingratitudines ſuſtineatur.& aliquid per Alex.conſi.57.num. 2. lib 4.& an teſtam per monachiſmi ſuperuētū infirmetur, tradit plene Cobas Rub. de teſtam. in c.2.nu.5. cum ſeq. ubi etiam diſputat, an filij ſtatim poſſint petere legitimā, & an ſuperius teſtam.per poſterius,uel per uolūtatis mutationem ſuaſu agnatorum factam infirmetur, quando in primo erant ſcripti legitimi hæredes, tradunt plene Decius,& alij per eum relati conſil.489.nu.1. hoc autem expeditū eſt teſtamē. longe facilius,quam actus inter uiuos reuocari,ut per Andr. Tiraq. in l.Si unquam.C. De reuo. don.pag.108.num.52.& pag.178.nu.181. vbi docet quāto facilius teſt.quā donatio reuocetur.teſt. vero ſolenne q̄ reuocetur per poſterius minus ſolenne factum ad pias cauſas,communis op.eſt.ut per Corn.conſi.55.lib.4.num. 1. quod intelligo dummodo adſit ſolennitas neceſſaria in teſtamentis ad pias cauſas. & an ſuperius teſtam. per inferius, in quo erant teſtes tantū ad perpetuam rei memoriam,tollatur,tradit Corneus conſi.157.lib.4.num 1.

Caſus tertius. Teſtamētum ſolenne tollitur per poſterius teſtamentum ſimiliter ſolenne, etiam ſi primum teſtam.eſſet conditum in ſcriptis,poſterius uero eſſet nuncupatiuum per generalitatem. l. Hæredes palam in pr. ff. De teſtam.§.fin.Inſt.de teſtam.l.Hac conſultiſſima.§. Per nuncupationem.C.De teſtam. iuncto. §. Poſteriore Inſt. quib.mo.teſtam.infir.l.Si quis priore.ff.Ad Treb. cum ſimi.& in ſpecie reſoluit plene Alex.conſil.105.nume.1.lib. 4.id quod iure regio difficilius videtur, cum eo iure longe maior ſolennitas in teſtamento in ſcriptis,quām in teſtam.nuncupatiuo requiratur,ut in l. 3. Tauri. iuncta. l.1. tit.2. delos teſtam.libr.5. ordi.adhuc tamen. idem & iure regio tenendum eſt. nam & iure communi maior ſolennitas in ſcripto,quām in nuncupatiuo deſiderabatur.l. Hac conſultiſſima.C. De teſtam. in pr.iuncto.§.fi.eiuſdem legis.ergo.&c.

Caſus quartus,teſtamentum ſuperius ſolenne tollitur per inferius,etiam ſi in ſuperiore eſſet clauſula derogatoria, ſi tamen nominatim etiam illius clauſulæ facta fuit mentio in teſtamento poſteriore. iſta eſt uera,& communis op.quam tenent Bar.& omnes,præſertim Alex.& Iaſ. in utraq; lectione in l.Si mihi,& tibi.§.In legatis.ff De lega.1.plene Bar.in.l. Si quis in principio teſtamenti,per illum tex.ff.de lega.3.Alex.Corneus, Iaſ. & alij in l.Sancimus.C. de teſtam. Intellige tamen, quòd ſi in poſteriore teſtamento dixi,pœnitet me prioris uoluntatis, & nihil vltra adieci, adhuc nominatim à priore voluntate, quæ clauſulam derogatoriam habebat, receſiſſe non videor. quòd ſi adieci pœnitet me prioris uolūtatis, & uolo hāc poſteriorem uoluntatem, & diſpoſitionem ualere, tunc ſuperior euaneſcit, & poſterior ſola ualebit.vtrunq; uolunt Bar.num 8.& ibi reliqui in.d.l.Si quis in principio teſtamenti.ff. De lega.3. quid autem,ſi priore teſtamento cū clauſula derogatoria facto, poſterius teſtam. feci,in quo poſui clauſulam generalē caſſans, & irritans &c. an prior illa clauſula derogatoria ſublata videatur? Et ſunt,qui uelint ſublatam eſſe,quando vnicum tantum teſtam.præceſſerat quaſi tunc ſatis nominatim facta ea reuocatio videatur,eo ipſo quòd ad illum tantum teſtam.referri poterat, & ſic per relationem ad aliud certa & nominata videatur reuocatio. arg. in ſimili in. l. 2. C. De li. & poſth. §.Nominatim.Inſt.de exh. lib. quòd ſi plura teſtamenta præcederent, tunc diuerſum foret. qua de re plene per Iaſ.in.d.l.Sancimus,& melius per Alex.conſi.25.num.2.li. 3. Quòd ſi in clauſula derogatoria præcedente adiectum erat,vt poſterior uoluntas non ualeret,niſi in ea apponeretur illa dominica oratio pater noſter &c.an rumpatur, & reuocetur per poſteriorem uoluntatem, in qua ſolum eſſet clauſula generalis caſſans,& irritans &c. tradit plene Corne.conſi.174.num.1.lib. 2. denique ea clauſula derogatoria,ſi quādo talem hæreditatem adiero, proteſtor metu me id feciſſe,ſi poſtea adiui hereditatem in continēti, an ipſo iure liber ſim? & quid ſi adiui ex interuallo? & quid ſi nullam habebam iuſtam cauſam ſuſpicandi me compulſum iri? Tradit plene Iaſ. poſt alios in l. Qui in aliena.§.fi.col.4 ff.De acq.hæredit. & de ſimilibus proteſtationibus plene per glo. in l.2. verbo conteſtatione.C. De his,qui per metum iudi.gl.in l.In omnibus.ff.De reg. iu. gl.in c.fi.gl.1.de appell.gl.in c.cupientes.de elect.lib.6. Bar.in.l.De pupillo.§.Si quis ipſi prætori.ff. De ope.nouinun.Alex.ibi,& in.l.Qui in aliena.§.Celſus.ff. De acquir. hær.Bal.& idem Alex.in.l. Properandum.§. Sin autem.C. De iudici.Cauretus conſil.113.Ioanna filiam.col.2 Socinus conſil 4.ſuper queſtione lib.3. Fernandus Loazes in conſilio pro Marchi. de Velem, dubitatione. 1. ad finem.

Caſus quintus. Teſtm, ſuperius etiam ſi habeat clauſulam derogatoriam,tollitur per teſtam. poſterius etiā minus ſolenne per lapſum decennij,ut ſic.l.Sancimus.C.De teſtam.dum loquitur ſimpliciter,induxitq;,vt prius teſtamen.firmum per poſterius etiam minus ſolenne tolleretur,accedente decennij curſu,extendatur,ut procedat,ēt ſi prius teſtam haberet clauſulam derogatoriā. quod puto uerum, quia non tam extendi,quā re uera id comprehendere in ſui generalitate uidetur. & ſi recte aduertis, utrobique par ratio eſt,cum tempus tam efficax & potēs ſit contra teſtamen.quod habuit clauſulam codicillarem, quām contra illud, quod eam non habebat. & ita in ſpecie tenent Bal.Fulgoſius,& Paul.Caſtr.in.d.l Sancimus.licet contrarium tenuerit Aretinus,& Iaſ.ibi.Sed priorem partem tenet idem Bal.conſi.40.ſicut ſapientiſſime li.2.& conſil.15.viſo lib 3.ut refert Andr.Tiraquel.de prēſcript. §. 1. gloſſ. quarta. ad finem, qui neutram partem elegit. In ſumma,teſtamen.ſuperius habens clauſulam derogatoriam expreſſam,uel tacitam (quę induci eo ipſo uidetur, q̄ iuratum fuit) non tollitur per poſterius teſtam.in quo teſtator generaliter diceret,non obſtante quocunq; alio teſtamento à ſe facto, & quęcunq; verba derogatoria habente, & etiam ſi adijceret, quia ea omnia pro expreſſis haberi uult,ut ex cōi opinione firmat Feli. in c.accedētes de prēſcrip.& Cobas Rub.de teſtamētis par. 2 nume.20. His proximum eſt,q̄ verba derogatoria ad cōtractū efficiunt,ut contractus poſtea factus non ualeat, ſi fit in contrarium,niſi in eo fiat mentio illius clauſulæ,& proteſtationis derogatorię.ita gl.in l.Pacta nouiſſima.C. de pac. eſtq; communis op.ſecundum Curtium ſeniorem ibi nume.24. Contrariam tamen partem,ut ea proteſtatio non impediat ualiditatem poſterioris contractus, tenent ſub quadam diſtinctione Butrigarius, & Bart.in.d.l.Pacta nouiſſima. & hæc pars regulariter uerior eſt per.d.l. &.l. Si quis in principio teſtamenti. ff. de lega. 3. ſed prior pars tuenda eſt,quando pars aduerſa expreſſim,uel tacite cōſenſerat in illa proteſtatione, uel clauſula derogatoria.

Caſus ſextus.Teſtam.q̄d ab initio ualuit,poteſt interdum poſtea infirmari per codicillorum interuentum, licet

23 *Verbis non reſoluitur prius teſta.*

24 *Monachiſmus an infirmet teſt.*

25 *Reſoluitur prius teſta. p poſterius ſuaſu ſcripti hæredis factum, nec ne.*

26 *Teſta. facilius tollitur, quām actus inter viuos.*

27 *Teſta.poſterius habens ſolum teſtes ad perpetuā rei memo. an tollat ſuperius.*

28 *Reſoluitur teſta.in ſcriptis per poſterius nuncupatiuum.*

29 *Reſolui poteſt ſuperius teſta. ēt ſi hēat clau. derog.per inferius teſt.*

30 *Clauſula de*

rogatoria poſita in priore teſt. an poſteriore clau. generali reuocetur.

31 *Proteſtatio contraria ſi ēlo illico ſequenti an proſit.*

32 *Teſta. iuratum non tollitur poſteriore teſta. ſimplici.*

33 *Clauſula derogatoria an noceat cōtractui ſequenti.*

34 *Pupillare testa. an codicillis tolli possit, ingens quæstio.*

cet enim regulariter hæreditas neque dari, neque adimi codicillis possit. l. 2. C. De codicillis. §. pe. Inst. eod. tit. tamen si codicillus fiat à patre inter liberos, diuersum est. nam tunc per codicillos potest superius testam. infirmari. quale esset cum in superiore testamento extraneum quendam filio impuberi substituissem, deinde in codicillis inter liberos factis, illo substituto reuocato, aliū substitutum dedissem pupillarem. valeret enim hęc posterior substitutio pupillaris, superiusque testam. pupillare euanescceret. ita tenent Barto. in l. Hac consultissima. §. Si quis autem. C. De testa. Bar. & Cumanus in. l. 2. ff. De ini. rup. Fulgosius, & Paulus Castr. in. d. §. Si quis autem. idē Bar. in l. Militis codicillis. ff. De mil. test. per illum text. Alex. & Ias. col. 3. in. d. §. Si quis autem. Aretinus in auth. hoc inter liberos. C. De testam. Bened. in c. Raynutius de testa. verb. testam. 1. colu. Alexan. consil. 146. lib. 2. & consilio 104. colum. 2. eod. lib. Boerius, Deci. 241. numero. 2. Contrariam partem, ut nec testa. pupillare posterius codicillis à patre factum inter liberos (inter liberos intellige, quando aliquis ex liberis testatoris erat substitutus pupillariter) ualeat, nec tollat, aut infirmet priorem substitutionem pupillarem de extraneo factam, tenent Bal. Angel. Sal. & Corneus in. d. l. Hac consultissima. §. Ex imperfecto. Imola in. d. l. 2. ff. De ini. rup. Romanus consilio 179. colum. 3. qui hanc dicit communem opi. contra Bart. Pro hac parte facit. l. Non codicillum. C. De testam. l. 1. ff. De iure codi. nam eo ipso, q̄ testator fecit pupillarem directam, apparet eum uoluisse facere testam. non codicillum. ergo ea substitutio neque ualebit ut testamento facta, quia defuerunt solennia, neque ut codicillis facta, q̄a defuit voluntas. non enim voluit codicillari, sed testamē tum facere. Sed veritas est, q̄ quantum ad testa. inter

35 *Intell. l. fi. C. fam. her. et l. Hac cōsul ibi. §. Ex imperfecto. C. de testa.*

liberos, merum ius gentium spectatur, & exacta, atque scrupulosa testamentorum obseruatio tam cessat, quam si re uera introducta nunquā à lege ciuili fuisset. vt voluit. l. fi. C. Fami. her. & d. §. Ex imperfecto. vnde ut in actibus inter uiuos illa voluntas, quę duobus testibus probatur, legitima quo ad ius gentium erat. l. Conuentionum. &. l. Conuentiones &. l. Iuris gentium in pr. cum ibi plene not. ff. De pact. ita & id testam. inter liberos firmū est, si voluntas duobus testibus probetur. siue eam codicillū, siue testam. siue etiam epistolam testator appellauerit. d. l. fi. ibi siue codicillus, siue epistola. vnde etiam si id per

36 *Testam. inter liberos est testatio mentis.*

epistolā ad absentes missam testator significasset tantundem erit, ut ibi. & cum inter liberos fit testam. nihil aliud tale testam. esse intelligendum est, quam quędam voluntatis & mentis nostræ testatio, seu declaratio, quæ utcunque fiat, uim testamenti habet. argum. in pr. Inst. de testa. dum ait testamentum dici posse quæcunq; mentis testatio, seu significatio. & id mihi visus est sensisse imperator in. d. l. fi. dum ait, siue codicillus, siue epistola esse memoretur, quasi vltimam dispositionem a patre inter liberos factam nihil omnino referat vtrum eam appellauerit testa. an codicillum, an epistolam. nam in omnibus casibus tantundem par, idemq; erit, ex integroq; seruabitur, ut sic

37 *Militis par potestas in codicillis, & in testam.*

de nomine controuerti otiosum, & inane fuerit. denique ut quibuscunque uerbis, uel inditijs militis de voluntate illuxerit, ea seruāda ex integro est. l. 1. l. Diuus. ff. De mil. testam. §. Planè. & in pr. Inst. eod. l. 1. &. l. 2. &. l. Milites. C. eod. ita & quibuscunque verbis patris voluntas vltimam

38 *Patris inter liberos vlt. disp. eiusdē seruatis est, sia codicil , ac si sie in testa.*

dispositionem inter liberos facientis apparuerit, obserua ri iubetur in. d. l. fi. ibi quibuscunque verbis. & rursus ibi quocunque modo hoc amplius etiam indiciis collecta ex integro seruari iubetur, ut ibi uerb. indiciis. diuersa enim nomina, quę sunt inter testam. & codicillum, propter diuersos effectus istarum dispositionum, & reperta fuerūt, & obseruantur. l. Si idem supra all. iuncto prin. Inst. de codicillis, sed cum vltimę dispositiones à patre factæ inter liberos parem, q̄ualemq; uim habeant eas uno, eodēq;, an uero diuerso nomine appellaueris, nihil intereſt. itaq; ut militis codicillis facta substitutio directa, siue illa uulgaris sit, siue pupillaris, siue alia quęcunq; tam iure directo, & ex integro valet, quàm valeret, si testamento facta esset. d. l. militis codicillis in pr. ff. De mil. testam. ita quoque & patrisf. ultima dispositio, vel pupillaris substit. tam ex integro, & iure directo ualet, cum sit in codicillis, quā valeret, si testamento fieret, sicq; tale pupillare testam. superius testam. pupillare infirmat ex regula. d. § Si quis autem. &. §. Posteriore. Inst. quib. mo. test. infir. l. 1. &. 2. ff. De iniust. rup. l. Sancimus. C. de testam. & huic nostrę interpretationi multum accedit. l. 1. tit. delos testam. lib. 5 ordi. quæ iussit testam. sine hæredis institutione ualere, non secus quam si hæredis institutio interfuisset. Vnde iure regio hæc pars, quam tuemur, iustior erit, quam & in terminis iuris cōis veriorem puto, & forte receptiorem. Quid tamen si nepotem ex filia substituissem? an cū ille sit extraneus à suitate, videatur etiam extraneus, quoad hoc, ut non ualeat testam. minus solenne, vel pupillare testamen. in terminis, de quibus supra. arg. §. Ita demum. Inst. de hær. abin. id quod tenuit Barbatius consil. 88. col. 3. per auth. de testam. imperf. in pr. Sed in contrarium (ut ad descendentes ex filia, non aliter atque ad alios ex filio descendentes pertineat. d. §. Ex imperfecto. & d. l fin.) est vera, & communis op. quam tenent Albericus, Paul. Castr. Alex. & alij communiter in. d. §. Ex imperfecto. hancq; dicit veram, & communem op. Boerius decisi. 241. numero. 3. per generalitatem. d. l. fi. &. d. §. Ex imperfecto. plene, & not. Socinus in. l. 2. col. 5. ff. De uulgari arg. l. Sed si hac. §. Liberos. ff. De in ius uocando. amplia not. vt procedat etiam quoad liberos exhæredatos secundum Alex. col. 2. in. d. § Ex imperfecto. Benedictus de testam. in c. Raynutius. uerb. testam. 1. num. 72. & Boerius ubi suprà quod puto verum quasi ius exhæredandi per uocationem sequutam remissum intelligatur, arg. §. fi. Inst. de iniuri. l. Filio quem. ff. De lib. & posth. amplia, ut procedat etiam in filia dotata, quę ex forma statuti non succedebat patri ab intestato secundum Alex. & Boerium, ubi supra post Fulgosium in. d. l Hac consultissima. §. Per nūcupationem. quod puto verum per generalitatem. d. §. Ex imperfecto. &. d. l. fi. sed quod Ale. Boerius, & Fulgosius ubi supra post Bar. in. l. 2. §. Sciendum. ff. De suis. & legitimis hær. & Bald. in. l. fi. ad fi. C. de lib. prēter. aiunt talem filiam ex ui illius statuti amisisse suitatē, id nullo colore defendi potest, estq; contra l. Pap. §. Si ex causa. uerb. suus. ff. de inoff. testam. l. fi. versi. qui si neminē. ff. De cond. inser. l. Conditionibus pupillus. Verbo, iure patrię potestatis, ubi Soci. in simili. ff. De cond. & dem dixi supra in simili §. 21. num. 211 & nume. 212. & num. 213. Sicq; si talis filia à patre esset hęres instituta, continuo post mortem patris iure suitatis hęreditatem acquireret absque aditione. rursus si intesta tus pater decederet, & fratres istius filię uiuo patre decederēt, ipsa iure suitatis hęreditatem patris acquireret vt. dd. ll. ergo non fuerat eius suitas extincta. nam si esset, nō renasceretur. l. Inter stipulantē. §. Sacram. ff. De uerb. oblig. §. 1. Inst. de inut. stip. l. Qui res. §. areā. ff. de soluti. diximus in simili. ſ. §. 19. num. 50. & nu. 63. & nu. 37. & nu. 56; Quid autem si coràm quinque, uel sex testibus feci testa. inter liberos, in quo legata extraneis reliqui, an ualeant legata mouet quęstionē, quia per. d. l. fi. &. d. §. Ex imperfecto. tale testamentum minus solēne dicitur esse nullum quoad extraneos per contrarium ut ualeat, tenuit Paul. Cast. consil. 93 uiso dicto testamēto in uolumine antiquo. & consi. 97. eodē uol. ut eum refert, & sequitur Nicolaus Boerius decisione. 24. col. fi per. l. Si pater §. fi. ff. De fideico. lib. & quia coràm testibus quinque possum legata relinquere, licet aliud in institutione hæredis. l. fi. C. De do nat. cauſ. mor. l. fi. §. fi. C De codi. cum simi. sed nihil est, nā quando codicillum, vel quancunque aliā ultimam dispositionem facere volui, sufficiunt quinque testes, vt ibi. cæterum si uolui facere test. quinque testes non sufficiunt, vt ea dispositio valeat, vt testam. quia deest solennitas. l. Si ueritas. C. De fideicom. l. Nemo potest. ff. Delega. 1. non quoque ut ualeat quasi codicillus, quia deest uoluntas. testamentum enim, non codicillum facere animus erat, idq;

39 *Testa minus solenne ualet, etiam quoad nepotes ex filia, cum cōi opi. contra Bart.*

40 *Test. minus solenne inter liberos etiā exhæredatos ualet.*

41 *Test. et minus solenne ualet inter filias, quæ ex forma statuti, patri non succedunt.*

42 *Suitas non extinguitur in filia, quæ ex forma statuti succedere non potest patri abnt. contra Fulgo. Ale. Boerium.*

34 *Testa. corā quinq; testibus factum inter liberos, an ualeat quoad legata extraneis relicta, egre gia q.*

idq; nuncupatim, vt nobis videtur, probatur in l. 1. ff. De iure codi. & nor. d. l. Si veritas. & in. d. l. Si idem. C. De testam. facit. l. Si iure. ff. Delega. 3. & tex. notab. in. l. fi. ff. De her. inst. qui pro utraque parte adduci potest. l. fin. C. De fideicom. §. fi. Inst. de fideicom. hæred. & quæ plene tradunt Bar. in. l. 1. ff. De iure codi. idem & reliqui omnes in l. 1. §. Si quis ita. ff. de verb. obliga. Ergo si constat patrẽf. testam. facere voluisse inter liberos cum quinque, uel sex testibus legata extraneis relicta sine dubio peribunt, uel nulla erũt per generalitatem. d. l. fi. C. fam. her. & d. §. Ex imperfecto. idemq; si id ex argumentis, aut coniecturis colligatur. d. l. Si idem. per generalitatem. dd. ll. & per alia iura. supra all. q; si codicillum, vel aliam ultimam uoluntatem inter liberos facere uoluisse constet, ficq; nullam fecit heredis institutionem, aut substitutionem directam, tunc sustineri potest Pauli, & Boerij op. ut legata extraneis relicta ualeant. ergo quod supra diximus, q; quando testator inter liberos fecit ultimam dispositionem, nihil refert eam testam. an codicillum, vel aliam dispositionem appellasset, quasi semper iure directo, & ex integro ualeret, verum est nihil referre, quoad ipsos liberos: potest tamen referre, quoad extraneos ibi adiunctos. quod nota, quia raro sic inuenies dilucidatum.

44 *Testari, an codicillari pater. inter liberos uoluerit, nil refert, nisi quo ad extraneos, noua declaratio.*

Casus septimus. Testamen. quod ab initio ualuit postea infirmari potest per aliam. vltimam dispositionem, et si nuda sit, & informis, minusq; solennis fauore parentũ, qui in tali posteriore vltima dispositione inuitati, & honorati essent. valeret enim posterior, & superius testam. infirmaret, non secus quam si in tali posteriore minus solenni testamento liberi essent honorati per l. fi. C. fam. her. & d. §. Ex imperfecto. extendo ea iura de liberis tantum loquentia ad parentes. argumẽ. l. Nam & si parentibus cum simi. ff. de inof. testa. ita tenet Curtius iunior in d. §. Ex imperfecto. num. 4. quem sequitur Nicolaus Boerius decis. 240. ex processu moto. num. 22. col. fi. Vterque tamen fatetur in contrarium se habere communem opi. doctorum existimantium dicta iura ad parentes non esse extendenda. ita tenent speculator de instr. editi. §. compendiose col. 12. versi. quid si filius in minus solenni testamento. Bal. & Sali. in d. l. fi. Alex. col. 2. & Iaf. fall. 4. in. d. §. Ex imperfecto. & alj plures relati per Boerium ubi s. asserentes, q; si filius in testamẽto minus solenni parentes, aut parentum aliquem hæredem faceret, id testamentum non ualeret. quę op. verior est per generalitatem. d. l. fi. & d. §. Ex imperfecto. & quia utrobique expressum est beneficio & dispensatione illorum iurium nullum uiuentium gaudere præter liberos testatoris, ergo &c. & quia in parentibus non est par ratio, vt in liberis, quia nõ tam debita est liberorum successio parentibus suis, quam liberis parentum. l. Scripto. ff. vnde lib. & d. l. nam & si. ideo emancipati preteriti rumpunt ex toto parentum testam. per totum. C. & ff. de bo. po. cõtra tab. §. Emancipatos. Insti. de exhær. lib. l. Vt liberis, uerbo rescisso. C. de collat. l. is, qui in potestate, in pr. verbo, rescindũt. ff. de leg. prę. declarant Paul. Alex. Areti. Corneus, Iaf. & Curtius iunior in. l. fi. C. de bo. po. contra tab. at parentes ab emancipatis filijs præteritis eorum testamẽ. usque ad legitimã tantum portionem ad similitudinem patronorum restim dunt. l. 1. & per totũ. ff. Si à parente quis fuerit ma. in summa leges tunc demum ad casum improprium extenduntur, quando is casus à legislatore ideo pretermissus fuit, q; uerosimiliter de eo non cogitauit, nõ pretermissurus, si de eo cogitasset, vel quando eadẽ ratio ex æquo vtrobique erat, ut per gl. ibi, & ubique communiter app. in. l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. facit tex. egregius in. l. 3. C. de inof. test. & quę plene per Bar. & alios in. l. omnes populi. ff. de iust. & iure, sed in nostro casu longe abest ab omni uerisimilitudine, q; legislatores cum tale priuilegium liberis concesserũt, obliti essent de parentibus, ergo si voluissent, expressissent. & ideo id nõ expressisse intelligendi sunt, q; noluerunt arg. §. Sin aũt ad dificientis. C. de cad. toll. & tãdẽ erubescimus, cũ sine lege loquimur. l. illã. C. de collat. sed id nulla lege cautũ est, ergo, &c. huic simillima est illa cõis op. quæ habet, liberis ab hæreditate parentum abstinentibus, & si permissum sit abstensionem suam posse reuocare intra triennium, & ad parentum hæreditatem omissam redire l. fi. C. de rep. hære. id tamen parentibus non licere, qui si semel ab liberorum hæreditate abstinuerunt, amplius ad eam reuerti ad eam non possunt. ita tenet glo. in d. l. fi. quam sequuntur communiter Doct. ibi. præsertim Bal. Sali. & Corneus, & alibi plenius docemur. Illud autem non est prætermittendũ, q; si duo essent testamenta, nec utrum eorum prius, an posterius factum fuisset, appar. ret, tunc illud, in quo sunt legata ad pias causas, posterius præsumitur, ficq; altero repulso substinebit. ita Romanus in auth. similiter. 12. speciali. C. ad legem fal. Socinus regula 310. in 33 priuilegio. Iaf. col. pe. & Philippus Decius col. fi. in l. fina. C. de edicto diui Adriani toll. Andreas Tiraq. de priuileg. piæ causæ. priuilegio 35. Barbatius in c. relatum col. 18. de testam. argum. l. 1. C. de iure fisci c. fi. de re iud. c. de his de priuilegijs. l. sunt personæ. ff. de religio. quanuis regulariter talia testaméta se inuicem confundant, & impediant. l. 1. §. non aũt ubi glo. & Bar. ff. de bo. poss. secundũm tab. d. l. fi. ubi glos. & Doctor. C. de edicto diui Adriani. facit. l. eum, qui. ff. ad Treb. l. Si ita fuerit. ff. de rebus dub. & q; posterius id præsumatur, in quo pia causa reperitur honorata. ampliatur, ut procedat, etiam si in rerum hæreditariarum possessione esset ille, qui in altero testamẽto institutus fuerat. ita Decius ubi s. col. fi. argum. c. fi. de re iudi. l. Inter pares. ff. eod. tit. sequitur Andreas Tiraquellus ubi s. id quod non satis tutum est propter tex. in. § Commodum Inst. de interdictis. l. 1. l. actor qđ asseuerat. C. de probat. l. qui accusare. C. de edẽdo. & quia cum partium iura sunt obscura, reo fauendum est, potius quam actori. c. cum partium de regulis iuris lib. 6. l. Arrianus. ff. de act. & obliga. c. in pari. de reg. iur. lib. 6. quæ iura utpote generaliter disponentia comprehendunt res, & causas, & personas utcunque priuilegiatas, si ea in re, qua de agitur, non reperiuntur habere peculiare priuilegium (prout hac in re in pia causa dilucide nõ reperitur). l. in fraudem in fi. ff. de mil. t. ubi not. Bal. Decius consi. 5. & in l. 1. & in l. Nemo potest. ff. de reg. iu. & in l. Ex testõ. C. unde lib. Tiraquellus de præscr. glo. 11. §. 1. Alciatus lib. 4. Parad. cap. 10. Hactenus quãdo prius testamentum factum esset ad usus ad prophanos, q; si ad pauperes forte Christi, quia pro mea conscientia exoneranda pauperes Christi hæredes scripsi ut in terminis. c. si pater de testamen. lib. 6. tunc id testamentum, & si uellẽ reuocare non possem. ita Andreas Tiraq. ubi s. priuilegio 117 post Angelum, quem refert in. l. cum quis decedens. §. Codicillis in quibusdã lecturis. ff. de legat. 3. Barbatius in. l. Cum acutissimi. carta pen. C. de fideicom. Catelianus Cotta in memorabili incipiẽte, Absenti potest acquiri. & rursus in memorabili, Apices iuris. Bal. s. l. Generaliter q. 10. C. de non nume. pecu. contrarium tamẽ tenet Barto. in d. §. codicillis, & Cynus in d. l. Generaliter q. 10. Bal. in. l. ratione q. 2. C. de proba. & in rep. l. 1. col. pe. C. de sac. eccles. Angelus sibi contrarius in. l. 1. C. de falsa caus. Lanfrancus Oria. in rep. c. quoniam de proba. Bal. in l. fi. C. si à non comp. iud. & consi. 262. suadeo hæred. lib. 3. qui etiam firmant talem confessionem in tali testamento factam posse reuocari. & hæc pars longe uerior est per generalitatem. §. posteriore. Inst. quibus mod. test. infir. l. Si iure. ff. delega. 3. l. 4. ff. de adim lega. l. Certum. §. Si quis absente. ff. de confes. ficta d. l. in fraudem in fi. ibi quia generalis erat illa determinatio. & contrariam partem (iudice me) illi soli sequuntur, qui puerorum, aut anicularũ more sunt miraculorum nimium credulj, nimiumq; amatores, qui ueluti mõstra innumera ad totũ ius ambiguũ, turbidumq; reddẽdum alere uidentur studio mirabilium prodendorum. quid enim si testator, postq; in testamento dixerat se conscientiam læsam habere, comperijt contrariũ nonne ridiculum, & impium non posse mutare testamenta? retenta tamen superiore sententia existimantium pẽitere non

45 *Test. minus solenne factum à liberis inter parentes nõ ualet cum cõi op. contra Curt. iuni. & Boeriũ.*

46 *Lex quãdo extendenda.*

Pia causa honorata in quo testam. est, id posterius præsumitur in dubio.

Duo testamenta se inuicem impediãt, si utrũ posterius esse, non appareat.

Possessionem an pię causę fauor maior sit.

Resolubile an sit testamentum pro conscientia testantis exonerãda.

Pœnitere an liceat in contractu innominato cum ecclesia, uel alio pio loco inito. ardua quæst.

non licere ei testatori, qui pias ad causas testamentum fecit pro anima exoneranda, adde his proximum esse, q & si regulariter in contractibus inominatis re integra locus sit pœnitentiæ. l. 1. l. 3. l. Si pecuniã. in prin. ff. De cõd. cau da. per totum. C. de cond. ob cau. & per totum titulum. ff. &. C. de rerum permut. tamen ea omnia iura limit ntur, ut non procedant, quando innominatus contractus cum ecclesia, uel alio pio loco factus fuit. tunc enim post conuentionem pœnitere non liceret, etiam re integra. ita Bald. in l. Sicut. C. de act. & obligatio. per. l. Si quis pro redemptione. C. de donationibus, & per. l. Si ego. §. 1. ff. de iure dotium. Idem Bald. col. 3. & Salicetus in 13. oppos. in. l. mandatum. C. mandati. Alex. in. l. qui Romę. §. Flauius col. 7. ff. De uerborum oblig. Socinus regula 310. in 17. priuilegio. Contrarium tamen sentiunt Bar. & Aretinus in d. §. Flauius, Romanus. in auth. similiter 18. speciali inter cõtractus. C. ad legem falcidiam per. l. Dedi. §. Idem erit. ff. De cond. causa data, & per. l. Si pecuniam. §. Item si quis dederit eo tit. ubi & si conuenerit inter mę, & te, q seruũ meũ manumitteres, uel etiã si hac de causa illum tibi tradidi, adhuc tamen locus est pœnitentię. at qui libertas non solum pia causa est. l. 1. §. fi. ibi ad hanc pietatis causam. C. de communi seruo manumisso, sed etiam est omnibus rebus siue illę piæ sint, siue profanæ, fauorabilior. l. Libertas omnibus ff. de reg. iur. Vnde Romanus tam in d. §. idem erit. quàm in d. §. Item si quis dederit. tenet fauorem piæ causæ impedimento non esse, quo minus pœnitere liceat. & Calcaneus consi 31. Antonius Paeolarius col. 5. Ias. in d. §. idem erit Andreas Tiraq. de priuilegijs piæ causæ priuilegio 133. Ias. in d. l. Si pecuniam in 4. limito. per Socinum in d. §. Flauius. per Alex. in d. l. si pecuniam. pro hac sententia facit, quia regula est in contrarium, nec exceptio bene probatur quinimo potius probatur contrarium facit etiã, quia dd. leges generales causas utcunque priuilegiatas comprehendunt si in specie, de qua agitur non reperiuntur habere speciale priuilegiũ ut d. l. In fraudem. in fi. ff. De mili. test. ubi ita tenet Bald. Decius in. l. 1. ff. De reg. iur. idẽ Philippus Decius in cons. 5. & iursus in. l. ex testamento. C. unde liberi, idẽ tenet Andreas Alci. lib. 4. Paradoxorum. c. 10. Andreas Tiraq. de præscrip. §. 1. glo. 11.

§. 11.

1 RESOLVITVR *testamentum temporis cursu cum alio adminiculo.*
2 *Naturam ius imitatur.*
3 *Verbis facta fortiora.*
4 *Temporis summa potestas.*
5 *Temporis descriptio.*
6 *Tempus longum dicitur decennij.*
7 *Resoluitur prius testam. habens dausulam derog. per posterius minus solemne lapso decennio cum multis contra Aret. et Ias.*
8 *Testam. à commissario fastum tollitur posteriore testam fasto à mandante, etiam minus solemni. noua declaratio. Idemq; facilius si præteriret decennium.*
9 *Testamenta informia decennio tolluntur cum alio adminiculo.*
10 *Possessio. an decennio perdatur. ardua quæst.*
11 *Resoluitur aliquando nuda uol. test.*
12 *Mandatum præsentans præsumitur esse ille, qui in scriptura nominatur.*
13 *Mandatarius ut desinat posse facere testam. ad requisitionem pro curatoris generalis noua declaratio.*
14 *Procurator generalis superat interdum specialem etiam in sua specie.*
15 *Libertas nostra ex causa potest per Iudicem coangustari.*
16 *Iudex ex causa damna uitandi potest inculpatum uetare, ne à domo ad tempus exeat, cum communi contra Ias.*
17 *Superiori inferior etiam ex causa imperare non potest in uim iurisdictionis contra Fulgos., Loazes, & alios.*
18 *Futuro malo obuiare nullus tenetur in foro contentioso ciuili, si imminet periculum, cum communi.*
19 *Futuro malo obuiare teneor, si nullum imminet periculum cum communi.*
20 *Magistratus tenentur futuro malo obuiare aliter puniuntur cũ communi.*
21 *Magistratus si ad seditionem sedandam non mittit familiam, punitur nisi cum erat impar, cum communi.*
22 *Domini tempor. dis, qui grassatores non propellunt, tenentur ad restitutionem damnorum ab illis datorum.*
23 *Testis si læsit culpa tenetur ad restitutionem siue falsum dicendo, siue uerum reticendo.*
24 *Futuro malo obuiare tenemur in conscientia.*
25 *Dominus tenetur pro famuli delicto, qui potuit obuiare.*
26 *Dominus pro famulorum delictis tenetur, etiam si ea perpetratum iri ignorabat, si tamen sciebat famulos talia facere solitos esse.*
27 *Famulus si domum combussit, quando domini malo cedat.*
28 *Famuli delicto si dominus non obuiauit, cum possit, an ex delicto, an tantum quasi ex delicto teneatur.*
29 *Dominus de iure can. quando teneatur ex delicto famuli, uxoris, & similium, quibus obuiare possit, cum communi opin.*
30 *Delicto futuro, an in foro contentioso teneatur quis obuiare etiam ijs, qui ei non subsunt. ardua quæst.*
31 *Delicto futuro, quod principi, uel reipublicæ imminebat quando teneamur obuiare. ardua quæst.*
32 *Iurisdictionalis potestas, quàm dominica, maior & iustior est.*
33 *Patriæ saluandæ causa periculum subeundum.*
34 *Delicto futuro in conscientiæ foro tenemur obuiare.*
35 *Delicto futuro an obuiare teneamur in foro animæ, etiam si formidemus. ingens pugna.*
36 *Timoris effectus.*
37 *Delicto futuro tenemur obuiare ratione offi ij, & si aliquantulum periculi immineat, nisi sit medela desperata.*
38 *Delicto futuro ab infideli perpetrando an teneamur in conscientia obuiare. ingens pugna.*
39 *Charitas etiam erga infideles.*
40 *Hæreticum an detegere debeamus primum, quàm admoneamus.*

CAVS octauus. † testamentum undique solenne postea temporis cursu potest in firmari. l. Sancimus. C. de testa. quod intellige, si concurrunt alia adminicula, de quibus ibi. id quod satis notandum est. nam cum expressa etiam testatoris pœnitentia, certaq; & indubitata uoluntatis mutatione non infirmatur testam. etiam accedente militis summo fauore. l. Militis codicillis. §. Veteranus. ff. De mil. test. §. ex eo autem solo. Iust. quibus modis testa. infirmẽtur. l. 1. ad finem. ff. quæ in testa. delen. quonam modo tacita uoluntatis mutatione, quæ ex temporis cursu colligitur, ad testam. uiolandum efficax est? nonne tota hęc res ab ipsa testantis uoluntate pendere uidetur? auth. de nupti. §. disponat. l. Filium, quem, Verb. Sanciat. C. tam. Her. l fi. ff. de hær. iust. l. 1. in fi. prin ff. ad Treb. mirantur nostrorũ plerq; at qui uera ratio (ut nobis uidet) ea est, q † ius ciuile anxie naturam ipsam imitatur. §. Minorem Inst. de adop. l. Adoptio. ff. eod. tit. uoluitq; testam. uideri uelut speciem quandã animatam, elegantiq; forma uidiq; consummatam. arg. ff. De test a. l. Ad testium. §. Si quis ex testibus. † Vnde ut si uas aureum, uel argenteum conflaueris, etsi postea dixeris pœnitet me uas illud feciſſe, non illico infectum redditur, & ut pater, qui filium genuit, & si expresserit eum genuisse pœnitere se se, non ex eo solo intercidet uas, aut filius, ita & tale testam quod undiq; solenne fuerat, ex eo solo q testator id se feciſſe tam pœniteat non euanescet. sed spectandi sunt modi quos lex ad eius euersionem inuenit, ut in simili ait. l. Obligationum ferè. §. Placet. ff. de act. & oblig. uerbo. certis modis. Verum cum eadem lex † summam esse temporis uim, ac potentiam animaduerteret, induxit, ut tempore (cum alijs tamen adminiculis) testamentum non solum senescere, sed etiam ad imaginem animantium mori, ac intercidere uideretur, nam & Ouidius sic lib. 5. de Ponto cecinit.

Nullaq; res maiu tempore robur habet.

& idem Ouidius lib. 4 de Tristibus.

Cuncta potest igitur tacito pede lapsa uetustas.

& Cornelius Gallus.

1 *Resoluitur testam. temporis cursu cum alio ad miniculo.*

2 *Naturam ius imitatur*

3 *Verbis facta fortiora.*

4 *Temporis summa potestas.*

Cuncta

Cuncta trahit ſecum, uertiq; uolubile tempus.

Et Tibullus elegia 4.lib.1.

Longa dies hominũ docuit parere leones.
Longa dies molli Saxa peredit aqua.

Et Ouidius lib.4 de Triſtibus.

Tempore ruricolæ patiens ſit taurus aratri.
Præbet & incuruo colla premenda iugo.
Tempore paret equus lẽtis animoſius habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore pœnorum compeſcitur ira leonum,
Nec feritas animo, quæ fuit ante, manet.
Quæq; ſua ruſtis obtemperat inda magiſtri
Bellua, ſeruitium tempore uicta ſubit.
Tempus ut extentis tumeat facit uua racemis,
Vixq; merum capiant, grana quod intus habent.
Tempus & in canas ſemen producit ariſtas.
Et, ne ſint triſti poma ſapore, facit.

Temporis deſcriptio.

Et temporis deſcriptio elegans tradita eſt per Claudianum paneg.2. in laudem Stilliconis.

Eſt ignota procul, noſtræq; imperitia menti,
Vix adeunda deis, amorum ſqualida mater,
Immenſi ſpelunca æui, quæ tempore uaſto
Suppeditat, reuocatq; ſinus, complectitur antro,
Omnia qui placido conſumit numine ſerpens,
Perpetuumq; uiret ſquamis, caudamq; reducto
Ore uorat tacito, relegens exordia lapſu,
Veſtibuli cuſtos uultu longeua decoro
Ante fores Natura ſedet, cunctiſq; uolantes
Dependent membris animæ, menſura uerendus,
Scribit iura ſenex, numeroſ qui diuidit aſtris,
Et curſus, ſtabileſq; moras, quibus omnia uiuunt,
Ac pereunt fixis cum legibus ille recenſet,
Incertum quid Martis iter, certumq; Tonantis,
Proficiat mundo, quid uelox ſemita Lunæ,
Pigraq; Saturni quantum Cytherea ſereno
Cuſpiculo, Phœbiq; comes Cyllenius erret.

Voluit ergo lex, ut cum tempus omnia uinceret, ac ſuperaret, tempori quoque teſtam. cederet: dum modo eſſet tẽpus decennale non breuius. nam & generaliter tempus longum in omni fere materia. decennale tempus intelligitur. tex. iuncta ſuis glo. & ibi communiter doct. in prin. Inſt. de vſucapi. gl. & doct. in. l. 1. ff. de ſuperficiebus. Iaſ. conſi. 94. pro dño Galeatio, col. 1. lib. 1. Ruinus conſi. 92. in hac cauſa. col. 2. lib. 4. Bal. in l. Iubemus. 2. C. de ſacro. eccleſ. Angelus in l. Si filio. §. ſi. ff. ſol. mat. Bal. in l. Quicunque. C. de bon. quæ lib. Alex. conſi. 502. viſo inſtrumento, alias eſt conſi. 17. lib. 4. glo. in l. Cum de in rem verſo, & ibi Bar. & alij. ff. de vſur. gl. & communiter doct. in l. Si filiusf. C. de pe. her. gl. in l. Litibus. verb. colonorum. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Felinus in. c. plerunque. de reſcrip. & alij non pauci, quos referunt Ferna. Loazes in conſ. pro Marchi. vele cenſium dubitatione. 1. num. 37. & Andræ. Tiraq. de preſcrip. §. 1. gl. 4. verſ. fin. Illud autem dubium eſt, † ſi ſuperius teſtamentum haberet clauſulam derogatoriam, an per inferius teſtam. minus ſolenne cum longi temporis præteritione infirmaretur, quod Aretinus, & Iaſ. in l. Sancimus ẽ alleg. negant, Contrarium tenent Bal. col. 2. ibi & etiam Fulgoſius, & Paul. Caſtr. & Tiraq. ubi ſupra neutram harum partium (de more ſuo) palàm elegit. Sed hęc poſterior pars verior uidetur tum per generalitatem. d. l. Sancimus, tum etiam per rationem ibi expreſſam: quæ (ſi recte inſpiciatur) etiam hoc caſu militare uidetur. Lex enim illa uoluit, ut poſteriore teſtam. regulariter prius teſtam. tolleretur iuxta. §. poſteriore. inſt. quib. mod teſtam. infir. cum ſimi. excepit ab hac regula unum caſum, ſcilicet quando poſterius teſtamen. non eſſet ſolenne ad hanc rem. hanc autem exceptionem excluſit, quando cum poſteriore teſtamento minus ſolenni concurreret lapſus decennij, quaſi omnis omnino defectus illius poſterioris teſtamenti per temporis acceſſionem ſupplereturergo ut ſi poſterius teſtamen. re uera eſſet tam undique ſolenne & firmum, quantum ad primum teſtamentum infirmandũ opus erat, prius teſtamen. infirmaretur, ut. dd. ll. & l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis. ff. de lega. 1. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de lega. 3. ita & iſto caſu poſterius teſtamen. minus ſolenne per temporis acceſſionem, quoad hunc effectum, vt prius teſtamen. utcunque clauſulã derogatoriam haberet, infirmaretur, ſuppletum, ueſtitum, roboratum, & ueluti armatum uidetur, licet, quoad reliqua, infirmum ſit. †Quid ſi iuxta formam Taurinę legis. 31. tibi dedi mãdatum, ut pro me teſtamen. faceres, ſi citiſ ſolenne, ſed poſtea egomet aliud teſtamentum ſolẽne feci. an quod tu feceras, tollatur, teneo, & tollatur per. dd. ll. iuncta l. 1. §. lex falcidia. ff. ad l. g. fal. l. nam & poſteriores. ff. de legibus. l. ſi quando. in pr. cum ibi not. per gloſſ. C. de inof. teſtamen. Sed quid ſi teſtamẽ. quod ego feceram, erat minus ſolenne? an adhuc infirmatur teſtam. ſolenne, quod mihi tu feceras, moueat quæſtionem, & quæ ualent ueluti de iure tantum ſpeciali, facilius uitiantur, quam reliqua. l. eius militis. §. militiam miſſus. ff. de mil. teſtament. Item teſtamen. per alium factum facile infirmatur. unde pupillare teſtamen. per pubertatis aduentum, & teſtamẽ. exemplare per redditum ſanæ mentis continuo infirmantur quaſi cum primum illi pœnituerint, euaneſcant talia teſtamenta pœnituiſſeq;s, ac diſſentire uideantur, & præſumantur in re dubia ſimul ac intellectu iudicio, rationeq; uti cœperint. argumen. l. ex facto in pr. ff. de uulga. l. humanitatis. C. de impub. in pr. §. 1. & §. qua ratione. inſt. de pupill. ergo quanto fortius in ſpecie noſtra, in qua apparet cũ, cuius de bonis agitur, pœnituiſſe, & diſſenture ab eo, quod eius nomine geſtum erat. quod intelligo ſine intellexerit ſibi ab illo factum fuiſſe teſtamen. fiue ignoraſſet. & hæc pars ſummam (ut nobis uidetur) habet æquitatem. cogita tamen, quia nouum dubium eſt. Verum ſi poſteaquam teſtator, cuius de bonis agebatur, teſtamen. minus perfectum fecerat, vel etiam poſtquam commiſſarius ille teſtamen. illud ſolenne fecerat, prę terijſſet (uiuo adhuc teſtatore, cuius de bonis agebatur) decennium, tunc ſine dubio prius teſtam. periret per. d. l. Sancimus. iuncta. d. l. nam & poſteriores. cum ijs, quæ ſupra diximus. & ita intellige. d. l. Taurinam. 31. †Quid autẽ in omnibus teſtamẽtorũ ſpeciebus, quæ informia eſſe diximus ſupra. §. 11. & ſupra lib. 3. per totum (quale eſt teſtamen. inter liberos, & teſtamen. ad pias cauſas, & cętera innumera id genus) an & iſthæc teſtamenta poſteriore teſtamento minus ſolenni cum lapſu decennij, infirmentur, & magis eſt ut infirmentur non ſecus quam reliqua teſtamenta formalia, & regularia tũ p generalitatem. d. l. Sancimus, tum etiam q hæc informia teſtamẽta facilius perire debent quam teſtam. formalia. argumen. d. §. militia. † denique id longum decennij tempus, ut cum adminiculo, de quo in. d. l. Sãcimus. perimit teſtamenti ius, poſſeſſionis quoque ius perimere uidetur, quaſi qui per integrum decennium rem ſuam poſſidere deſijt, eius oblitus uideatur, & conſequenter deſierit eam poſſidere. iſta eſt communis opinio quam tenent gloſſ. & Iacob. Butr. in. l. licet. C. de acquiren. poſſeſſ. Iaſ. in. l. 1. column. fin. in prin. C. de ſeruis fugi. idẽ Iaſ. in. l. naturaliter. §. nihil commune. numero 88. ff. de acquiren. poſſeſſ. Dynus in. ca. ſine poſſeſſione. de regu. iuris lib. 6. Cynus Barto. & Bald in. d. l. 1. Barto. in. l. Celſus. column. 2. ad fin. ff. de uſucap. Ancharanus conſilio. 443. primo eliciamus. column. 8. qui hanc dicit eſſe communem opinionem. Felinus in. ca. vigilanti de præſcriptio. & ibi Panormitanus colum. 5. Iaſ. in. l. 1. §. per ſeruum colum. 4. ff. de acquiren. poſſeſſ. Aretinus in. l. 1. colum. 1. ff. ſolu. matrimonio Andr. Tiraquell. qui alios refert, vbi ſupra licet fateatur contrariam partem tenuiſſe plures noſtrorum, quales ſunt gloſſ. Iacob. de Rauenna, & Angel. in. l. furtum. ff. de uſucap. Innocentius, & Ioannes Andr. in cap. querelam. de elect. Cynus in. l. 1. queſtione prima. C. ubi cauſa ſtatus. Ancharanus conſilio 92. tria in fauorem colum. ſi. Dominicus in cap. Pontifices. 7. quæſtione prima. Bald. in. l. 2. colu. 1. C. de ſeruit. & aqua. idem Bald. & Angel. in. l. 1. C. de ſeruis fugiti. & alij, quos allegat Iaſo. in locis ſupra citatis. Sed prior opinio aſſirmatiua, vt ius poſſeſſionis intercidiſſe videatur, longe uerior, & forte receptior eſt, ut & ipſe Tiraquel. agnoſcit, & ſaltem iure noſtro regio indubitatum eſt, quo iure etiam per unum annum &

idem

6 *Tempus longum dicitur decennij.*

7 *Reſoluitur prius teſta. habens clauſulã derog. per poſterius minus ſolenne lapſo decennio cum multis cõtra Areti. & Iaſ.*

8 *Teſt. à commiſſario ſuccẽſu tollitur poſteriore teſta. facto à mandante ẽt minus ſolenne. noua dar. idemq; facilius, ſi poſſeſſio deciſum.*

9 *Teſtamenta informia decennio tũ luuntur cum alio adminiculo.*

10 *Poſſeſſio an decẽno peragatur. dubitatur quæſt.*

diem ſi paſſus fui rem meam ab alio poſſideri hæc patientia mihi nocet, u t ibi.

Caſus nonus. †Teſtamẽtum iure regio legitime factum poſtea infirmari poteſt nuda uolũtate eius, cuius de bonis agitur, licet enim regulariter nuda uoluntate utcunq; expreſſa teſtatoris conſtet teſtamentum non infirmari. §. ex eo autem ſolo. inſt. quibus modis teſtam. infir. &. d. §. Veteranus, cum aliis ſupra alleg. Tamen illud procedit in terminis iuris communis, quo iure alter pro altero, etiã de mandato ipſius, teſtamentum facere non poterat, non ſic iure regio, quo iure poteſt. l. Taurina trigeſima prima. Teſtamentum autem ab alio, & non ab eo, cuius de ſucceſſione agitur, ordinatum ſola uoluntate, & diſſenſu ſuperueniente illius, de cuius ſucceſſione agebatur, infirmari, & humanius, & iuri proximius eſſe ſupra oſtendimus, in exemplo de pupillari, & de exemplari teſtamento. quæ ſi facta a parentibus infirmantur nuda uoluntate liberorum, de quorum bonis agebatur, lõgè facilius idem fiet in ſpecie noſtra, cum agatur de teſtamento mihi ab extraneo commiſſario de mandato meo facto. † Illud autem notandum eſt, quòd ſi Titio mandatum dedi, ut pro me teſtamen. faceret, & fecit, ſed poſtea negabatur quòd ipſe eſſet idem Titius, de quo ſenſi (cum multi huius nominis in orbe reperiri poſſint) adhuc ipſemet, qui mandatum præſentauit, eoque vſus eſt, præſumitur ille, qui in ſcriptura nominatur. illa ſcriptura continebatur, nec tenetur ad aliquid ultra probandum. id quod generale eſſe in omni inſtrumento intelligendum eſt, ut nominatus in eo preſumatur eſſe is, quem ſe eſſe dicit, qui eo vtitur. ita Paul. Caſtren. in. l. ſi qua per calumniam. C. de epiſcop. & cleri. Loazes conſil. ſuo pro Marchi. de Velez dubitatione. 1. nume. 46. & frequentiſſimus iudiciorum uſus quotidie ita obſeruat. Quid autẽ, † ſi procurator meus generalis notificauit ei, qui mandatum ſpeciale ad pro me teſtandum habebat, ne teſtamento mihi faceret, quia ipſe ſciebat me iam nolle, ut pro me teſtament. faceret, an ille parere teneatur, mouet quæſtionem, quòd ut generi per ſpeciem derogatur. l. vxorem. §. feliciſſimo. ff. delega. 3. c. generi, de regu. iur. lib. 6. ita quoque mandato generali derogatur per mandatum ſpeciale, quod in ſpecie illa fortius eſt, quam generale. c. qui ad agendum, de procurat. lib. 6. In contrarium tamẽ, ut parere teneatur, videtur per. l. ſi hominem. ff. mandati. vbi Titio mandatum ſpeciale dedi ad ſeruum meum manumittendum, deinde comperi illum ſeruum eſſe male meritum, procurator alter meus generalis renuntiauit illi procuratori ſpeciali, ne manumitteret, & lex ait illum parere debuiſſe. ergo idem & in ſpecie noſtra probandum erit, ut ſi contra fiat, teſtamentum ab eo factum nullius momenti ſit, quaſi factum ab eo, cuius mandatum euanuerat. †quod non minus utile eſt, quam nouum. & generaliter per. d. l. ſi hominem. obtinuit ex cauſa denuo emergenti uel denuo detecta poſſe generalem procuratorẽ prohibere, ne procurator ſpecialis ſuo mandato utatur. ita Bald. in. l. ſi in aliquem, in fin. prin. ff. de off. proc. & legati per Bald. in. l. error. C. de iuris, & facti ignor. in ſimili per Marſilium in. l. 1. §. fin. ff. de quæſti. Vnde & ex magna cauſa euidentis, †aut veriſimilis publicę utilitatis, ne forte ſequantur ſcandala, ſeditiones, tumultus, factionesve populares, libertas noſtra vtcunq; ſit iuris naturæ. l. manumiſſiones. de iuſt. & iur. ff. tamen poteſt conſtringi. argumento. l. moris. ff. de pœnis. l. 1. §. fin. ff. de officio præfecti vrbi. hinc deſcendunt præcepta, quę paſſim, quotidieque fiunt † à iudicibus, ne forte quidam, uel certi popularium exeant ad tempus de domibus ſuis, neve conueniant in plateas armati, uel forte etiam ſine armis, & cętera id genus, ut per Barto. & alios in. l. quod iuſſit. ff. de re iud. Ioannes Andreas poſt Guidonem in add. ad ſpecul. titulo de pignorib. §. ſequitur. verſi. cõ quòd ſi timeo. Paris de Puteo de ſcyndi. verb. iudex ut nu arguatur. Alexan. in. l. qui bona. §. ſi quis iuxta. ff. de damno infecto. Iaſ. in. l. fin. per tex. ibi. ff. de offic. procur. Cæſ. & ibi Albericus. & in. l. fin. per tex. ibi. ff. de interdi. Barto. in. l. cum Aquiliana. ff. de tranſactioni. Alexan. in. d. l. quod iuſſit, ut etiam per Iaſo. ibi colum. quinta, quæ tamen in contrarium inclinat, & non iure, ut nobis uidetur. nam quòd ait iudicem id facere non poſſe niſi nominatim ſibi à Principe commiſſum eſſet, quaſi talia præcepta præ ſe ferant ueluti imaginem quandam ſeruitutis aptius, & accommodatius dicere poſſet quòd per hoc induceretur ſpecies aut imago quędam captiuitatis, quod eſt durius. ſed vtrunque ex cauſa fieri poteſt. nam & ex cauſa quotidie homines carceribus detruduntur, uinculisque continentur, ut & legibus innumeris cautum, & uſu gentium frequentiſſimum eſt: neque mirum, aut nouum, id eſt, cum libertas noſtra non ſolum coanguſtari, ſed & ex toto poſſit perire, non tantum iure gentium ut in. l. manumiſſiones. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. §. ius autem gentium inſt. de iure natu. ſed etiam iure ciuili, vt cum quis uendidit ſe ſe ad pretium participandum. §. fin. inſtit. de iure perſonarum. Vel cum homo liber, & ſui iuris ſe ſe in arrogationem dedit. l. penul. §. fi. ff. de bon. poſſ. ſecundum tabulas. l. ſi arrogator. cum ibi late traditus per Bartol. & Iaſ. ff. de adopt. Quinimo etiam inferior in ſuperiorem ex cauſa poſſet actum iuriſdictionis exercere impoſita pœna (vt quibuſdam viſum eſt) proinde Beſſutius in. l. quod iuſſit. ff. de re iudi. in quæſtione de facto ſe reſpondiſſe ait quændam epiſcopum ſuo archiepiſcopo ſub certa pœna præcepiſſe, ne per vicum duorum fratrum, quorum patrem interfecerat tranſiret. ſequitur, & dicit eſſe communem opinionem Ferdinãdus Loazes in conſi. pro Marchi. de Velez dubitatione. 1 numero. 74. id quod (ut nobis videtur) ſuſpectũ eſt, quia licet in vim admonitionis non abnegemus id fieri potuiſſe etiam ab inferiore, tamen in vim iuriſdictionis minime id poſſe fieri conſtat, cum par in parem nullum habeat imperium, & longe minus inferior in ſuperiorem. l. ille, à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebellia. cap. 2. de maiori. & obedi. l. fin. C. de legibus. vnde ſi ille archiepiſcopus adhuc iuiſſet per vicum illorum fratrum non tam præcepti, quam admonitionis iuſtiſsima de cauſa factæ, tranſgreſſor extitiſſe videretur. ſicq; pœnam ab illo epiſcopo inferiore adiectam minime incurreret, ſed eam tantum quę ab ſuperiore, uel à Deo optimo maximo pro tali temerario auſu immineret, incurreret. Simile in. l. 2. C. de reb. cre. ibi ſatis Deum vltorem habet. nec me mouet, quòd inferior poſsit diſtinguere, & interpretari legem ſuperioris glo. communiter ibi appro. per text. ibi in. l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iure & plene diximus ſupra lib. 1. nam illud procedit per modum declarationis, quaſi ex uera mente ipſius ſuperioris, qui legem tulit, quiq; veroſimiliter in indiuiduo de quo agitur non ſuam legem generalem, ſed interpretationem ab iudice inferiore etiam ei legi contrariam mallet obſeruari. per quod ipſe legiſlator ſuperior non offenditur, aut indignatur, ſed potius morigeratur. item illa interpretatio ſic facta exercetur in inferiores, & ſubditos duntaxat ipſius iudicis interpretantis, non autem in ſuperiores, ſicq; talis iudex interpretans nulli ſuperiorum facit iniuriam, ſed potius obſequium. diuerſum eſſet in ſpecie propoſita in qua archiepiſcopo ſuperiori fieret pluſquam manifeſta iniuria, ſi illa pœna ab epiſcopo inferiore adiecta vim vllam haberet. & in ſimili videndi ſunt Bald. colum. 1. in c. Quintaullis, de iureiu. Crotus in. l. omnes populi, colum. ſeptima. ff. de iuſt. & iure. Siculus conſi. 1. magnus ſcripſit, lib. 3. Felinus in rubr. colum. 3 de treuga, & pace bonus text. in. l. decurionum. C. de pœnis. Ad. d. l. ſi hominem, reſp. quòd ibi procurator ſpecialis, ſi non pareret iuſtæ admonitioni, incurreret pœnam à lege, non pœnam ab admonente impoſitam.

Denique ut iſta materia admonitionis plene liqueat, ſunt tres caſus enumerandi, primus de iure ciuili, alter de iure canonico contentioſo, vltimus inſpecto foro conſcientiæ, vel animæ iudicio. Primo caſu † communis opinio. eſt, ut nõ teneatur quis obuiare delicto futuro. ita gl. in. l. culpa caret. ff. de regulis iuris quæ communiter app.

11 *Reſoluitur aliquando nuda uol. non eſt.*

12 *Mandatum præſentans præſumitur eſſe ille, qui in ſcriptura nominatur.*

13 *Mandatarius ut deſinat poſſe facere teſtam. ad requiſitionem procuratoris generalis noua declaratio.*

14 *Procurator generalis ſuperat interdum ſpecialem etiã in ſua ſpecie.*

15 *Libertas noſtra ex cauſa poteſt per Iudicem coarguſtari.*

16 *Iudex ex cauſa damna uitandi poteſt inculpatum, uetare, ne à domo ad templus exeat, cum communi contra Iaſ.*

17 *Superiori inferior etiã ex cauſa imperare non poteſt in uim iuriſdictionis contra Fulgoſi, Loazes, & alios.*

18 *Futuro malo obuiare nullus tenetur in foro contentioſo ciuili, ſi immineat periculum, cum communi.*

esse videtur ex relatione Philippi Decij ibi, & eam communiter receptam firmat Hieronymus Cagnolus ibi nu.10. colum.pen.Decius in.l.vt vim colum.pen. vbi per Fortunt. & per Aquens.colum.pe.ff.de iust.& iure Decius in.l nullũ crimen.ff.de regu.iur.Felinus in c.Petrus. de homi. & idem in simili in. c. quantæ.de sen. excommu. & in c.1. de offic. deleg.col.2. ratio,quia isthæc cura,vt facinora, & delicta nõ perpetrentẽ ad magistratus, non ad ciues priuatos pertinet.l.congruit.ff de offic. præsidis. & culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti.l.culpa est. ff. de regulis iuris. & c.non est sine culpa, eodem titu. lib. 6. ad idem. l.culpa caret &.l.nullum crimen.ff.de regulis iuris.† Limita,quando quis sciuit, & sine ullo periculo prohibere potuit: quia tunc uel defendendo, vel clamando, vel reuelando obuiare debuerat. argumento d.l.culpa caret. &. d.l.nullum crimen.à contrario sensu: nam si culpa tunc demum careo,cum isthæc sciueram,sed prohibere non poteram, ergo cum poteram prohibere, & non prohibeo, culpa non careo, sicq; pœna immunis non ero. ista est communis opinio. vt patet ex relatione Decij in. d. l. culpa caret. id quod firmat ibi Hieronymus Cagnolus d.numero 10.Quod tamen temperandum est,vt non subeat pœnam ordinariam, quæ pro tali delicto solet imponi, sed arbitrio iudicis mulctetur secundum Felinum, & Cagnolum ubi supra. Hinc descendit † quòd magistratus,& iudices tenentur futuris delictis obuiare, quoad subditos: quia id ratione iurisdictionis,& regiminis,& potestatis, quam in eos habent,& possunt,& debent facere.ista est uera,& communis opinio. quam tenent Bald.& Florianus. in.l.2. ff.de noxalibus act. Decius in. d. l. nullum,ad finem. Cagnolus in. d.l culpa caret,in princ. per c.quantæ. de sententia excommuni. &.d.l.congruit. & hoc est,quod dicitur non sufficere à malo abstinere, nisi fiat, quod bonum est.l. in illa stipulatione per te non fieri. vbi not. Bartol. & alij.ff.de verb.oblig. Vnde† si magistratus ciues in arma ruentes videt,& familiam ad talem seditionem, & tumultum vitandum non mittit, tenetur nisi familia vel impar erat, vel alibi occupata. hæc videtur cõmunis op. vt etiã talis iudex hac de causa deponi possit secundum Cynum, Bal.& Bar.in d.l. 2. Felinus in.d.c.quantæ idem in.d.c.2.& Cagnolus vbi supra † Et ideo domini temporales, qui sui imperij, ac ditionis grassatoribus non obuiant, tenentur ẽt ad restitutionem ratione, officij sui ẽm Cagno. ubi.ẽ. nu.6.subdens† testem ad damni restitutionem teneri,quatenus proximum læsit,si,quod sciebat,examinatus à iudice reticuit.quod & volunt in vtroq; cõiter theologi. Vnde qui sciebat aliquem meam domum inuasarum, bonaq; mea rapturum,si potuit prædicere,& non prædixit,vt dãnum illud mederetur † reus peccati fit ẽm Caiet. in summa.verb.restitutio,& verbo.correctio. quod intelligo,dũmodo,quoad fieri possit,fiat sine damno,aut ignominia illius,qui facinus patraturus erat.posset.n.prænonere,vt ille tali die,talive hora domum suam custodiret sciturus,q̃ in eum,eiusve familiam insidiæ parabant.illinc ẽt descendit,q̃ pro delicto famuli,ẽt si sit homo liber,dñs tenetur, qñ prescisciuit,& prohibere potuit,licet non sic,si prohibere non potuit,vt est uera,& cõis op.quã tradunt,& resoluunt Dec.in.d.l.nullũ crimen.Feli.in.d.c.Petrus,Hier.Cagnolus.in.d.l.culpa caret.nu.8.Dñicus de Soto de ratione tegendi,& detegendi secretum membro.2.q.2. ante finem. † Cæterum si dñs habebat famulos pessime morigeratos (fures,grassatores,bonorũ raptores,uirginũ stupratores, quales apud nobiles Salmaticenses non paucos vidimus) quorum facinora ipse non ignorabat, ad eorũ damna resarcienda ipse tenebitur, non solũ quoad damna, quæ illi faciebant sẽ conscio, de quibusq; ipse specialiter notiam habebat, & ante quam perpetrarentur, præsciuit, & prohibere poterat; sed etiam quo ad damna, quæ ipse non præsciuit, quasi culpa non careat, eo ipso quòd pessimos, pernicioso sq; homines alebat, & fouebat, quos huiusmodi facinora perpetraturos uerisimiliter non ignorabat ut uidetur esse communis opinio, tam theologorum, quam nostrorum in locis proxime citatis. pro quibus bonus text. in. §. final. inst. de obligation.quæ ex quasi delicto nas.quem ab ipsis allegatum non inueni. Illinc etiam descendit,q̃ † si in domum cõductam, aut gratis inhabitatam, seu precario, famulus inhabitantis ignem immisit, dominus regulariter non tenetur, siue ille dolo,siue culpa, siue casu feciſſet. ratio,quia res sua ad perniciem domini, non etiam alterius perit. l. quæ fortuitis. C.de pignor.acti. nec dominus obnoxius uideri hoc casu debet, cum nec incendium futurum præsciret, nec famili sui soliti fuissent huiusmodi perpetrare, secus ergo esset, si talia perpetrare soliti essent quasi culpa non careret, qui opera,& familitio similium hominum uteretur, arg. dd.ll. & d.§.fin.idq; frequentissimum est, & cõiter receptum, ut per Bartolum, argumento illius text. in l. si seruus seruum. §.Proculus.ff.ad legem Aquil. Iaſ.& Corneus in lege prima.C.de seruis fugitiuis. Hieronymus Cagnolus ubi supra. Aretinus † tamen in capitulo constitutus.notabili.8.de testibus. negat scientiam,& patientiam domini his casibus inducere mandatum ad delinquendum, contra quem est communis opinio doctorũ in locis. ẽ. citatis secundum Cagnolum, ubi supra. sed Aretini opinio uera est, quando Dominus in genere sciebat famulos suos esse facinorosos, non tamen præsciuit facinus, de quo agitur perpetratum iri.tũc enim non deliquisse, sed quasi deliquisse duntaxat uidetur. sicque tenetur iuxta terminos.dicti.§. fina. quòd si in specie præsciuit quale facinus perpetrandum esset, prohibereq; potuit,& non fecit, tunc communis opinion. facilius admitti posset, licèt adhuc eam admittere durum uideatur. cogita.

Hactenus de iure ciuili. secundus ergo casus est,an de iure canonico † teneatur, qui delictum prohibere potuit, & non fecit. qua in re communis opinio est, ut teneatur glos. & communiter Doct.in d.l.culpa caret. præsertim per Decium & Mainerium, & Cagnolum, ibi num.11.qui hanc firmat esse communem op.Felinus in d.c. quantæ. idem Felinus in cap.1.col.1.de offi.delega.plene per Alciatum,& Nauarrum in c.nouit.de iudicijs,per text.in d.l. culpa caret. & d.l.nullum.a contrario sensu expressius, in d.c. quantæ, & in d.c.1.& in d.c.nouit,est communis op.secundum Carolũ Molineum in add.ad Philippum Decium, in d.c.1.de off.de lega.colum.5.tenet,& firmat esse communem op.Panormitanus in d.c.nouit.num.37.ubi Aretinus num.32. per Adrianum in 4.de correct.fraterna,tenet frater Dominicus de Soto post plures, quos ipse allegat ubi supra. quod procedit in delictis communibus, & non occultis, hoc est, quę sui natura occulta esse non solent, quale est furtum,homicidiũ & cætera id genus,dummodo prohibere possim ex ui potestatis,uel iurisdictionalis,uel dominicę,uel patrię, uel etiam ex ui illius potestatis, quam dominus habet in famulos etiam liberæ conditionis, uel quam habet in uxorem, & in reliquis speciebus his similibus, & ita etiã sunt intelligenda,quæ diximus in primo casu.† Cęterum extra istos casus,& similes,is qui prohibere simpliciter nõ poterat, quia nullum ius,aut potestatẽ,nec etiã reuerentialem habebat in eum qui male facturus erat,præsciuit tamen maleficium perpetratum iri,habuitq; spatium admonendi eum, qui malefacturus erat,ut a facinore abstineret, & enuntiandi ei qui passurus erat,ut caueret, muniret, tueretq; sese,& suos, an si id prætermisit,teneat? & de iure ciuili eum non esse culpæ reum frequentius receptum est ab ijs,quos in primo casu retulimus,sed de iure canonico magis dubiũ, nã pleriq; eorũ,quos proxime retulimus in hãc sententiã inclinant,ut teneretur curare, & conari, ne id delictum consumaretur alias puniatur. Contrariam partem, ut hac ratione mulctari nequeat,tenent Antonius Butrius in d.c.quantæ,Barba.in d.c.1. de officio delegati. Iaſ. in l.ut vim. ff. de iust.& iure, ubi in nu.31.hanc dicit cõem op. & ibi Fortunius num.24. & in hanc partem procliuior sum.quia(ut ex iuribus. ẽ.alleg.& similibus constat)in huiusmodi speciebus prohibere posse is solus recte dicit, qui ex patria,uel dñica, uel herili,uel maritali,uel iurisdictionali ptãte, uel aliã simili põt prohi-

19 Futuro malo obuiare teneor,si nullum imminet periculum, cum commum.

20 Magistratus tenentur futuro malo obuiare aliter puniuntur cũ commum.

21 Magistratus si ad seditionem scandam non mittit familiam, punitur nisi cum erat impar, cum cõi.

22 Domini temporales, qui grassatores non propellunt, tenentur ad restitutionem dãnorum ab illis datorum.

23 Testis si lesit culpa tenetur ad restitutionem siue falsum dicendo,siue uerum reticendo.

24 Futuro malo obuiare tenetur in cõscientia.

25 Dominus tenetur pro famuli delicto, qui potuit obuiare.

26 Dominus

pro famulorum delictis tenetur, etiã si ea perpetratum iri ignorabat,si tamen sciebat famulos talia facere solitos esse.

27 Famulus si domum combusſit,quando domini malo cedat.

28 Famuli delicto si dominus non obuiauit, cum posſit, an ex delicto,an tũc tum quasi ex delicto teneatur.

29 Dominus de iure canonico quando teneatur ex delicto famuli, uxoris & filiorum,quibus obuiare posſit, cum commum opinione.

30 Delicto futuro,an in foro contentioſo teneatur quis obuiare etiã ijs, qui ei nõ subsunt. arduа quæſt.

prohibere,reliqui autem non dicuntur posse prohibere, sed tantum posse agere, & curare, ut in §. si quis alium inst.de inuti.stip.l.stipulatio ista.in pr.cum simi.ff.de uerb. obligat. nec dubium est, quin is solus teneatur & pene reus sit,qui potuit prohibere, nó qui duntaxat potuit curam & diligentiam ad facinus impediendum adhibere, ut in ll.§.alleg.ergo &c.idq; sumam habet rationem,& æquitatem,quia uariæ sunt hominum uoluntates, sententiæ, & opiniones quorundam negotia timentium, quorundam rixas,tumultus,seditiones,odia,inimicitias,bonorũ, aut capitis periculum, aut etiam corporis cruciatum l. quia poterat.ff.ad Trebell.quidaq; sunt timidiores,quam par sit.quidam uerò audaciores,quàm expediat,aut oporteat l.quę sub conditione.in prin.ff.de condi.inst.secundũ quæ impossibile est,ꝙ iure, & foro contentioso canonico,aut ciuili quis ob huiusmodi causas puniatur. quia eũ, qui re uera timidus erat,nec audebat se immiscere rei ad se non pertinenti,quam periculosam putabat, punire ob hanc causam alienum ab omni ratione, & iure est. ꝙ si re uera in casu, quo de ageretur, non ob timorem, sed ob ignauiam,uel iniuriam,uel imperitiam,uel forte ob impietatem,desijt sese immiscere,aut implicare,quisnam animi sui poterit esse testis,præter Deum? ergo is aut inculpatus erit, aut culpæ reus apud solum Deum esse poterit, apud homines non poterit,quibus de culpa illius cõstare non potest,præsertim cum ad pœnam imponendam probationes luce meridiana clariores exigantur l. fin.C. de probatio.denique quærere legem, ubi naturaliter sentimus nihil aliud est, quàm infirmitas intellectus secũdum philosophum. nec dubium est,quin rerum usu.& naturaliter eueniat,ut qui facinoroso,quo minus animum suum expleret,impedimento fuerit, is rarò id fecerit sine periculo, & sine quali quali saltem odio illius, cuius uotis impedimento fuit, ut homines huiusmodi rebus sese implicare non tã pietatis,aut charitatis, quàm temeritatis esse plerunque iudicetur. facit l.si filius,qui patri.ff.de uulga. in sui ratione.§.sed neque.Inst.de auth. tutorum. Ad iura canonica,quæ in contrarium adducunt,facilis est solutio: nam procedunt, & sunt intelligenda secundum ius ciuile scilicet in eo,qui prohibere poterat ex patria,uel patronali,uel maritali,uel dominica, uel herili, uel inrisdictionali, uel alia simili potestate. non sic ubi nulla potestas erat.& cum id sit de iure ciuili expeditum,nec reperiatur contrarium dispositum de iure canonico, standum est iuri ciuili ca.1.& 2.de oper.no.nun.

31 *Delicto futuro,quod principi, uel respublicæ imminet,quãdo teneamur obuiare, ardua quæst.*

Quid † si tale facinus nó in rem priuatorum, sed in ipsum principem, uel rempublicam præparabatur? & sunt tres op.prima existimantium ꝙ sciens teneatur reuelare, ita Bar.in l.utrum.ff. de parrici. Bertachi. in suo reperto. uerb. scire. Altera fuit op. asseuerantium Bartoli animam propter illud dictum in inferno cruciari,neque talẽ scientiam puniri debere, uisi sciens haberet probationes. & istam tenet Felinus ubi.§.Decius, & Cagnolus, qui hanc dicunt communem op. in d.l.culpa caret.col.fi.Aquen.in rep.l.ut uim.fol.4.ff.de iust.& iure idem in l. qui accusare. C.de edendo per clem.1.cum glo. uerb. ualeat.de hæreti. Ias.in l.4.§.Cato.not.4.ff.de uerb.obligat. Franc. de Ripa in tractatu de peste ad finem quæst.11. Marsil. singul.164. ultima fuit op.tenentium,quòd semper teneatur admonere: accusare uero non teneatur,nisi cum habet legitimas probationes, ne se ingenti periculo talionis subiiciat. ita Cagnolus in d.l.culpa caret. prope finem post Alciatum, quem refert in d. cap. nouit. & utrunque membrum (ut nobis uidetur) uerum est, sed hoc amplius putarem oportere.ut si res celeritatem desiderabat, eratq; periculum in mora, quòd teneretur sese omni periculo, si opus esset exponere,ui & armis propulsare,ne in principem,aut rempublicam irrueretur, neve machinationibus peteretur. nam ut Horatius ait.

Dulce & decorum est pro patria mori.

Et ut seruus dominum suum defendere tenetur,alias capite punitur l.1.& per totum.ff.ad Syllania.ita ad tantundẽ tenebitur ciuis pro principe,aut patria sua: † nam patriæ, aut principis potestas in subditos maior est, quam potestas dominica in seruos, ut patet, quia patria, & principes habent uitæ, necisq; potestatem in subditos l. 1.2.& 3.ff.de legib.l.1.ff.de iust.& iur.l.1.ff. de const. prin. ca.2.de mai.& obed.dominus uero in seruos non tantam potestatem habet.§.sed & maior asperitas. Inst. qui sunt sui.uel alie.iur.& per totum.C.de seruis, qui pro præmio libertatem accipi. & non solum maior, sed etiam iustior est: quia ista est secundum ius naturale, & diuinum. d.ca. 2.& Lueluti.ff.de inst. & iure Dominica uerò potestas est contra ius, libertatemq; naturalem l.manumissiones.l.ex hoc iure.ff.de iust.& iure.§.ius autem gentium. Inst.de iure nat.ergo cum ad id teneatur seruus pro domini sui incolumitate,multo magis ad idem teuebitur subditus pro sua patria,aut principe. nam & Silius Italicus lib.8. bell. puni. sic cecinit.

Accipe, & æterno fixum sub pectore serua,
Succensere nefas patriæ, nec factior ulla
Culpa sub extremas fertur mortalibus umbras.

32 *Iurisdictionalis potestas, quàm dominica maior, & iustior est.*

Si ergo † uerum est nullam culpam maiorem,aut deteriorem committi posse,quàm circa patriam, siue impetendã, siue negligendam, & domini à seruo neglecti crimen capitale est, multo magis patriæ,aut principis neglecti crimen capitale uideri debet. nam & Cicero ait,omni timore depositio debemus libere reipublicæ consulere. ergo non esset audiendus,qui timoris causa id omitteret,quia secundum eundem Ciceronem 2. de legibus. Respublica est, pro qua mori,& cui nos totos dare debemus.& idem in Philip.13.Nullus est casus pro libertate,& dignitate patriæ non ferendus. & rursus in 4. ad Herennium ait. Nullum est periculum, quod sapiens pro libertate patriæ uitandum arbitretur quod temperandum est, ut quando id patriæ incolumitati, aut priuipis profuturum intelligebatur,procedat. idem si dubitetur, aut res dubia & incerta esset. non sic, si omnino desperatum, & superuacuũ esset auxiliandi causa periculum subire, aut mortem oppetere. ex eodem Cicerone sic docente officiorum 1. Omnes omnium charitates patria una complexa est, pro qua quis bonus dubitat mortem oppetere, si ei sit profuturus. ergo non sic, si nihil profuturum in comperto foret.

33 *Patriæ saluandæ causa periculũ subeundum.*

Tertius casus est in foro conscientiæ,† an quis teneatur fratrem peccantem corrigere, & delicto futuro obuiare. & quòd teneatur regulariter communis opin. est.ita Abbas in cap.1.columna fin. de rest. spoli. Curtius de feudis in 26. causa priuationis feudi. Cagnolus in dicta l. culpa caret ad finem. id quod temperandum est, & quoad fieri possit fiat sine damno aut periculo illius, qui male factus erat, ne dum alteri consulere uelimus, alterum internecioni tradamus. quod intelligerem, nisi cum ille principem, rempublicamve suam impeturus esset: tunc .n. forte nó tam curandum esset de illius incolumitate,quasi non possit pinguior uictima mactari Deo, quàm ut reus iniquus plectatur lege omnes cum ibi notatis.C.de ferijs.

34 *Delicto futuro in conscientiæ foro tenemur obuiare.*

Quid autem si talis admonitio fieri non poterat sine periculo admonentis? uel saltem uerisimiliter, inde ipse poterat periclitari? ueluti si sciebam aliquem occulte falsa instrumenta, aut falsam monetam fabricari, & si eum præmonerem, ut à tali facinore abstineret, iuste timerem,ne ille,ut res antea occulta occultior esset, me interficeret. Quid si adulterum similiter admonere uellem, aut cum, qui contra naturam nefandum peccatum committeret, & eadem ratione timerem (id quod ex facto non semel euenisse audiuimus)quid item in alijs mille similibus speciebus? & adhuc sunt, qui uelint me teneri huiusmodi fratris peccantis admonitionem, & correctionem facere,utcunque mihi periculum immineat: ita terq;, quaterque communem op.theologorum esse firmat.Antonius Corduben.in annota.ad Dominicum de Soto super d. membro 2. q.2.ubi in conclusione.15.ita tenet.Sequitur Martinus Nauarrus in suo manuali. cap.29. num.11.& numero.18. & ita tenent Gabriel,& alij theologi secundum Dominicum de

35 *Delicto futuro an obuiare teneamur in foro animæ, etiam si formidemus ingens pugna.*

Soto.ubi ſupra concluſione.5.preſertim Adrianum. q.de correctione fratris. quod, ut ipſe Dominicus ait,colligit ex uerbis beati Auguſtini,& ſancti Thomæ, dum aiunt,q̃ quando quis probabiliter exiſtimat,poſſe ſe aliquem auertere a peccato,idq; omittit cupiditate,aut timore, peccat mortaliter.id quod & Caietanus per Dominicum relatus admittit,quando uehementer crederet ſe illum peccantem a peccato auerſurum, & ſeparaturum. Ipſe tamen Dominicus contrarium aperte tuetur, enixo conatu tenet ipſemet Nauarrus ſibi contrarius in c.inter uerba.11. q.3.ill.29.nu.631.& hanc partem receptiorem eſſe ſentire uidetur,ipſe Dominicus ubi ſupra.uerſi.Tertiò probatur, his uerbis,tertio probatur concluſio ex uniuerſo hominum,& ſapientium ſenſu: unde magnum ſumimus in moralibus argumentum. & cum dominus (ut & ipſe refert) dicat,Iugum meum ſuaue eſt,ſanè ut uitæ,aut necis corporis,honoris, bonorumve periculum ſubire paſſim teneamur,durum eſſet,contrariumq; ſuauitati, & facillitati prædictæ uideretur: huiuſmodi enim rerum metus non ſuauis,ſed triſtiſſimus eſt (hoc eſt hominem triſtiſſimum reddit)ut teſtatur Virgilius his uerbis.

36 †*Sed reuocate animos meſtumq; timorem.*

Timoris effectus.

Et Cicero.2.de Officijs ait.

Metus imbecillus eſt. Sicq; periculis ſubeundis quàm contrarius ſit,negari non poteſt.

Et Terentius in Andria ſic ait.

Vix ſum apud me,ita animus commotus eſt metu.

Et Lucanus lib.1.bell.ciui.

Diriguere metu,gelidos pauor occupat artus.

Et Ouidius lib.1.Faſtorum.

Extimui,ſeniſq; metu riguiſſe capillos

Et Virgilius lib.3.Aeneid.

Tum uero anciputi mentem formidine preſſus
Obſtupui ſteteruntq; comæ,& uox faucibus hæſit.

Et rurſus lib.12.Aeneid.

Illi membra nouus ſoluit formidine torpor,
Arrectæq; horrore comæ,& uox faucibus hæſit.

Huiuſmodi enim effectus timoris longe quidem abeſſent directoq̃ aduerſi, contrarij, pugnantesq̃ exiſterent ſuauitati, & dulcedini illius iugi Domini noſtri Ieſu Chriſti, quam ipſe & teſtatur,& iactat,ergo,&c.ut interim omittam omnia ea, quę noſtrorum plerique & ipſi iure conſulti de timore, & metu tradiderunt. C.&.ff. quod metus cauſa.per totum.nam quærere legem ubi tam naturaliter ſentimus,nihil aliud eſt, quàm infirmitas intellectus ſecundum Philoſophum. & hæc pars longe æquior eſt,quàm contraria,ut ſic eam amplecti forte non minus tutum eſſet, quàm humanum, præſertim cum, ſi uerum amamus,& ingenue agnoſcimus, hominum rari ſint, qui charitatis intuitu ſe huiuſmodi periculis exponant,maximè cum & incertum ſit,an frater ille a me admonitus a facinore,uel peccato ſeſe retractaturus ſit, & incertius, an fortè in me monitorem manus injiciendo, aut in necem meam inſidias parando deterior ſit futurus. & uarij ſunt cuiuſque hominis animi ſui motus, cognituq; difficillimi.l.quia poterat.ff.ad Treb. unde ſiue iuſta ex cauſa timui,ſiue iniuſta,ſi tamen mihi iuſta uidebatur,& per hoc continui me ab illo fratre peccante admonendo,non peccarem, (ut mihi uidetur.) q̃ ſi nec timendi iuſta cauſa erat,nec ego iuſtam putabam,aut ueriſimilem, tunc contraria pars amplecti & pot,& debet,ut ſupra diſſeruimus. Preterea qui me occidere uult,ſi eum occidero iuſtæ defenſionis cauſa,& iure etiam naturali feciſſe uidebor, & a peccato immunis, expersq̃ ero ſecundum omnes per text.ibi in l.ut uim.ff. de iuſt. & iure. ergo quanto minus in periculum ultro irruere tenebor, at illum ſic a me occiſum non liberaui a peccato, ſed potius peccantem ad tartara miſſi,& ademi pœnitendi ſpatium.declara, & limita, ut hæc procedant in hominibus priuatis erga alios priuatos.aliud uerò in prælatis,qui animam ſuam pro animarũ

37 ſalute ponere debent,dicente domino Ioannis. 10. Paſtor

Delicto futuro bonus animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. †Vnde pari ratione,aut ſaltem ſimili dicendum uidetur, ut omnes magiſtratus delicto futuro occurrere debeant,etiam ſi periculo ſeſe exponant: idq; ratione officij ſui.na illud Domini præceptum generale eſſe uidetur, tam ad magiſtratus temporales,quam ſpirituales,quod temperarem, niſi cum medela erat omnino deſperata. tunc enim utrisq; conſulerem, ut certò,& indubitato periculo nihil emoluméti, utilitatis,aut ſalutis animabus, aut reipublicæ, patriive allaturi, non ſe exponerent, maius, gratiusq; obſequiũ ipſi Deo maximo præſtaturi,ſi ſeſe ad commodiorem opportunitatem ſeruauerint, in qua & patriæ, & hominum animabus uſui, & commoditati eſſe poſſint.ut in ſimili ſupra docebamur.

ro tenemur obuiare ratione officij, & ſi aliquantulum periculi immineat, niſi ſit medela ſed perata.

Hactenus† quando frater ille,qui erat in peccato, uel facinore,erat chriſtianus,quid autem, ſi erat infidelis,puta Iudæus, aut Maumethicus? & tales non eſſe corrigendos correctione fraterna, uel non peccare, qui id omiſerint,tenet Barbatius in c.nouit. de iudi.n.32. quæ opinio communis eſt ſecundum Alciatum ibi, num.3.per cap. ad menſam.11.q.3.ubi frater ille ſolus dicit, qui baptizatus eſt, & non reliqui. contrariam tamen partem, ut etiam infideles ſint admonendi correctione fraterna non ſecus, quàm ipſi chriſtiani,tenet Dominicus de Soto de ratione tegendi,& detegendi ſecretum, membro.2.q.3. concluſione.2.hãc ſequi uidetur Alciatus in d.c. nouit. col.2. & eſt communis op.ſecundum Nauarum,ubi num.3. qui & eam ſequi uidetur.& in hanc partem procliuior ſum. nam Dominus ait.Non ualentibus opus eſt medico, ſed male habentibus.Vnde quo infideles ab animarum ſuarum ſalute remotiores,quam chriſtiani, utcunque peccatis innodati ſunt,eo egẽtiores ſunt fraterna, & chriſtiana correctione,& admonitione.Præterea oẽs mortales ratione creationis cenſentur fratres,iuxta illud Matthæi,23. Vnus eſt magiſter ueſter,omnes autem uos fratres. Vnde glo.in c. charitas.2.de pœnit.diſtin.2. ait etiam infideles proximos noſtros eſſe.quod expreſſum uidetur in l.ut uim.ff. de Iuſtit.& iure. ibi & cum cognationem quandam inter nos natura conſtituerit. quæ uerba ad omnes omnino mortales generalia ſunt,& cum ſub titulo de Iure naturali illa †exponatur, legesq; ſint intelligendæ iuxta materiam titulorum, ſub quibus ſunt collocatæ.l. Imperatores.ff. de in diem adiect.ſupereſt, ad omnes mortales illa uerba eſſe referenda non aliter, atque reliqua omnia iuris naturæ precepta.Præterea,cum ea obligatio, qua de agimus,deſcendat ab amore, & charitate, hæc omnibus omnino gentibus communis eſſe debet ex non in eleganti Boetii cantu,metr.7.lib.3.

38 *Delicto futuro ab infideli perpetrando an teneamur in conſcientia obuiare.nigem pugna.*

39 *Charitas etiam erga infideles.*

O felix hominum genus,
Si ueſtros animos amor,
Quo cœlum regitur regat.

Et Cicero officiorum lib.3.ſic ait.Hæc natura præſcribit,ut homo homini quicunque ſit ob eam cauſam tantum, q̃ is homo ſit, conſultum uelit, expende illud uerbum(quicunque ſit)ergo etiam ſi ſit infidelis. rurſus expende illud uerbum(ob eam cauſam tãtum)q̃ is homo ſit, ſed infideles homines ſunt,ut reliqui, ergo. rurſus idem Cicero.3.de finibus. Oportet, inquiunt,hominem ab homine ob hoc ipſum,q̃ homo ſit,non alienum uideri. ergo neque infideles ab hoc charitatis beneficio alienos reputare debemus. nec putauerit quiſquam ſucceſſum, effectumq; huius admonitionis,aut correctionis eſſe,aut fore deſperatum,inutilem, aut infructuoſum. nam potens eſt Deus de lapidibus iſtis &c. Vnde ſi infidelem ab occulto forte facinore falſitatis,uel adulterij retraxi fraterna correctione, & admonitione, non admodum raro euenire poſſet,& ille ſic maneret ad uirtutem, honeſtatemq; accenſus, & perdito ſuo dogmate derelicto, ad noſtrum rediret.

40 *Hæreticum an detegere debeamus priuſquàm admoneamus.*

Illud autem notandum eſt,†quòd quotidie (tempeſtatis noſtræ infelicitate)accidere poteſt, ut qui hæreticum nouerit regulariter fraterna correctione ſemel,ac iterum debeat eum admonere,ut ab inſania illa diſcedat, priuſq̃

eius

eius errorem iudicibus reuelet, q̃ si ille sic admonitus nõ resipuerit, & ad sanitatem non redierit, catholicamq; fidem, tunc iudicibus hac de re agentibus reuelãdum erit. quod regulare est, nã aliquando testis, qui id nouerit, nulla etiam præcedente fraterna admonitione iudicibus denuntiare debet, ut tradunt Doctores per text. ibi in d.c. nouit de iudi. & Alphonsus de Castro de iusta hær. puni, libro. 2. cap. 25.

§. III.

1 RESOLVITVR testamentum, si testator ad mortem damnatur iure. ff.
2 Capitis damnationem sequebatur bonorum amissio iure. ff. cum commun.
3 Regalia non censentur, sed patrimonialia bona delinquentis publicata, cum communi op.
4 Restituto à principe bona restituuntur cum communi.
5 Regalia regulariter nequeunt alienari.
6 Regalia oppida, an subditis suis princeps possit donare, ingens pugna.
7 Regalia alienantur. ad libitum regis secundum quosdam.
8 Donare filio f. pater potest cum iuramento, secundum communem opinionem, sed est dubia pugna.
9 Iuramentum auget uoluntatem, non potestatem.
10 Rex, potest filio suo donare.
11 Regis donatio non eget insinuatione
12 Reipublicæ subueniendum est, non ciuium quorundam tantum, sed uniuersorum impensa.
13 Regnum, ut imperium non potest subditis ignaris abdicari, nec eis inuitis.
14 Regnandi triplex origo, & cuiusque earum qualis potestas.
15 Regales census ex causa potest princeps alienare uasallorum uerò quosdam non utique.
16 Princeps quibus de rebus libere possit donare.
17 Papa an possit castella ecclesiæ donare.
18 Imperator quæ, & quando possit donare.
19 Regibus maiorem esse libertatem in donando, quàm priuatis, ut intelligendum.
20 Resoluitur testamentum captiuitate.
21 Resoluitur testamentum si testator uenundedit se se.
22 Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum ualere contra communem.
23 Testamentum eius, qui uendidit sese, an si sui iuris moriatur, conualescat.
24 Resoluitur testamentum, si testator se arrogandum præbuit.
25 Bona publica sunt etiam hodie necessaria.
26 De portatione resoluitur testamentum.
27 Pœnæ seruus hodie nullus efficitur, quando post condemnationem uitam retinet, alias secus.
28 Resoluitur testamentum aquæ, & ignis interdictione.
29 Resoluitur testamentum si testator ad bestias, uel ad metallum damnatus fuerit.
30 Resoluitur testamentum præscriptione.
31 Resoluitur testamentum si testator mortem sibi conscisit metu pœnæ.
32 Mortem sibi conscisisse impatientia doloris, an metu pœnæ, quis probare teneatur.
33 Mortem si quis sibi conscisit, an hodie eius bona publicentur.
34 Resoluitur testamentum per damnationem ad mortem naturalẽ.
35 Condemnatio, quoad bonorum amissionem, non refert, descendat ex crimine publico, an ex priuato.
36 Crimen publicum, uel priuatum, quod dicatur dubia quæst.
37 Fiscus, cui bona deferuntur, quãdo teneatur onera subire. ardua q.
38 Fiscus, qui culpa testatoris bona cœpit, non præstat legata, aut fidei.
39 Fiscus an subeat onera in capaci inuncta.
40 Prodigi delinquentis testa. an resoluatur.
41 Prodigus, si post quàm ei bonis interdictum fuit, delinquat, an pœna ordinaria puniatur. ardua quæst.
42 Prodigus, etiam post interdictionem si deliquit, potest ad mortem natur. dem damnari, secundum communem opinionem.
43 Resolutioni non subiacet testamentum eius, qui alterum ob rerum suarum defensionem occiderit.
44 Defensio rerum nostrarum an sit sufficiens causa ad alterum occidendum, dubia quæst.
45 Homicidium an fecisse uideatur, qui dixit summam uindictam de te, si ille mortuus reperiatur. ardua quæst.
46 Torturæ sufficeret præcedens indicium.
47 Torturæ sufficiens indicium non nascatur ex inimicitia capitali. ardua quæst.
48 Mandans, & mandatarius an pari pœna puniantur. ardua q.
49 Hæredibus cunctis amicum fieri oportet occisorem defuncti, ut gaudeat beneficio statuti de hæredibus loquentis. ardua pugna.
50 Indefinita relata ad personas, in quibus par ratio erat, æquipollet uniuersali, cum communi opinio.
51 Statutum à iure communi recedens non extendendum.
52 Testamentum non resoluitur per damnationem ad mortem, si damnatus pendente appellatione decesserit.
53 Appellationis interuentu sententia an rescindatur, an solum suspendatur, noua declaratio.

ASVS decimus. † Testamen tum rite & recte factum irritum fit, cum primũ testator ad mortem damnatus est. l. si quis filio exhæredato. §. irritum. uersi. sed & si quis. ff. de iniu. rup. ratio, q̃a ille seruus pœnæ efficitur, ut ibi (nam pœnæ seruus efficitur). constat autem seruum non posse facere testamentũ. l. filius fam. 1. l. filius fam. 2. ff. de testam. in prin. inst. quibus non est permiss. fac. testa. quia is, q̃d attinet ad ius ciuile, pro nihilo reputatur. l. quod attinet. ff. de regu. iur. altera ratio est, quia per legem fieri non potest, ut qui nulla bona in ciuitate reliquit, is hæredem habeat. l. lex Cornelia. ff. de uulgari. seruus autem pœnæ nihil suum habere potest. l. aç quiritur. ff. de acqui. rerum dominio. l. placet. ff. de acqui. hære. per totum fere inst. per quas personas nobis acquiritur. Et ferè per totum de his, qui sunt sui, uel ali. iuris inst. † olim enim, qui ad mortẽ damnabatur, cum capite fortunas quoq; suas amittebat, eiusq; bona publicabantur. l. 1. ff. de bonis damnatorum. l. fi. §. ut autem. ff. de bonis eorum, qui ante senten. mor. sibi consciu. l. de portati. l. in metallum. C. de bonis damnatorum. l. bona fides. §. 1. ff. de posti. tradunt Bar. in. §. fi. in authen. ut nulli iudicum. Bar. in d. l. 1. ff. de bo. damnatorum Bald. in c. 1. uerbo. pro tali excessu. de pace tenenda. idem in. l. 7. C. ex delict. defunctorum Ioãnes Igneus. in. l. 1. §. si sibi manus, nu. 87. ff. ad S. C. Sylla. Ioãnes Ferrar. de appell. lib. 2. c. 12. Paul. Cas. & alij in. l eius, q. ff. de test. † huiusmodi tñ bona, quæ fisco applicantur ex delicto capite damnati, non tam assimilantur bonis regalibus, quàm bonis patrimonialibus ipsius Regis, & consequenter libere possunt alienari. ita Lucas. de Penna in. l. quicunque. C. de omni. agro. de sert. lib. 11. & in. l. 2. col. 2. defund. patrim. eod. lib. Bald. in. l. nec damnosa. C. de precib. imp. offeren. & ibi Ias. collũ. 1. Paul. Parisius. consi. 1. Clemens Septimus, nume. 22. lib. 4. Bald. & Paul. in. l. rescripta. C. de precib. imp. offeren. idem Paul. in d. l. nec damnosa. Paris de Puteo. de sindicatu. uersi. com positio. col. 13. & Paul. Parisius, consi. 69. Dominus Ambrosius. num. 194. lib. 3. † quæ communis opinio ex eo certior redditur, q̃ huiusmodi condemnato, si principis indulgentia postea restitutus fuit, omnia sua bona, ut cunque iam essent fisco acquisita, restituuntur. ut est communis opin. Bart. & Doctorũ. in. l. 1. in fi. per tex. ibi. & in. l. fi. C. de senten. passis. Bar. in. l. Gallus. §. & quid, si tantum. nume. 13. collum. 4. Lacelotus. Galliaula, nume. 64. Iason. nume. 66. & nu. 70. Carolus Ruinus, nu. 120. Fortunius. nu. 153. Emanuel à Costa. part. 2. nu. 144. ff. de libe. & posth. & est communis opin, secundum Paul. Paris. in d. consi. 69. nume. 196. facit. l. 8. titu. 1. lib. 6. ordina. traditur per Ioann. Igneum. in l. 1. §. si sibi manus. ff. ad Sillania. reliqua autem patrimonialia ipsius principis, ut libere possint alienari, communiter receptum est, ut diximus supra. §. 26. num. 84. Regalia

1 *Resoluitur testa. si testator ad mortem damnatur iure. ff.*

2 *Capitis damnationem sequebatur bonorum amissio iure ff. cũ communi.*

3 *Regalia nõ censentur, sed patrimonialia bona delinquentis publicata cũ communi op.*

4 *Restituto a principe bona restituuntur cum communi.*

5 galia† uero ut alienari regulariter nequeant, communis, & uera ſententia eſt, niſi in caſibus, ut ibi tradidimus, in nu. 82. & in §. 3. num. 4. ut probat tex. in c. intellecta. de iure iurando. ubi Innoc. Bal. Imola. Panormit. & Anchar. & alij communiter, ut late huius partis fautores congeſſimus in d. n. 82. quibus adde idem tenere communiter. dd. in c. abbate ſane, per tex. ibi de re iu. lib. 6. & in c. extransmiſſa. & in c. uerum. de foro competen. Bart. conſil. 189. ciuitati Camarini. Cinus, & Albericus, in l. digna uox. C. de ll. Bart. Bal. & alij. ubi Alex. in additionibus in l. prohibere. §. plane. ff. quod ui, aut clam. Signorolus de Homodeis. conſi. 26. quæſtio talis eſt.

Regalia regulariter ne queunt alienari.

6 Sunt tamen, qui uelint† Principem poſſe donare ſubditis ſuis regnorum ſuorum ciuitates, caſtra, & opida, quando id non cedit in regni ſui cladem, & iacturam ingentẽ, ut uideantur uelle non pauci noſtrorum in d. c. intellecto. & in dict. c. pitu. uerum. & in dict. c. extranſmiſſa. & in hanc partem inclinat Signorolus, & Bal. ubi ſupra. & alij, quam plures. dd. quos congeſſimus ſupra. §. 26. num. 83. uerſic. limita, ut procedat. quibus adde idẽ tenentes. Bart. & Bal. in l. ſi certarum. ff. de mili. teſt. Bal. in l. 1. in fin. C. unde cogna. quos refert, & ſequitur. Ferdinandus Loazes. in ſuo conſil. pro Marchione de Vellez. in prima dubitatione, numero. 6. ubi hanc firmat eſſe communem ſententiam. Nam & ſimiliter & ſi ſummus Pontifex unam magnam ciuitatẽ non poſſit alicui in feudare ſine cardinalium conſenſu, poterit tamen oppidum, uel caſtrum, uel ciuitatem non magnam alicui bene merito donare. Ita Bal. in l. cum multa. C. de bo. quæ lib. & in conſi. 199. ſuper eo, quod quæritur. col. pen. lib. 3. Oldrald. conſi. 94 elegantẽr, & in conſi. 292. ad quæſtionem. Ioan. Andr. ad Speculatorem, titulo de iuriſdi. omnium Iudicum. in additione magna. Frideri. de Senis. conſi. 220. Abb. con. 3. Nitar in præſenti quæſtione 26. lib. 2. Corſetus. de poteſt. & excellen. regia, queſtione 4. & q. 75. Anania. con. 81. uiſo inſtrumento. ubi inde infert Ducẽ Mediolani potuiſſe ciuitatem Aſtenſem donare. Andreas de Iſernia. in c. imperialem. §. ita tamen. de prohibita. feu. alien. per Fridericum. idem Iſernia, & Afflictus. col. 7. in titulo quæ ſint regalia. Aluarotus, Martinus Lauden. & Præpoſi. in c. 1. in prin. col. 6. qui feud. dar. poſſunt. idem Cardi. in præludijs feudorum. Alex. in l. Filio, quem. col. fin. ff. de lib. & poſth. & in conſi. 24. ponderatis his. col. fi. lib. 5. Barth. Socin. con. 4. ſuper quæſtione. col. 6. lib. 3. Felinus in c. ad audiẽtiam. col. 1. de reſcrip. Petrus Bellug. in ſpeculo principũ. in Rub. 8. pagin. 3. ubi infert ualuiſſe donationem factam de ciuitate Suugoruina, quam Rex Aragonũ fecit infanti Henrico ob bellorum calamitatem, tenet in ſimili Felinus. in c. 1. col. 3. de proba. Rocchus de Curte. de conſue. col. 95. concluſi. 6. Afflictus in præludijs feudorum, col. 12. & in præludijs conſtitu. Neapoli. q. 24. Iaſon in l. 1. ff. de conſt. princip. col. 3. Decius con. 191. in cauſa, quæ agitur col. 1. Albert. Brunus. conſi. 51. in caſu iſto. Ruinus conſi. 91. quæritur. lib. 2. Pariſius conſi. 27. in præſenti conſultatione, col. 2. lib. 1. Stephanus Bertrand. conſi. 86. & conſ. 42. col. 1. lib. 1. ut refert idem Ferdinandus Loaz. ubi ſupra. & q reges ſuperiorem non recognoſcentes poſſint ad libitum iura† regalia alienare etiam

Regalia opida an ſubditis ſuis princeps poſſit donare in gens pugna.

7 in præiudicium ſucceſſorum, tenet Bal. in c. ſi. de re iudic. & Iaſ conſ. 11. uidetur prima facie. col. 3. lib. 3. & de iure regio uidetur probare tex. in l. 1. tit. 17. part. 2. & in l. 1. titu. 18. ead. part. & in l. 8. tit. 1. par. 2. & in l. 2. tit. de las donaciones. lib. 5. ordi. & alia quam plura iura, quæ congeſſimus ſupra. § 3. n. 4. Nec mirum id eſſe uidetur, cum longè facilius ualere ſoleant talium regum, & principum, quam priuatorum donationes. unde licet donatio quam pater facit filio familias nõ aliter ualeat, quàm ſi interfuerit † iuramentum, quo interueniente non deſinit eſſe firma, ut tenent dd. in c. cum contingat. de iure iur. & pleriſque ſcribentium, in auth. ſacramenta puberũ. C. ſi aduerſus uendi. Bart. & alij in l. ſi quis pro eo. ff. de fid. iuſſor. & non pauci noſtrorum. in l. ſi donatione. C. de colla. Ioann. Baptiſta, de ſancto Seuerino. & ibi communiter omnes in l. frater a fratre. ff. de condit. indebit. Speculat. in tit. de locato. § nunc oſtendendum. uerſic. 24. Bald.

Regalia alienatur ad libitum regis ſecundum quoſdam.

8 in l. fin. col. fi. C. de uſucap. pro donato. & in repeti. l. 2. ff. de iure iuran. & in conſi. 430. incipi. Præmittendum eſt. uolu. 1. Paul. de Caſtr. in conſil. 335. incipi. circa bona. columna. 2. ad fin. uolum. primo. Bertachinus in tractatu de gabellis, in 21. q. Bartholomæus Veronenſis in cautela. 249. Alexand. in conſil. 82. incip. Viſis, & conſideratis, uol. 1. & in conſil. 8. incip. Viſis, & conſideratis his, quæ in themate. uol. 2. & in conſil. 157. incip. Viſo inſtrumento donationis, colum. fin. eod. uolu. & in conſil. 20. incipi. ponderatis, uolu. 3. Fran. de Aretio, in conſil 17. Conſideratis diligentiſſime, & in conſil. 72. incip. Præſupponitur in facto circa finem, & in conſil. 77. incip. ut ratio ſcribendi. & in l. illud. in ſecunda columna. ff. de acquirend. hereditat. Socinus in conſil. 107. incipi. in cauſa mota. ubi hanc dixit communem eſſe opini. uol. 3. Iaſ. hanc inquit eſſe communem opinionem, in conſil. 118. incip. Contra donationem. Paul. de monte Pico, in repetit. l. in quartam folio mihi. 16. in 7. concluſi. Philippus Corneus. in conſil. 306. incip. opportunum, & expediens. colum. 3. uol. 3. & in couſil. 289. ubi hanc dixit eſſe communem opin. incipit. circa primum conſultationis articulum, colum. 10. uolum. 4. Philippus, Decius, in cõſilio 216. incipi. Viſa tranſlatione, & in conſi. 229. incipi. Immo non uidetur, ubi etiam hanc dixit communiorem opinionem. uol. 2. & in cõſ. 631. incipi. Caſus, de quo quæritur, & conſil. 688. incip. Ad confirmationem eorum. ubi hanc dixit magis communem eſſe opinionem, uolum. quinto. & in lege, ex teſtamento. C. de collationi. Petruspaulus Pariſius, in conſil. 53. incipi. Primò dicendum uidetur, colum. ſecunda. uolum. 1. & conſil. 63. incipi. Merus iſte, colum. penultim. eodem uolumin. & in conſilio ſecundo, incip. & in alio conſilio, in prima columna, & conſil. 33. incip. ut præſens conſultatio, in quinto volumin. & in conſil. 69. incip. Dominus Ambroſius, columna. 13, uolumin. tertio. Carolus Ruinus, in conſil. 131. incip. prima donatio, columna prima. uolumin. 1. & in conſil. 179. incipi. de ualiditate donationis, eodem uolumine. & in conſil. 96. incip. Viſis, & bene ponderatis, columna penultim. uolumine quinto. Aymon Cauretus, in conſil. 19 incip. Super tranſactione, in primo dubio, ubi hanc etiam dixit communem eſſe opinionem. Marianus. Soci. Iun. in conſil. 67. incipi. præſentis conſultationis dubitatio, colum. fin. uolum. ſecundo. Catelianus Cotta, in ſuis memoralibus, in uerbo donatio facta a patre. Antonius Capycius in deciſionibus. Neapolitan. deciſi. 56. incip. In cauſa Pinti de Laudiſijs, in ſecunda columna. Stephanus Bertrandus, in conſil. 35. incip. Viſis caſu, & ſcripturis, in prima columna, & in conſil. 62. incipi. Viſis, in prima columna, & in conſil. 257. incip. Viſo quodam publico inſtrumento, in principio, & in conſil. 346. incip. Ponitur in facto, uolumine primo. & in conſil. primo, columna tertia. & in conſil. 20. incipi. In uniuerſali, & in conſil. 34. Viſo caſu, columna ſecunda, & conſi. 82. uiſis inſtrumentis, in princip. & in conſi. 103. circa proceſſum. colum. tertia. lib. ſecundo. & Pariſius, & Bertrandus, in locis ſupra citatis firmant hanc eſſe magis communem ſententiam, quam etiam ſequitur Iaſ. in d. l. frater a fratre, colum. ante penultim. Sed contrariam partem, ut talis donatio non firmetur iuramento, tenent innumeri ferè autores relati per eos, quos ſupra congeſſimus, & Philippus, Corneus. conſil. 238. Quamquam, columna quarta. lib. ſecundo. & conſil. 9. In hac conſultatione, eodem lib. Felin. conſ. 30. Neminem tam exercitatum. colum. penultima qui plures referunt huius partis fautores, ita ut harum partium uix appareat, utrua receptior ſit, licet pars negatiua, ut ea donatio non firmetur iuramento, peremptoria ratione firmetur. nam† iuramentum non

Donare filioſ. pater poteſt cum iuramento ſecundum communem opi. ſed eſt dubia pugna.

9 auget poteſtatem iurantis, licet efficiat, ut ualiditas actus extendat ſeſe, quatenus ſe extendebat poteſtas iurantis. tex. notab. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. ſed donatio inter patrem, & filium in poteſtate ualere impoſſibile eſt, ita ut aliquid operetur inſpecto præſenti ſtatu, quia quidquid accquirit filius, continuo acquiritur patri. §. item nobis. & per totum. Inſt. per quas perſo. nobis acquiritur l. placet. ff. de acq. hæred. & C. per quas perſo. nobis,

Iuram. auget uolumtem non poteſtatem.

bis acquiritur. per totum: quinimo filius, & ſeruus hac in re æquiparantur. d.l.placet. & l.acquiritur.ff.de acquir. reru.domi.utrique autem domino, uel patri etiam ignorantibus, inuitis, & reluctantibus acquirunt l. ſeruus uetante. ubi per omnes.ff.de uerborum obligat. licet poſtquam ſic acquiſita fuerit, poſſit per patrem, uel dominum repudiari, abiici, & pro derelicto haberi l.1. & 2.ff. pro derelicto. unde cum primum paterfamilias filio ſuo donauit, ſi ea donatio ualeret, & aliquod ius filio acquireretur, continuo ad patrem id ius reuerteretur, & reacquireretur, ad patrem inquam etiam inuitum, & repugnãtem. cum ergo in huiuſmodi acquiſitione, quæ patri per filium contingit, non de uoluntate patris, ſed de ipſius potentia agendum foret, quid ad rem iuramentum, quod potentiam auget, ſed enixiorem duntaxat uoluntatẽ fuiſſe detegit d.§.filius matrem.ca.cum contingat. in fi. & ca.
10 debitores. de iureiuran. cap.2.in fin. de pact.lib.6.

Rex poteſt filio ſuo donare.

Retenta tamen communi ſententia, †licet donatio inter patrem, & filium in poteſtate regulariter non ualeat. d.l. donationes, quas parentes. C.de dona.inter uirum & uxo. ualet tamen quando fit à Rege, filio ſuo etiam in poteſtate conſtituto. ſicq; facilius ualet regum, quàm priuatorũ donatio. ita Bal.in cap.1.§.ſacramenta.de pace iur.firman.
11 in feud. Crotus in d.l.frater à fratre, col.20. Nam† & ſimiliter licet inter priuatos donatio, quæ excedat quingentos ſolidos ſine inſinuatione non ualeat l.ſi quis pro redẽptione.§.fi.C.de donatio. ualet tamen etiam ſine inſinuatione, cum fit à principe auth.item & à priuatis.C.de don. & in corpore, unde ſumitur. ut hæc, & alia multa principum ſpecialia enumerauimus .ẽ.§.26. per totum.

Regis donatio non eget inſinuatione.

Quid dicendum, & quidem, ſi uerum amamus, uerius eſt uaſallis inuitis principem non poſſe urbem, aut ciuitatem, aut oppidum uel caſtrum alienare tunc, quia ei admiſtrandi tantum poteſtas data eſt, prodigendi uero aut abutendi data poteſtas non eſt, ut late probant huius partis fautores. & plene diximus.ẽ.§.26. num.47. cum multis præcedentibus, & ſequentibus. Tunc & fortius, quia & ſi ſine præiudicio ueri, & ueluti conniuentibus oculis concederemus, principem in præiuditium regni ſui poſſe regalia alienare, tamen id tolerari poſſet quando ea alienatio cederet in damnum totius regni uniuerſorumq; ua-
12 ſallorum & ſubditorum† non ſic ſi in necem & læſionem quorundam tantum, non etiam uniuerſorum, ne alias communi omnium utilitati & neceſſitati cum læſione & iactura quorundam tantum, non etiam uniuerſorũ conſultum contra omne ius omnemq; æquitatem uideatur, iuxta l. cum oportet in prin.C.de bo.quælib.l. illud, l.illam.C.de collati. ſi .n. alienatio neceſſaria non erat omnes utriuſq; partis fautores cateruatim conueniũt principem alienare non poſſe. ſin autem neceſſaria erat (quia forte reditus regales annui uel menſtrui ad hoſtes repellendos tuendã armisq; ſaluandam prouinciam aut regnum non ſufficiebant) tunc cum unum eſſet & commune periculum, communisq; omnibus uaſallis utilitas par erat, ut cum uniuerſorum ſubditorum iactura expenſis cura diligentia opera conſilio labore conſuleretur, non cum quorundam tantum malo iactura expenſa & internecione contra rationem .dd.legum, nec enim eſſent ferendi qui contrarium uellent: ut in ſimili ait tex. in l.unica.C.de caducis tollen. §. his ita, uerb. non eſt ferendus, quæ ratio tam æqua & euidens nobis eſſe uidetur, ut illud poetæ iactare auſim dicentis, Vt homines taceãt iumenta loquentur, & quòd philoſophus ait quærere legem ubi naturaliter ſentimus nihil aliud eſt, quàm infirmitas intellectus, pro nobis optimus textus in lege inuitus.ff. de fideicom. libert. facit l.
13 iure noſtro.ff. de teſtamen. tutela lege quanuis.C de rebus eorum. bonus text. in lege legatus.ff.de offic.præſi. per quem dicunt ibi gloſſa, & Barto. †quòd cum Imperator regnum ſeu imperium à populo receperit lege prima. ff. de conſt.prin.§. ſed & quòd principi, inſt. de iure nat.l. 2.§. deinde quia difficile, &.§.nouiſſime.ff. de origine iuris non poterit illam poteſtatem inſcio regno aut inuito abdicare: ergo multo minus poterit in alium transferre, præſertim ſi ille ſit inferior dignitate nobilitate authoritate, & potentia, quàm ipſe rex, cui ſe populus ille commiſſerat gubernandi enim duntaxat non etiam prodigendi, abutendi, aut ſedandi poteſtatem à populo accepiſſe uidetur. faciunt quæ traduntur per Ioannem Igneum in lege donationes.numero 31. & fere per totam legem. C. de donat. inter uirum & uxorem, & quæ latius diximus libro primo controuerſiarum. capit.1. quod intellige in regno legitime acquiſito: puta ex populi conſenſu, quòd ſi ui & armis fuit populus ſubactus (quo caſu tyrannidis 14 imago non regnum aut imperium eſt) †tunc victori dicerem eſſe in ſubditos plenam poteſtatem uitæ, & necis non aliter atque olim erat in ſeruos: ut per totum inſt.de iure perſonarum .§. ſed & maior aſperitas.inſt. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris. lege manumiſſiones.ff.de iuſt. & iure. Sed & tunc per contrarium uaſalli aut ſubditi, quàm primum poſſent à iugo ſeruitutis ſeſe liberare inque ſuam laxitatem & libertatem ſe uindicare, ſiue clam, ſiue dolis, ſiue ui & armis id eis fas eſſet iureq; feciſſe diceretur. §. item ea quæ ab hoſtibus, inſt. de rerum diui. & quod tradit Ioannes Igneus ubi ſuprà. Eſt & tertia ſpecies dominandi ueluti ſi in campis & areis alicuius principis, quæ erant iure dominij ut proprium patrimonium, & præterea in eis habebat iuriſdictionem, ut ſic poſſet in eos animaduertere, qui ibi facinus admiſiſſent, quidam incolę uellent populum facere, idq; à principe certis legibus, & pactionibus impetraſſent, tunc enim niſi lex contractus expreſſim uel tacite repugnaret, poſſet princeps eos alienare etiam ſine ulla cauſa: non ſecus, quàm reliqua ſua bona, quia ut quiſq; ſuum alienet de genere permiſſorum eſt iure, tam gentium, quàm ciuili lege conuentiones. lege iuriſgentium.ff. de pactis lege penult. eodem titulo lege ex hoc iure .ff. de iuſt. & iure.§. ius autem gentium inſt. de iure nat. etiam prodigendo, & abutendo lege non uſque .ff. ſi apparente quis fuerit manumiſſ. l.quia autẽ.§.1.ff.quæ in fraud.credi. l.1.ad medi.ff.ſi quid in fraud.pat.d.l.1.§.pe.uerb.prodegit.l.ſed & ſi lege,§.cõſtituit.ff.de pet.hær.ergo iſtarum dominandi triũ ſpecierũ in duabus poſterioribus quid iuris ſit expeditiſſimum eſt. In prima autem ſpecie dic ut diximus .ſ.principem non poſſe (utcunque ſit urgeatq; magna neceſſitas, aut forte bellorum calamitas) alienare unum aut alterum ex populis regni ſui, ne cum iactura & internecione quorundam uniuerſorum utilitatibus, aut neceſſitatibus, aut periculis conſuluiſſe ſubuentumq; uoluiſſe uideatur. †cæterum ex 15 iuſta cauſa, aut neceſſitate reditus & iura regalia alienare poterit, quia hoc cedit non in quorundam tantum ſed etiam in uniuerſorum læſionem & iacturam, quia ut paulatim regius cenſus minuitur ſic expenſis totius regni nouum cenſum ſolet populus loco deficientis ſufficere ut quotidie uſu uenire in noſtra Hiſpania uidemus, ut regiæ facultates quotidie ueluti finiri, & quotidie totidem renaſci ac denuo conſtitui uideantur, ut in ſimili dixit text. in l.1.§.interdum.ff.de uſufr.accreſcendo.

Reipublicæ ſubuenien-dum eſt non cuiuſ quo rundam tantum ſed uniuerſorũ im-penſa.

Regales cenſus ex cauſa poteſt princeps alienare uaſallorũ uero quoſdã non utique.

16 Tenendo hanc partem neminem mouere debet, q† ſecundum hoc miſera quibuſdam uideatur regum conditio ſi nihil omnino eis alienare, aut donare liceret, ac ueluti ſeruilis ut aiunt gl.& Ioannes Andr.in c.grandi.de ſuppl. negli.prelat. Ioannes Igneus in.l.donationes quas diuus. nu.9.C.de dona.inter uirum & uxorem. Oldrald.conſ.94. ſed hec obiectio nullius momenti eſt, quia ex ampliſſimis fructibus, & reditibus regalibus, quibus potitur poterit ſat ſuperq; donare. Item ex rebus, quæ quotidie publicantur fiſcoq; applicantur poterit ſimiliter donare, ut ex cõmuni opinione.ẽ.retulimus. Item ex bonis ſuis patrimonialibus poterit plus ſatis donare, ut.ẽ.diximus.

Princeps quibus de rebus libere poſſit donare.

17 Ex ſuperioribus apparet ſuſpectum eſſe, q Innocentius & Bald.col.7 in c.bonæ.2.de poſtul. prætatorum ſcripſerunt nempe ſummum pontificem cum bona conſcientia poſſe eccleſiarum caſtella donare ſicq; ualuiſſe donationem quem Papa fecerat de caſtello Perufino.

Papa an poſſit caſtella eccleſiæ donare.

Apparet

Regnandi triplex origo & cuiuſq; earum qualis poteſtas.

Regnũ aut imperiũ non poteſt ſubditi ignaris educari nec ſi inuitis.

18 *Imperator quæ, & quâ do possit donare.*

Apparet similiter suspectũ esse, quod idẽ Bal. in ca. 1. de natu. succ. feudi, & Alex. consi. 1. lib. 6. & Ruinus, qui eos refert consi. 29. uisis, col. pen. lib. 1. scripserunt dum firmant posse imperatorem alicui concedere castrum alicuius ciuitatis etenim in oibus his speciebus, & similibus in imperio, regno, aut dominatu, qđ descenderet ab ipsa populorum concessione locum non haberet licet forte tolerari posset in alijs duabus dominandi speciebus. ꝛ. relatis.

19 *Regibus maiorem esse libertatem in donando, quàm priuatis, ut intelligendum.*

Neque ad rem pertinet, ꝙ † maior libertas principibus esse debeat in donando, quam sit priuatis argumẽ. l. donationes quas diuus. C. de dona. inter uirum & uxorem. l. fi. C. de bonis, quæ lib. l. 2. &. 3. C. de quadri. prescrip. l. Sancimus. C. de donationibus. c. 1. eod. titu. nam fateor, quando donat sua non sic si donat aliena, quæ pertinent ad ius alterius tertij. nam tunc (& longe magis si pertineant ad ius reipublicæ) multo remotior esse debet ab huiusmodi facultate, seu licentia, quàm sit quilibet priuatus arg. l. nepos Proculo. ff. de uerb. signi. quia quo quisq; in excellsiore dignitate constitutus est, splendidioribusq; honoribus decoratus, eo magis, ac magis ad uirtutem optandam sequendamq; tenetur, sicq; eo magis impeditus, quo ad contrariũ (qualis est iniuria & iniquitas) esse debet, ut per Aymonẽ de antiq. temporum ad princip. per nos. lib. 1. ca. 1. controuersiarum. Hactenus de iure communi, iure uero Hispanorum quid dicendum tradidi. ꝛ. §. 3. nume. 4.

20 *Resoluitur testamentum captiuitate.*

Casus undecimus Testamentũ, qđ † initio ualuit: postea potest infirmari per interuentum captiuitatis. l. si quis filio exhęredato. §. irritũ. ff. de inicis. rup. ratio, quia captus efficitur seruus hostiũ, ut ibi & in. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. §. Ius autem gentium, inst. de iure natu. & fere per totum. C. & ff. de capti. nec dubium est quin seruus sit intestabilis. l. qui in potestate. ff. de testam. & in princ. &. §. 1. inst. eo. ti. quia quãtũ attinet ad ius ciuile seruus pro nihilo reputaꝛ. l. qđ attinet. ff. de reg. iur. facultas autẽ testamenti faciẽdi à lege ciuili profecta est. l. 3. ff. de testam. l. lege obuenire. ff. de uerb. signifi. diximus plene. ꝛ. §. 1. in prin. at & si ab hostibus capti irritum fiat testam. tamen siue reuersus fuerit iure postliminij confirmatur, siue apud hostes decesserit lege Corneliã sustinebitur quasi preambula hora captiuitatis mortuus esset. d. l. si quis filio exhæredato, §. quatenus. l. lege Cornelia. ff. de testam.

21 *Resoluitur testamentum si testator uendidit sese.*

Casus duodecimus. Testamentum † quod initio ualuit postea infirmari potest ex eo, quòd testator sese uenundederit ad pretium participandum (id quòd hodie aiunt sæpe fieri in hominibus, qui ad triremes ministrandas sese obnoxios faciunt) l. si quis filio exhæredato. §. irritum. ꝛ. alleg. facit. §. fin. inst. de iure persona. sicq; uides, ut potest quis sibi adimere facultatem testandi etiam per actum demeritorium, quod & per actum meritorium sine dubio perat auth. ingressi. C. de sac. eccles. ut sic appareat suspectã esse opin. Bar. & aliorum, qui in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. oblig. scripserunt † neminem posse facere

22 *Donatio omnium bonorũ præsentiũ, et futurorũ ualere contra communem.*

donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum. ne per hoc euenire posset, ut sibi adimeret testandi facultatem, quod minime talis donationis ualiditati impedimento esse deberet. cum non solum contingenter, sed etiam certe & indubitate possit quis sibi adimere facultatem testandi, & non solum per actum meritorium, aut indifferentem, sed etiam per actum demeritorium (ut diximus) qua de re plenius. ꝛ. de su. crea. §. 18. nume. 292. hodie autem iure regio donatio etiam omnium bonorum præseutium, nõ ualet per Taurinam legẽ. † Sed an isto casu is, qui se uenũdedit si sui iuris postea fiat conualescat illud testam. & iure

23 *Testamẽtum eius, qui uẽdidit sese, an si sui iuris moriatur, conualescat.*

ciuili non conualescere certum est, quia eo iure res semel extincta nunquam reuiuiscit. l. qui res. § aream. ff. de solut. l. inter stipul. §. sacram. ff. de uerb. oblig. fallit, ut in superiore casu diximus, sed iure prętorio forte non denegareturhęredi scripto, ſm tab. bo. po. arg. l. penul. §. fi. ff. de bo. po. ſm tab. &. §. non tamen, inst. quibus modis testam. infirm. cogitamen, quia nimis nouum. & uide. Ioan. Igneũ. in. l. donationes quas diuus. num. 31. C. de don. inter uirum & uxorem.

24 *Resoluitur testamentum*

Casus decimus tertius. Testamentum † quod initio ualuit infirmatur si postea testator arrogandum se prębuit, ut d. l. pen. §. fi. & d. 9. non tamen. Sed si rursus sui iuris testator efficiatur, & in eadem uoluntate perseuerauerit, ſm tabulas bo. po. hæredi scripto non denegabit, ut dd. iuribus † & hic est unus casus, in quo etiã hodie ſm tab. bo. po. necessaria est cum is hæres iure ciuili succedere minime posset. Sic & in terminis. l. filio prætento. &. l. posthu. in princ. &. §. idẽ & circa. ff. de iniust. rup. Bono. po. ſm tab. necessaria est quia in illis casibus inspecto iure ciuili testam. fuit omni tempore nullum, uel ruptum sine ulla spe renascendi, ut ubique tenent communiter Doct. & tradunt antiqui, & noui. in. l. fin C. de po. pos. contra tabul. & in. l. si arrogator ubi Ias. num. 13. cum seq. ff. de adoptio.

si testator se arrogandum prębuit.

25 *Bo. po. sum etiã hodie necessaria.*

26 *De portatione resoluitur testamentũ.*

Casus decimusquartus. Testamentum † qđ initio ualuit postea desinit ualere si testator deportatus sit. l. eius. §. in insulam. ff. de testam. l. si quis filio exhæredato. §. eius. ff. de iniust. rup. Ratio, quia ille seruus pœnę efficitur d. §. eius. &. §. irritum, eiusd. legis seruum autem constat non posse (ut proxime diximus) facere testam. Altera ratio est, quia deportati bona publicantur. ut d. l. eius. ergo intercidet eius testam. quia per legẽ fieri non potest, ut qui nulla bona hꝛe pót, is hæredẽ habeat. l. lex Corn. ff. de uulga. facit. l. fi. §. ut autem. ff. de bonis eorum, qui ante sententiam mor. sibi conci. l. de portati, &. l. in metallum. de bo. damna. C. Tertia ratio, quia de portatus ciuitatem amittit. l. qui ultimo, in princ. ff. de pœnis, ergo uitiatur eius testam. Iuxta. l. 1. C. de hered. inst. nam testamenti factio iuris Romanorum est. l. 3. ff. de testam. diximus. ꝛ. §. 1. in princi. Hodie autem

27 *Pœna seruus hodie nullus efficitur, quãdo posi condemnationẽ utã retinet, alias secus.*

† nullus bene natus efficit seruus pœnæ, ut plene resoluũt Decius, & Hieronymus Cagnolus. in. l. seruitutẽ. ff. de reg. iur. per auth. Sed hodie. C. donat. inter uirum & uxorem, & in corpore unde sumitur, quòd obtinet in his, qui post condemnationem uitam adhuc retinent (quales sunt damnati ad metallum, uel ad bestias, ut cũ eisuitã agant, uel de portati) Sed qui naturaliter intercidit per condemnationẽ seruus pœnæ efficitur, & ita declaratur. §. quòd autem in auth. de nupti. ita Bar. in d. l. qui ultimo. Decius, & Cagnolus in d. l. seruitutem. Ias. in. l. si quis mihi bona. §. seruus. ff. de acquir. hæredi. Angelus in. §. 1. insti. quibus modis Ius patrię potest. sol. Socinus in. l. si cognatis. ff. de reb. du. col. 4. Aretinus in. l. eius. §. si cui, ad finem. ff. de test. per Ioannem Igneum in. l. 1. §. si sibi. num. 87. cum seq. ff. ad Syllani. Hodie uero an bona de portati publicentur sati controuersum est in locis. ꝛ. citatis, & tradit nouissime Ioannes Igneus. in d. §. si sibi. nume. 104. cum seq. per auth. de incest. nup. §. 1. & in auth. de manda. prin. §. oportet, & authen. ut nulli iudicum. §. fi. & uide. l. 4. Taurinam.

28 *Resoluitur testamentum aquæ, & ignis interdictione.*

Casus decimusquintus. Testa. † qđ initio habuit, postea pót infirmari si testator aqua & igne interdictus fuerit, ut in. l. eius. ff. de testamen. l. 2. C. qui testa. fa. po. nam cum is etiam seruus pœnę efficiatur. l. qui ultimo. ff. de pœnis, reliquum est, ut testari non possit non magis, quàm reliqui serui. Præterea istius bona publicabantur, ut d. l. eius, ergo intestabilis manebat eiusq; testamẽ. antea factum peribat, ut in. l. lex Cornelia. ff. de uulgari. hodie autem nec efficitur seruus pœnæ, nec eius bona publicantur, ut proxime diximus, & tenent communiter Docto. in locis. ꝛ. allega. & uide. l. 4. Taurinam.

29 *Resoluitur testamentum si testator ad bestias, uel an metallum damnatus fuerit.*

Casus decimussextus. Testa. † qđ initio ualuit, postea pót infirmari si testator ad bestias, uel ad metallum, seu opus metalli damnetur. d. l. si quis filio exhæredato. §. iritum. ff. de iniu. rup d. l. eius. ff. de test. nam & hoc etiam, casu is seruus pœnæ efficiebatur, & eius bona publicabantur, & ciuitatem iste ammittebat, hodie autẽ isthęc fere omnia sunt immutata, ut &. ꝛ. differuimus. Sed an hodie huius test. sustineatur tradit Igneus. nume. 108. in d. §. qui sibi. & uide. l. Taurinam. 4.

30 *Resoluitur testamentum proscriptione.*

Casus decimus septimus. Testamentũ initio firmum postea potest infirmari si testator proscriptus fuerit nã dam natorum, & præscriptorum par iudiciũ esse resoluit Ioan. Igne. in d. l. 1. §. fi sibi. ff. ad Syllani. nu. 87. suadeturq; ex rubrica. C. de bonis damnatorum, seu proscriptorum quasi

à pari

à pari erocedere ſignificet expreſſius in authen. ut nulli iu dicum. §. fina. ibi in quibus leges mortem, aut proſcriptionem definiunt, &. l. 2. &. l 3. C. ſi pend. appell. mors interuene. &. l. fina. C. ſi reus, uel accuſ. mor. fue. Vnde ut per dānationis interuentum teſtamentum antea factum infirmatur, ut iam diſſeruimus, ita & per interuentum proſcriptionis, quid autem in relegatis præſertim cum iudex ſiue iure, ſiue iniuriam hominem ad perpetuum exilium relegauit differit Ioannes Igneus ubi ſupra. num. 88. Hodie autem proſcriptorum bona non publicari docet ipſe ibidē. nume. 104. Philippus Decius & Hierony. Cagno. in. l. ſeruitutem. ff. de regul. iuris. Hodie autem an iſti poſſint teſtamentum facere, & an teſtamentum antea ab eis factum ſuſtineri aliquo caſu poſſit tradit. Igneus, ubi ſupra nume. 108.

31 *Reſoluitur teſtamentū ſi teſtator mortem ſibi conſciuit metu pœnæ.*

Caſus decimus octauus. Teſtamentum † quòd initio ualuit poſtea infirmari poteſt ſi teſtator conſcientia criminis admiſſi mortem ſibi conſciuit, licet ſi tedio uitę, uel doloris impatientia id feciſſet contrarium eſſet. l. ſi quis filio exhæredato. §. eius cum. §. ſeq. ff. de iniu. rup. Metu autu autem criminis imminentis tunc demum feciſſe uideretur, cum uel in crimine deprehenſus fuerat, uel de crimine accuſatus fuerat. l. fina. in prin. ff. de bonis eorum, qui ante ſent.. dum ait, qui rei poſtulati, uel qui in crimine deprehendi metu criminis imminentis mortem ſibi conſciuerunt hæredem non habent. Sed & extra hos caſus, qui cum eſſet ſuſpectus de crimine mortem ſibi conſciuit, licet nec accuſatus eſſet, nec in ſcelere deprehenſus adhuc & poſt mortem accuſari poteſt, & teſtamen. quòd antea fecerat infirmabitur, ut uoluit gloſſ. in l. fin. §. fin. uerb. reatu. ff. de bonis eorum, qui ante ſententiam. & ibi Bar. Contrarium tamen late defendit Igneus, ubi ſupra numer. 59. dic ut per eos. facit. l. 2. C. qui teſtamen. facere poſſunt. quis autem teneatur pro bare crimen fuiſſe perpetratum ab eo, qui mortem ſibi conſciuit utrum ipſe fiſcus, ut bona rapiat an mortui hæredes, ut ea tueantur. Et ſi quidem nec fuerat de crimine accuſatus, nec in eo deprehenſus, ſed de crimine tantum ſuſpectus, omnes conueniunt fiſco incumbere onus probationis, ita Bar. & alij in l. fin. §. fina. ff. de boni. eorum, qui ante ſententiam Petrus, & Cinus in. l. 2. C. qui teſtamen. facere poſſ. Bald. in. l. fi. C. de iure fiſci libr. 10. Igneus in. d. §. ſi ſibi. nume. 62. quòd ſi iam accuſatus erat, uel in crimine deprehenſus, & poſtea mortem ſibi conſciuit, tunc propter hanc præſumptionē, & ueluti fictam confeſſionem, quæ eſt cōtra ipſum, onus probandi eius innocētiam reuertitur ad hæredes ipſius, ita Bart. ubi ſupra & Plate. in. l. fin. C. de iure fiſci lib. 10. Contrarium tamen, ut etiam hoc caſu onus probationis fiſco incumbat tenet Igneus, ubi ſupra. numer. 62. cum pl. ſeq. per d. l. fina. C. de iure fiſci. lib. 10. & per. l. uni. §. fraudis. ff. de port. quæ liber. da. & per. l. fin. §. fina. ff. de bon. eorum, qui ante ſententiam, ibi non eſſe bona publicanda, niſi de crimine fuerit probatum, & rurſus ibi, nec bona prius in fiſcum eſſe cogenda, quàm ſi de crimine fuerit probatum & per. l. in fraudem. §. eius bona. 1. ff. de iure fiſci, ibi non ante ad fiſcum coguntur, quàm prius conſtiterit cuius criminis gratia manus ſibi intullerit. Ad d. l. 2. C. qui teſtamen. facere poſſunt reſpondet, quòd procedit, uel quando ſponte ultroque hæredes uolebant comprobare defuncti innocentiam, uel quando poſt fiſci probationem ad eam eneruandam ipſi probare uolebant contrarium. Et hęc parum mitior uidetur, cogita tamen. Is autem, qui mortem ſibi conſciuit, an inteſtabilis etiā hodie ſit dic, ut per Igneum, ubi ſupra. nume. 78 & num. 108.

32 *Mortem ſibi cōſciuiſſe impatentia doloris, an metu pœnæ, quis probare teneatur.*

33 *Mortem ſibi uis ſibi conſciuit, an hodie eius bona publicentur.*

Deniq; † qui cum ſuſpectus eſſet de crimine, uel etiam accuſatus, uel in crimine deprehenſus mortem ſibi conſciuit, an eius bona hodie publicentur poſt auth. bona damnatorum. C. de bonis damnatorū, & gl. in. l. 1. §. 1. uerb. aduerſus. ff. de iure fiſci, & Bar. in. l. 1. §. fi. ff. de bonis damnatorum. & in. l. 1. §. fi ff. de bonis eorum, qui ante ſententiā tenent, q̄ hodie non publicentur per d. auth. cū ſimi. ſ. all. Contrarium tenent Petrus de bella parti. & Iacob. de Ra. per eum relatus. in. l. 2. C. qui teſt. facere poſſunt, & alij quos refert, & ſequitur Ioannes Igneus, ubi ſ. nume. 109. Nos ſumus in tertia opinione per qua ſuperiores uarietates poſſunt conciliari, ut ſi crimen illius, qui mortem ſibi coſciuit fuit probatū, & ex eo ueniebat cōdemnandus ad mortē naturalē, tunc eius bona publicentur, q̄ ſi ueniebat condemnandus ad mortem tantum ciuilem (puta ad metallum uel ad deportationem) tunc non publicentur. nam & alias generale eſt ut poſt damnationem quæ irrogat mortem naturalem etiam hodie bona publicentur, nō ſic poſt dānationem quę irrogat mortem tantum ciuilem, ut per Soci. in. l. cognatis. ff. de rebus dubi. Decius & Cagnolus in. l. ſeruitutem. ff. de regulis iuris. cum aliis ſupra allegat.

34 *Reſoluitur teſtamentum per dānationem ad mortē naturalē.*

Caſus decimuſnonus. Teſtamētum, † quòd initio ualuit poſtea infirmari poteſt per damnationis interuentum ex qua mors naturalis irrogatur. l. ſi quis filio exhæredato. §. irritum. ff. de iniu. rup. l. eius. ff. de teſtam. nam & ſic damnatus, olim ſeruus pœnæ fiebat. d. §. irritum. d. §. eius qui in ead. l. &. l. eius. ſupra alleg. & eius bona publicabantur ut. dd. ll. unde ceſſabat teſtamenti factio uti hæc conſequentia probatur in. l. lex Cornelia. ff. de uulgari. ſed cum hodie nullus bene natus efficiatur ſeruus pœnę ut ſupra oſtendimus, & iſtius bona non publicentur, ut uidentur tenere Doct. per text. ibi in auth. bona damnatorum. C. de bo. dan. certe iam hodie uidetur per huiuſmodi damnationem neque teſtamen. antea factum infirmari, neque adimi teſtandi facultatem ſicq; uidentur hodie corrigi. l. deportati. l. in metallum. C. de bo. damnat. l. 1. §. ut autem. ff de bo. eorum qui mor. ſibi conſi. l. bona fides. §. 1. ff. depoſiti. l. 1. ff. de bo. dam. quæ iura in hoc correcta eſſe etiā in eo qui ad mortem naturalem danatus fuit ut eius bona etiam hodie non publicentur plene defendit Ioānes Igneus. nume. 104. in. l. 1. §. qui ſibi. ff. ad Syllan. per. §. 1. in auth. de inceſt. nupt. &. §. oportet in auth. de mand. princip. &. §. fi. in auth. ut nulli iudicum.

Contrarium tamen ut etiam hodie bona damnatorum ad mortem naturalem publicentur tenet Bart. in. l. 1. ff. de bo. damnat. cuius op. communis eſt ut, & ipſe Igneus ubi ſupra numero. 93. fatetur, & Socinus in. l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. Decius, & Cagnolus in. l. ſeruitutem. ff. de regu. iur. Alexan. Corneus Decius & alij in. l. 2. C. qui teſtamen ta facere poſſunt. glo. Bart. & alij in. l. eius qui. §. ſi cui. ff. de teſtamen. mouentur tenentes communem op. per tex. ſupra all. dicentes quòd taliter damnati ſerui pœnę efficiunt. quod utique fatetur Igneus iure. ff. procedere non ſic iure auth. quo utimur, eo enim iure nullus bene natus efficitur ſeruus pœnæ, ut probat auth. de nupti. §. q̄ auté tam in deciſione, quam in ratione ibi expreſſa dum ait, & nullum ab initio bene natorum ex ſupplitio permittimus fieri ſeruum, & rurſus ibi neque nos mutamus fortunam liberam in ſeruilem ſtatum, & rurſus ibi qui etiam dudū ſeruientium manumiſſores eſſe feſtinauimus. cū ergo iſte & bona, & libertatem retineat, uidentur ceſſare rationes propter quam olim uidebatur eſſe inteſtabilis, ficque ut hodie, & teſtam. ante damnationem factum ſuſtineatur, & poſtea etiam teſtari poſſit, q̄ in ſpecie firmat Igneus, ubi ſupra. nu. 108 licet agnoſcat eſſe contra communem op. ſupra relatam cogita. Deniq; quoad amittenda per condemnationem bona impediendamq; teſtamenti factionē non uideretur referre dānatio deſcēdat ex crimine publico an uero ex priuato ſm Igneū, ubi ſ. nu. 91. contra Decium & Corneum in. l. 2. C. qui teſta. fa. poſſ. per. l. fi. C. de bon. damnat. ibi quolibet crimine, & rurſus ibi capitalem pœnam, deportationisve ſuſtineat, vt ſic lex nō unde originem damnatio traxerit, inſpexerit, aut curauerit, ſed ad modum menſuram ſpeciemq; pœnę ab homine impoſitæ reſpexerit quòd uerius uidetur.

35 *Condemnatio quoad bonorū amiſſionē, nō refert, deſcendat ex crimine publico, an ex priuato.*

Sed ſi uis tenere, ut interſit, ſit ne ex crimine publico, an ex crimine priuato impoſita pœna, tūc ſimiliter intelligere oportebit, quale dicaē eſſe † crimen publicū, & quale priuatū. ſunt. n. q̄ uellint publicū eſſe quoties pęna

36 *Crimen publicum, uel priuatum, quod dicatur dubia quæſt.*

venit imponenda reo, & applicanda fisco siue descendat ex crimine publico siue non ita tenet gl.& Barto.in rubr. ff.de popul.acti.sequitur & dicit esse communem opi.Augusti.de Aremino in add.ad Angel.in tracta. malefi. verb. ad querelam.nume.9.Contrariam partem ut crimina publica ea sola intelligantur, quæ descendunt ex illis titulis.ff. & inst. de publi. iudi.tenet & firmat communiter teneri Bal.in rub.C.qui accusare nō poss. collū.3.q & uerius videtur & alibi latius, denique quo casu fisco bona uacantia iuxta superius tradita deferuntur obtinuit onera creditorum fiscum subire debere. l. recusare. §. si fisco ff. ad Trebel .&.§.penulti. C. de cadu. tollen. l.si seruus plurium.§.si quis ante. ff. delegat.1. & quæ tradunt Bartol & alij .in.l.si Titio.& ei. ff. delegato.2. Idemque in oneribus legatorum & fideicommiss. & in reliquis omnibus, ut . dd. ll. Quod intelligendum est, quando culpa hæredis bona

17 uacare & ad fiscum transuolare cœperunt, ut d. §. si quis ante & . l. sororem.C. quibus, indignis non aliter secundum Iaso. in.l. eam quam numero decimotertio. C. de fideicommiss. & secundum Alexand. in dicto. §. si fisco, qui firmat hunc esse communem intell. illius text. Sed contrariam partem,ut etiam si sine culpa hæredis uacare cœperint adhuc fiscus onera subire debeat, tenet, & firmat communiter teneri Salicetus. in.dicta lege unde.§.penultim. per text.ibi & per dictum§. si fisco, & dictam legem si Titio & ei, & per . §. 1. &. 3. pro secundo. C. de cadu. tollend. ergo aut interfuit culpa testatoris, aut hæredis, aut neutrius. Primo casu onera legatorum, & fideicommiss. fiscus. non subibit † quia si propter crimen forte lęsę maiestatis, uel aliud publicantur bona testatoris ille, tam intestatus, intestabilis decedit quoad legata, & fideicommiss. quam quo ad institutiones. l. 2. per quam ita tenent ibi Bartol. Albericus Paul. Castren. Cum .Alexan. Ias.Ripa.col.fi.& alij cōiter.ff.deleg.1.Secdo casu,qñ culpa hęredis fiscus eius loco succedit oēs cōuenīūt legata,& fideic.& similia onera esse à fisco præstāda. Vltimo casu,qñ neutrius culpa interfuit,sed bona uacare forte cœperunt, qa legitimos abint,hęredes oneraui iuxta.l.1.§.fi.ff.deleg. 3.l.conficiunt.ff.de iure cod.& uel nulli erant abintestato legitimi hæredes, uel hæreditē adire noluerunt,quā tñ fiscus agnouit & tūc fiscus ad onera tenet nō aliter,q̄ ipsi legitimi hæredes tenerent,sicq; & pt & dēt intelligi.d.§.si fisco,iūcto.§.meminisse,in eadl.& d.l.un.§. pe.C.de cadu. toll.†Vnde si Titiū,& alterū ir capacē hęredes scripserim partesq; in capacis fiscus occupauerit iuxta.l.si Titio,& ei, cū ibi.nota.p Bar.& alios.ff.deleg.2.onera ad portionē in capacis spectantia fiscus subire debebit,neq; ad cohæredē remigrabunt per dd.l.q̄ not.

18 *Fiscus, qui culpa testatoris bona cœpit, non præstat legata, aut fidei.*

19 *Fiscus an subeat onera in capaci inuncta.*

Quid autem † si prodigus commisit delictum propter quo.regulariter pœna mortis naturalis imponitur,an testamentum,quod ipse antea fecerat,& ēt antequā ei bonis interdiceret infirmet p cōdēnationē,cū constet anteq̄ ei, bonis interdiceret testm̄,factum firmū fuisse,nec infirmari p curatoris dationē postea secutā.l.is cui.lege. ff. de test.†Et quidē hac in re mouet qōnē,q̄ multi Doctorū in hac sunt sñia,ut talis prodigus ad mortē naturalē ob delictū post bonorū interdictionē admissum dānari nō possit, nō magis fere,q̄ furiosus,ut firmat esse cōem opi.Carolus Molineus.in add.ad Philippū Dec.in.l.furiosi.ff.de reg.iu.

40 *Prodigi delinquentis testa.an resoluatur.*

41 *Prodigus, si posiquam ei bonis interdictum fuit,delinquat, an pœna ordinaria puniatur ardua quæs.*

Contrariā tñ partē, ut prodigus delinquēdo obligetur subeatq; pœnas à lege definitis non secus, q̄ reliqui tenēt magis cōiter (ut nobis uidetur) Doctores,nam ita uolūt Bart.nume.6. & Ias.nume.17.& Ripa.nume.33.in.l.is,cui bonis.ff.de uerbor.obliga.ubi Ias. hanc firmat esse communem opin.glos. Bart.nume.14.Bald.nume.7.in.l.si quis in tanta.C.unde ui & ibi Salice.nume.5.& plene per Andreā†Tiraq.post leges connub.glos.3.nume.147.adeo ut talis prodigus etiam ad mortem damnari possit, ita Bald. in.l.furiosum prope finem.C.qui testamentum facere poss sunt Angelus.in.l.Fulcinius.§.adeo.ff.ex quibus causis maiores sequitur & firmat esse communem opin. Hieronymus Cagnolus.in.l. furiosi. nume.13.ff.de regul.iur. quod

42 *Prodigus, ēt post interdictionem si deliquit, potest ad mortem natur.dē dānari, secundum communem opinionē*

& tenet Decius ibi.nume.6.Aretinus in dicta lege is, cui, ad finem. Quid dicendum, & quidem parsaffirmatiua, tu prodigus ante sententiam non aliter,atq; reliqui ex maleficio puniatur tenenda est,argumento legis.is cui lege. ff. de testamen. dictælegis cui bonis.§.item prodigus.inst. quib.non est permissum facere testamen.l.nona,&.l.decima tertia tit.1.par.6.l.18.ti.5.par.2.nam ut in.dd.legibus integrę mentis iudicatur quoad testamenti factionē, ita & quoad delictum integrę mentis iudicandus est, sed ut per.dd. ll. minus integre mentis iudicatur post sentētiam quoad testamenti factionem, & quoad alienationes, & etiam quo ad reliquas omnes obligationes,quod & attigimus.3.§.10.nu 45. ita quoq; & quo ad delictum durum esset eum integrę mentis iudicare . prodigus enim stulto assimilatur,unde Oratius,prodigus inquit,& stultus donat quæ spernit & odit . Sic ergo res temperanda erit, ut ex delicto quidem semper puniatur, sed in modo & mensura pœnæ imponendæ multum sit iudicis prudentiæ, ac religioni relinquendum.cum non omnes qui per sententiam prodigi declarati sunt pari dementia aut ineptia laborent . Secundum quæ si post factum testa. antequā ei bonis interdiceretur immane crimen admisit,& per hoc ad mortem damnatus fuit id testamen. euanescet secundum communem opinionem supra relatam existimantium post talem damnationem bona publicari,at non infirmaretur secundum alteram minus receptā sententiam existimantium tale damnationem non irrogare bonorum publicationem.

43 *Resolutioni non subiacet testamentum eius,qui alterum ob rerū suarum defensionem occidit.*

Quid aūt in eo qui post factū† test.aliquē interfecit nō quidē ad suā defensionē,sed ad defensionem rerū suarū,& quidē si teneas com.op.legistarū existimantium ob defensionē rerū mearū posse me alterū occidere,non secus quā ob defensionēmei ipsius ut tenuit gl.in.l.ut uim.ff.de iust. & iure quā ibi Ias. firmat esse cōem,& ēt tenet Io. Ross. & dicit esse cōem Carr. in pract.fol.186.& fol.106.nu.31. & Bern. diaz lucens.reg.507.si inquā hanc op. teneas indubitatum est testamen.firmum manere, quōd † si teneas communem opinionem canonistarum (de qua) per Felinus.in.cap.2.de homicid.nume.4. negantium fas esse hominem occidere pro defensione rerum , tunc res sub dubia esset,sed adhucfirmū manere testa magis est quia talis causa seu occasio occidendi, sat superq; erit ut pœna mortis naturalis non imponatur homicidæ,ficq;eius bona nō publicabuntur,& consequenter testamētum sustinebitur.

44 *Defensio rerum nostrarū an sit sufficiens causa ad alterum occidendum. dubia quæst.*

Illud aūt dubiū est† an tale homicidiū perpetratū esse prę sumat ex eo solo q̄ quis dixerit summā uindictā de te, siquidē is solitus erat minas recomprobare,& executioni mandare,si quidē illæ cuiminatus fuerat interēptus reperiatur , & quidem ita præsumitur adeo ut sufficiat hęc præsumptio ad imponendam pœnam ordinariam secundum Imolam. nume. 10. in.l.fina.ff.de hæredi. instit. qui firmat hāc esse communem opinionem post plures quos ipse allegat . Contrariam tamen partem ut ad imponendam pœnam ordinariam homicidij non sufficiat talis præ sumptio , seu probatio tenet & dicit communiter teneri Annania in.cap.1. nume. 7. de maledicis , & traditur per Doctor.in.l.prima.C. de his quibus ut indignis , & hæc posterior pars mitior est , & sic in eam procliuior sum , secundum quam cum mors naturalis irroganda non esset , testamentum ab isto antea factum non infirmaretur. cum bonorum publicatio in consequentiam damnationis non ueniat , ut supra diximus, † isto tamen casu illud indicium , & præsumptio bene sufficeret ad torturam ,secundum eund.Ananiam,ubi supra qui hanc testatur receptam sententiam esse.Nam & sola inimicitia est sufficiens indicium ad torturam ut tenēt Marcus Antonius in trac. de ind.nume. 177. quo teste hæc est communis opinio. si quidem erat inimicitia capitalis, At contrariam partem ut non sufficiat etiam capitalis inimicitia ad torturam tenet Thomas Gramaticus uoto.3.numer.16. estque communis opinio. secundum Carrerium in practic. fol. 28. column. quarta, quæ pars , & sententia mitior , & tutior cuiq;

45 *Homicidiū an fecisse uideatur , qui dixit summā uindictam de te , si ille mortuus reperiatur . ardua quæst.*

46 *Tortura sufficeret præcedens indicium.*

47 *Tortura sufficiēs indicium non nascitur ex inimicitia ardua quæs.*

cuique bono uiro uideri debet in re dubia, neque ad rem pertinet. lege. 3. §. fin. &. l. ex parte. ff. de adim. lega. nam ibi quo ad lucrum denegandum (quòd facile fit argumen. l. 1. cum ibi plene not. per gloſſ. & Docto. C. de inſt. & ſubſt.) non ſic quo ad immane damnum irrogandum quale eſt damnum tormentorum. ut teterrimis iudicibus, qui facile ad tormenta manus admonent non iniuſte accommodari poſſint uerba (ut nobis uidet) Ouidij Epiſt. 7. ſic canentis.

Te lapis, & montes unataq; rupibus altis
Robora, te ſeue progenuere ſeue.

Et rurſus idem.

Seuior illo.
Qui falſum leuto torruit igne bouem.

48 *Mandans, et mãdatarius in pari pœna puniũtur. 1 dua queſt.*

Deniq; † ſi homicidium factum fuiſſe certum eſſet, ſed de mandato alterius an mandans pœnam ordinariam homicidę ſubiturus ſit, dubium eſt. nam ſunt qui uellint quod ſi lex ſiue generalis, ſiue municipalis, ita iuſſit per uerba in rem concepta (puta pro homicidio perpetrato pœna ſit mors) tunc etiam mandans tenebitur ea pœna, quòd ſi in perſonam loqueretur (puta ſi quis homicidium fecerit) tunc inquit mandans non proprie homicidium feciſſe uideretur ſicq; pœnam ordinariam non ſubiret, ſed aliam mitiorem, ita Bar. in l. aut qui aliter. §. fina. nume. 3. ff. quòd ui aut clam cuius opin. communis eſt ſecundum Iaſon. qui alios allegat in. l. ſi is, qui pro emptore. num. 82. ff. de uſucap. eſtq; communis teſte Carrerio in ſua prac. fol. 94. nume. 59. Sed hæc diſtinctio quaſi non tam realis, q̃ uerbalis à pleriſq; reiecta eſt. ſicq; ut utroq; caſu pœna ordinaria teneatur firmat eſſe communem opin. Gãdinus in rubr. C. de tranſact. collum. 10. & rurſus in rubric. de pœnis. col. 4. pro quo etiam facit. c. 1. §. fina. de homicid. lib. 6. & ibi Docto. ubi & ſi in perſonam non in rem tex. loquitur tamen ultimum ſupplitium, quòd ab eccleſia ſolet imponi pro tali homicidio imponitur, & hæc pars in puncto iuris uidetur uerior, ſed contraria mitior. Sed † ſtante ſtatuto ut talis pœna minuatur ei, qui habuerit pacem ab hęredibus defuncti, ſeu occiſi. an ſufficiat pacem haberi ab hęredem, pleriſque licet non ab omnibus, & ſunt, qui uellint ſufficere ſi à pleriſq; pax habeatur, ita Aretinus, qui alios allegat. in. l. pro hærede. §. fin. ff. de acqui. hæred. qui hanc firmat eſſe communem opi. ſequitur Marianus Socinus. in. l. 4. §. Cato. ff. de uerb. oblig. nume. 270. Contrariam tamen partem, ut non aliter q̃ ſi ab omnibus pax habeatur pœna minuatur tenet & firmat communiter teneri Felinus. in. c. cum omnes. collum. 11. in. 7. fall. de conſt. & hæc eſt communis opin. teſte Mariano Socino, ubi ſupra. nume. 273. & tenent etiam Alex. & Iaſ. in d. §. Cato. eſtq; communis op. ut firmat eam ſecutus Cagnolus. in. l. 1. nume. 12. de regu. iur. licet priorem opm. huic contrariam tenuerit Bar. in d. §. Cato, cuius rei ratio ea eſt, † quòd illa oratio indefinita, niſi pacem habuerit ab hęredibus occiſi ęquipoleret uniuerſali etiam in ſtatutis præſertim ubi eſt eadem ratio, ut tenent Dynus in rubr. de reg. iur. lib. 6. Imola & alij in. l. ſi pluribus per tex. ibi. ff. deleg. 2. Geminianus. in. c. ut circa, poſt gloſ. ibi de elect. Bal. Angel. & alij. in. l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. urb. prædi. eſt communis opin. ſecũdum Cagnol. ubi ſupra. nume. 10. Andr. Tiraq. in. l. boues. §. hoc ſermone, limi. 3. num. 14. præſertim ſi ea indefinita ad perſonas referatur, ut per eum ibi, ſed in ſpecie noſtra nullus modo ſanus negabit quin par ratio ſit in omnibus hæredibus ergo, &c. maxime cum ad perſonas uerba ſtatuti dirigantur ergo &c. Coadiubatur hoc quia † illud ſtatutum cum aliqua ex parte uiciet ius commune non eſt extendendum, maxime ad caſum ubi eadem ratio nõ eſt non enim eſt par ratio in quibuſdam ſicut in omnibus hæredibus. nam reliqui, qui pacem non fecerunt remanerent offenſi, ut per omnes. in. l. omnes populi poſt gloſ. ibi. ff. de iuſt. & iur. ubi Crotus col. 36.

49 *Hęredibus eorũdẽ ius ei ũ ſteri opor tet. occiſorem d. f. nõ ua gaudeat hereſeo ſi. atu ti de heredi bus loquentiu. ardua pugna.*

50 *Indefinitare las ad perſonas, in quibuſpar ratio erat, æquipolletuniuerſali, cum cõmuni opinio.*

51 *Statutum à iure commu ni recedens non extendẽ dum.*

52 *Teſtamentũ non reſoluit ur per dam nationem ad*

Stat ergo ex ſuperioribus, † quod per damnationem ad mortem naturalem teſtamẽtum antea factum infirmatur, limita niſi condemnatus appellauerit, & pendente appellatione deceſſerit. l. ſi quis filio exhęredato. §. irritum. ff. de iniuſt. rup. &. §. hi qui eadem. l. rei capitalis. §. fina. ff. de pœnis. l. tale pactum. §. fina. ff. de pact. l. 1. §. fina. ff. ad turpili. tunc enim teſtamentum non deſinit ualere ut. dd. ll. quaſi ſententia illa per † appellationis interuentum reſciſſa fuerit. quòd & expreſſum eſſe uidetur in. d. §. final. Sed in contrarium fortiter facit. l. eos in princip. C. de appellat. ubi non reſcindi ſed tantum ſuſpendi ſententiam dicitur per interuentum appellationis. uarij uaria dicunt ueritas eſt rem pendere ab euentu futuro, nam ſi ea ſententia aqua appellatum fuit fuerit poſtea a ſuperiore confirmata tunc nunquam uidetur reſciſſa ſed tantum ſuſpenſa. ſicque ipſa eſt quę parit rei iudic. actionem quaſi ſuperior nil egerit ſed tantum declarauerit. quòd ſi ea ſententia fuerit reuocata tunc ea ſententia reſciſſa uidetur, non ſolum a tempore quo fuit reuocata, ſed etiam retro à tempore quo fuit appellatum ut. d. l. 1. §. fina. ff. ad Turpil. Simile in legato cuius dominium à morte teſtatoris in legatarium tranſiſſe uidetur ſi poſtea fuit à legatario agnitum, quòd ſi repudiatum fuerit tunc nunquam in eum tranſiſſe uidetur. l. prima. ad medi. ff. ſi quid in fraud. patro. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus ubi not. glo. Bartol. Alexan. & alii communiter. ff. delega. 1. l. ſi legatarius. §. fin. eod. tit.

mortem, ſi dãnatus pen denteappella tione deceſſit

53 *Appellatio nis interuen tu ſententia an reſcinda tur, an ſolũ ſuſpẽdatur, noua declaratio.*

§ IIII.

1 RESOLVITVR *teſtamentum cancellatione.*
2 *Cancellatio teſtamenti præſumitur conſulto non errore facta, fallit in teſtamento facto ad pias cauſas.*
3 *Reſoluatur ne teſtamẽtũ ſi hæres necẽ defuncti non uindicauerit.*
4 *Accreſcendi ius ceſſat in portione cohæredis indigni, quia eam fiſcus capit. cum communi opinione.*
5 *Reſoluatur ne teſtamentum per pactum futuræ ſucceſſionis.*
6 *Reſoluitur teſtamentũ ſi hæres uiuo teſtatore deportatus fuerit.*
7 *Teſtandi uſus inuentum iuris poſitiui fuit tam actiue quam paſſiue, elegans declaratio.*
8 *Tempore prohibito an permiſſo quid fiat paria ſunt, ſi effectus in tempus prohibitum ſuſpendatur.*
9 *Intellectus l. 1. C. de hære. inſti.*
10 *Peregrinos teſtari non poſſe contra nouiſſimos.*
11 *Reſoluitur teſtamentum ſi teſtator obſes fiat.*
12 *Reſoluantur ne teſtamentum ſi teſtator ob carmen famoſum damnatus fuit.*
13 *Captiuorum redemptioni relictum, an poſſit expendi pro liberando delinquente a carceribus uel pro eius condẽnatione ſoluenda, ardua quæſtio.*
14 *Reſtitutioni res ſubiecta, an poſſit alienari pro ſoluenda delinquentis condemnatione, uel pro liberando à carceribus eum qui pro debito ciuili captus erat, ardua quæſtio.*
15 *Reſtitutioni res ſubiecta, an alienari poſſit p redẽptione captiuorũ.*
16 *Intell. & annotatio ad titulum inſti de obliga. ex quaſi delicto.*
17 *Reſoluitur teſtamentum in alijs decem caſibus hic contentis.*
18 *Ciuis ut quis denuo uel fiat, uel eſſe deſinat, impetrari poteſt à principe uel republica.*
19 *Reſolui poteſt teſtamentum alijs etiam ſex modis de quibus hic.*
20 *Doli exceptio quando in ultimis uoluntatibus locum habeat.*
21 *Reſoluitur interdum teſtamentum per ſanæ mentis interuentum.*
22 *Reſoluitur teſtamentum pupillare per aduentum pubertatis.*
23 *Reſiluunt teſtamentum in duabus ſpeciebus de quibus hic.*

1 *Reſoluitur teſtam. cancellatione.*
2 *Cancellatio teſtamenti præſumitur conſulto non errore facti. fallit in teſtamento facto ad pias cauſas.*

AS VS Vigeſimus. Teſtamentum qđ initio ualuit poſtea infirmari poteſt ex eo, † qp teſtator hæredem ſuum indignum eſſe dixerit. ſicq; teſtamentum cancellauerit. l. 1. l. cãcellauerat. l. proxime. ff. de his quæ in teſtamento delentur, etiam ſi non appareat quæ nam cauſa indignitatis interfuerit, uel ét ſi re uera nulla cauſa indignitatis interfuerit: ut. dd. ll. † Et cũ teſtm̃ ſiue ex toto ſiue ex parte deletum aut cancellatũ reperit, non iniuſſu teſtatoris ſed ſpõte ſua id

factum esse presumitur,ita Bald. Cumanus,& Paulus Castr. m.l.1.ff.de his,quæ in testam.delē. Nisi ad pias causas quod deletum erat spectaret, nam cum iniussu testatoris, uel casu factum uideretur,ita Bar.& Bal.per tex. ibi in d.l.proxime. §.1 Bar.Angelus,Fulgosius,Aretinus,Corneus,& Iaſ.in.l.si unus.C.de testamen.Romanus in authen. similiter.C.ad legem Falci.speci.1.Andr.Tiraq.qui alios refert de priuil.pię causæ.16.priuilegio.

3 *Resoluatur ne test.si hæres necem defuncti non uindicauerit.*

Casus uigesimus primus. Testamentum quod† initio ualuit postea potest infirmari, si hæres indignus apparuerit, ex eo,quòd non uindicauit necem defuncti.l.1.&.2.l.fororem.C.de his quibus ut indignis, quo casu hæreditas fisco uendicatur,cum onere tamen legatorum,& fideicom.l.recusare.§.si fisco.ff.ad Trebelliā.l.si seruus plurium.§. si quis ante.ff.delega.1.facit.l.si Titio, & ei.ff.delegat.2.l 1.§.pen. C.de cadu.tollē.quod obtinet quando culpa hæredis bona publicantur,quod si sine eius culpa, tunc sine oneribus bona uacantia fisco deferrentur, ſm Alexan. qui hanc dicit esse communem opini.in.l.recusare.§.si fisco.ff.allegat. quod dic,ut supra plenius in casu decimo nono. quòd† si unus ex pluribus hæredibus indignus fuisset eius portio non reliquis cohæredibus accresceret, sed fisco deferretur,ita Bar.& cōmuniter Doctor.in d.l.si Titio & ei.idemq; secundum eum in portione legati,quod uerum est in legato specierum,quia fiscus subrogatur loco illius collegatarij indigni,ficque ut ipsemet in cuius locum subrogatur collegatario suo in portione sibi primordialiter relicta præferebatur,sic & fiscus,qui eius loco succedit, quia subrogatus assequitur omne ius,quod competebat ei in cuius locum subrogatus fuit, plenissime per Iason.in rubr.ff.de uerbor.obliga. nam & similiter in iure accrescendi substitutus præfertur coniuncto.l.2.§.si duo.ff. de bono.po.secu.tab.unde fiscus quasi substitutus illius collegatarij indigni eius portionem fert excluso collegatario coniuncto, & cogita an isto casu recte dicatur testamentum infirmari.

4 *Accrescendi ius cessat in portione cohæredis indigni, quia eā fiscus capit cumcommuni opin.*

5 *Resoluatur ne testa. per pactum futuræ succes sionis.*

Casus uigesimus secundus.Testamentum quod † initio ualuit postea potest infirmari,si apparuerit hæredem siue scriptum,siue legitimum uiuo adhuc testatore pactum circa eius hæreditatem feciſſe.l.2.§.fin.ff.de his quibus ut indignis.l.quidā in iure.§.fin. cum.l.seq.ff.de donati.quia(ut ibi Iureconsultus ait)is contra ius gentium,& bonos mores festinauit,& cum culpa ipsius hæredis non etiam testatoris,hoc casu testamentum ueluti infirmari uideatur, ad fiscum defluent onera legatorum, & fideicommissorum, ut tenet & firmat cōmuniter teneri Alexā.in d.l.recusare. §.si fisco, ff.ad Treb.per l.si seruus plurium.§.si quis ante, ff.deleg.1.ubi plene per omnes,& tale pactum quo ad aliā inutile, quo ad pœnam pacisentis utile est quod notandum est.

6 *Resoluitur t e.si haeres uiuo testato re deportatus fuerit.*

Casus uigesimus tertius.Testamentum quod† initio ualuit postea infirmatur, si hæres scriptus deportatus uiuo testatore fuerit,l.1.ff.de hæredi.inst.simile in.l.Gallus.§.& quid si tantū,ff.de lib.& posthu.nā deportatus pro mortuo habetur.l.1 §. si pater.ff.de coniung. cum eman.l.1.§. deportates, ff.de bono.po.cōtra tab.unde ut de portatus ille,si re uera mortuus uiuo adhuc testatore fuisset,infirmaretur testamentum.§.in primo,&.§.pro secundo. C.de cadu.toll.ita quoq; si ex legis interpretatione mortuus in telligatur testamentum, ut infirmetur necesse est. Præterea testamenti factio tam actiue,q̄ passiue est.†Fuitq; semper merum iuris ciuilis Romanorū inuentum,uel est mere iuris ciuilis,non etiam iuris naturalis,nam mors omnia soluit,& extinguit authen. de nup.§.deinceps.unde Poeta sic cecinit.

7 *Testādiusus inuentū iuris positiui fuit tā actiue,quàm passiue elegans declaratio.*

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas
Nudus ad infernas stulte uehere rates.

Et Claudianus de raptu proser.

Omnia mors aequat.

Et Iuuenalis satira decima.

Mors sola fatetur.
Quantula sunt hominum corpuscula.

Cum ergo mors omnia extinguat atque resoluat,non ne insania est post mortem etiam nostram rebus nostris nos iam consumpti uelle uti, gaudere, potiri, nec enim aliud est gigantum more(vt poetæ fabulabantur)cum superis uelle pugnare quàm naturæ eiusq; institutis uelle repugnari ac reluctari,quale hoc institutum est,ut Cicero ait, nam & ipse in Lelio ait multis signis natura declarat quid uellit,absurdescimus tamē nescio quomodo nec ea quę ab ea monemur audimus.sic ergo ipsa dedit rebus nostris nos potiri quandiu uiueremus, non etiam ultra id quod nobis satis superq; esse deberet, absq; eo q̄ etiā mortui uellimus humanis rebus potiri repugnante natura. † Non ne paria sunt aliquid fieri tempore prohibito, uel fieri tempore permisso,si effectus conferatur in tempus prohibitum.l.1.l.quod sponsæ.C.de don.ante nup. ergo ut re uera postquam mortuus quis est,non pōt disponere de rebus quōdam suis (hoc est eo tempore suis quo uiuebat) non magis quam posses hodie disponere de rebus quas tamdiu retro alienaueras, ita quoque uiuus disponere non potest de rebus tuis ad illud tempus quo tuæ non erunt, per tui met consumptionem ac mortem. Quid enim si dicerem rem meam tibi dono, ita tamen ut ea fruaris potiarisq; postquam egomet eam alteri uenderim & tradiderim, non ne nihil agere sed tantum iocari uiderer, ita ergo & hoc casu per testamenti dispositionem re uera idem facimus,res nostras concedendo, quo ad tempus quo ius concedendi nobis nō erat: quid enim si dicerem post mortem meam concedere me ipsum uolo: quia hoc iubeo hodierno tempore quo uiuo, quid si uestiri,quid si bibere,quid si iocari, quid si negotia agere (& si nilia) post mortem meā me velle declarassem, quasi id mihi liceret,eo quòd hodie uiuus id disposui,certe ineptiri uideret & agere præterea nihil. quia id impossibile aduersum pugnans contrarium nostræ naturæ est: quia ut Cicero officiorum.1.ait naturę non attinet repugnare nec quicquam sequi quod assequi non queas, quod nihil decet inuita (ut aiunt) minerua hoc est repugnante natura, & ut si hospitio quodam gratis & amicè receptus in domo hospitis disponeres quid de bonis hospitis ipsius postquam hospitio missus esses faciendum foret,nihil nisi nugas agere uidereris, ita & si dum uiuis quid de rebus tuis post mortem tuam faciendum sit, iubeas, nihil agis. nam (ut Cicero ait in Caton. maiore) ex ista uita discedendum est tanquam ex hospitio non tanquam ex domo, itaque facultas ususque siue testandi siue ex testamento capiendi quin principijs iuris tam naturæ quam gentium repugnet,nullus (ut nobis uidetur) abnegabit. Proindeque à mero iure ciuili Romanorum nobis ex indulgentia, & quadam dispensatione datum fuisse, ut & testari, & ex testamento capere possemus, quod non obscurè docemur à Iureconsulto qui in.l.1. 1. responso. ff. ad legem Falcid. iussit dixitque per illam legem testari licere ciuibus Romanis, significans id reliquis minime licere, cum lex illa quo ad suos tantum subditos in quibus iurisdictionem habebat, non quo ad alienos quibus ius dicendi potestas non erat disponeret. Et rursus in eadem leg. prima,secundo respon.Similiter ait quibus Romanis post illam. l. latam ex testamento capere licere fasque esse significans reliquis fas non esse; quia cum non subditis nec lex illa loquebatur, nec loqui poterat. Ad idem text. in. §. non tamen, institutio. quibus modis testamenta. infirme. ibi si modo defunctus, & ciuis Romanus. & rursus ibi quòd ciuitatem aut libertatem,quibus in locis plene significatur ad ciues tantum Romanos(hoc est ad Romani imperij subditos)non eriam ad alios usus testamentorum tam actiuè quam passiuè pertinere, quod & probat.l.3.ff.de testam.si recte inspiciatur, ut sic nobis Hispanis & reliquis imperio non subditis per illas leges testari aut ex testamento capere ius non est,sed per leges nostræ reipublicæ fas est,omnes aūt meri iuris ciuilis & positiui sunt à principijs iuris naturę & gentiū non leui ex parte declinātis quod ius inductū con-

8 *Tempore prohibito an permisso quid fiat puta sunt, si effectus in tempus prohibitum suspendatur.*

consultissimè fuit, quia & humani mores a iuris naturæ, & gentium documentis declinare cœperunt. ut plenius, supra §.1.in prin.† Exsuperioribus apparet uerus intellectus ad l.1. C.de hær.institu.nempe quod peregrinus hoc est Romano imperio non subditus, non potitur beneficio,& dispẽsatione testandi,aut ex testamento capiendi,quod per leges Romanorum solis ciuibus Romanis fuerat concessum, non etiam peregrinis seu alienigenis,licet glo.ibi Bald.Sali.Corn. Alexã.& alij cõiter uarios intell.assignent. † Vnde apparet errasse Ioannem Igneum, qui nouissime (sed nullo iure ut nobis uidetur) in l.3.§.si ex stipulatu,nu.72.ff.ad Sylla. contendit per d.l.1. peregrinos ex testamento capere non posse,sed testamentum facere secundum leges Romanorum nõ esse uetitos,quod est contra leges,& rationes superius adductas,secundum quę eorum qui imperio Romano non sub iacent,nulli fas erit testamentum secundum leges Romanas facere,non magis,quàm ex testamento capere, quod si per leges principis, uel reipublicæ, cui subsunt id permissum fuerit, tunc eis licebit nõ quidem secundum leges Romanorum,sed secundum leges patriæ suæ, ex superioribus etiam apparet,quare Prætor urbanus peregrinis ius non dicebat,sed qui peregrinis ius diceret, prętor specialis creatus fuerat, qui non nisi extra urbem ius eis dicere poterat. l.2.ff.de orig.iur.in §.deinde quum placuisset. & §.post aliquot.Sic ergo & in specie nostra cum deportatus ciuis Romanus esse desinat,eius testamentũ uitio datur: ut in l.eius. ff.de testam.& d.§.non tamen,uerb.ciuitatem,& in princip. & §.1.& fere per totũ inst.quibus mod.ius patrię põt solui.

9 *Intellectus l.1.C. de her.instit.*

10 *Peregrinos testari non posse contra nouos.*

Casus.24. testamẽtũ quod† initio ualuit, infirmatur, si testator obses fiat. l.obsides.ff. de testamen. non secus quàm per captiuitatem,l.si quis filio exhæredato. §.initium.ff.de iniustit.rupt. nam utrobique par ratio est. in quibus enim casibus per nouum accidens quis amittit testamenti factionem, in illis & testamentum antea factum irritatur. hęc æquiparatio fit in d.§.irritum, ad fin. quod accidit quando tale accidens descendit a noua seruitute uel libertatis ademptione, seu diminutione, licèt aliud esset, si accidens esset circa mentis alienationem.l.furiosum. C.qui testam.facere possunt.l.fina.ff.de iniustit. rup. & tenet Ioan. Igneus in l.donationes,num.23.C.de donatio. inter uirum & uxo.

11 *Resoluitur testa. si testi. obses fiat.*

Casus.25.testamẽtũ quod † initio ualuit,infirmatur,si testator obses fiat ob carmen famosum damnatus sit,l. is cum lege.§.si quis ob carmen.ff.de testamen. Sed†an relictum pro redemptione captiuorum possit expendi ob hunc, uel similem delinquentem liberandum a carceribus, uel etiam ad soluendam,præstandamque pecuniam, in qua ille fuisset damnatus, & sunt qui uelint non posse id fieri, ita glo. in capitu.non satis, uersi. præter debitum, 86.distinction. Angelus, Imola,Romanus, & alij in lege Marcellus. §.res quæ. ff.ad Trebellian. est communis opinio, secundum Iasnumero 20.in authent. res quæ. C.com.de legat. Tiraquel.post ll.conubi.glosl. 6.nume.279.Rauenna.in alphabeto aureo uerbo carcer,Campezius de dote, part.3. quęst. duodecima. Pro qua opinione facit quod † bona subiecta restitutioni nequeunt alienari pro redemptione personæ condemnatæ ex delicto. ita Socinus in dict.§.res quæ.Curtius iunior,consil.32.& iterum consil.33.Ioannes Crotus, nume.61.in l.filius famil.§.diui.ff.de legat. primo. Alexander consil.73.lib.primo.Didacus Segura.in lege, cohęredi. §.cum filię.nume.275.ff. de vulgari.Angelus, Salicetus, & Paulus Castrensis in authentic.res quę.C.com. de leg.quia culpa vnius alteri nociuam esse non debet.l. hereditariam. ff.de negot.gest.l.si quis in suo. §.legis. C.de inofficios.testament.& per totum. C.ne filius pro patre. & C.ne vxor pro marito, per totum, & C. res inter alios acta, per totum,lege non debet.ff.de regulis iuris.Angelus, Imola, & Romanus in dicto §.res quæ. sequitur & firmat esse communem opinionem. Nicolaus Boerius decisione.128.& videtur quòd non teneantur.nume.2. estq; communis opin. secundum Socin.columna quinta. in d.§.res quę, ex quibus patet communem esse opinionem.primum q̃ res subiecta restitutioni non potest alienari pro liberãdo quem

12 *Resoluitur ne testamẽum,si testator ob carmen famosum damnatus fuit.*

13 *Captiuorũ redemptioni relictum an possit expendi pro liberando delinquente a carceribus, uel pro eius condemnatione soluenda, arduaq.*

14 *Restitutioni res subiecta an possit* à carceribus, in quibus erat ex causa & debito ciuili, alterum,quòd idem erit etiam si in uinculis esset ex causa uel delicto criminali,& utrunque communiter receptum est secundum Boerium,ubi suprà. sed † pro liberando eo, qui ab hostibus captus est, bene posset res restitutioni subiecta alienari ex communi sententia, quam receptam firmat Boerius, ubi suprà. eamq; dicit communem Iason. in d.authen. res quæ. colum.1.ratio differentiæ est, quia illo casu subueniendum est ei, qui sine culpa sua est in necessitate, non sic si culpa sua esset in ea l. iam dubitari .ff. de hæred. institu.l. si fideiussor.§.si necessaria, ubi multa per Ias.ff.qui satisd. cog.l.si filius, qui patri. uersi. etenim ius dicentis. ubi multa per Socin.ff.de uulga.l.sed &si ex parte.§.quanquam.ff.quod cum eo l.relegatorum. in fi.ff. de interdict. & releg. lege penultima. in fine.ff.de iure dotium.

alienari pro soluenda delinquentis condemnatione,uel pro liberando a carceribus eum,qui pro debito ciuili captus erat, arduaq.

15 *Restitutioni res subiecta an alienari possit pro redemptione captiuorum.*

Contrariam tamen partem ut iura de captiuorum redemptione loquentia habeant etiam locum in captis pro maleficio redimendis, tenet glos. in c. sacrorum.12. q.2.& ibi eam sequuntur doctores per l.quanuis.ff.soluto matrimonio.& ibi Bal. & Petrus Rauennas in suo alphabeto aureo uerb. carcer. & alij quamplures quos refert Boerius. ubi suprà. num.3. & Gomesius in §. item si quis in fraudem. num.32. inst. de actio. & hæc posterior pars mitior est, & tutior, quando & captus ille non haberet aliunde unde se à carceribus eximere posset, & præterea ob culpam tantum non etiam ob dolum captus esset, etiã si fortè culpa lata esset, quòd si ex dolo suo captus esset, tunc contrariam partem & sententiam uerior esset: quia pinguior uictima Deo mactari non potest, quàm ut reus iniquus plectatur l.omnes.C.de feri,& sacrũ facere Deo intelligitur, qui facinus dolo commissum persequitur l.1. ff.de iust. & iure. estq; ista uera philosophia. ut text. ibi ait, & denique per alia iura.ꝑ.alleg. unde in terminis totius tituli inst. de obligat. † quæ ex quasi delicto nascuntur,ubi sunt plures species in quibus delictum culpa non etiam dolo commissum uidetur, dicerem pro iis, qui ex causis ab illo titulo, uel in illo titulo enumeratis,& similibus condemnati essent,uel in uinculis detẽti, posse præstari, & erogari,quod pro redemptione captiuorum erogandum esset. nam & capti ab hostibus, incertum est an similiter ex culpa sua etiam lata essent capti, quod tamen limita dupliciter, primò si talis captus alias haberet unde se à uinculis eximere posset, ut iam diximus, deinde si relictum pro redemptione captiuorum esset designatum certis personis redimendis,puta pro Titio,aut Seio,tunc enim id ad alium transferre non posset, non magis, quàm meum mihi subtrahere,aut ui rapere, ut incarceratum liberares, contra l.id quod nostrum.ff.de reg.iur.§.furtum est, inst. de oblig.ex malefi. uel delicto. nam & secundum communem opinionem theologorum non sunt facienda mala, ut inde sequantur bona, ergo superior communis opinio,quam sequimur intelligenda est in eo quod in certis personis,hoc est captiuis redimendis relictum est, nulla designata certa persona.

16 *Intell.& an notatio ad titulum inst. de oblig.ex quasi delicto.*

Casus.26.Testamentum quod † initio ualuit postea infirmatur primum si hæres scriptus obses fiat,deinde si ob carmen famosum damnatus sit. Tertio si aqua & igne interdictus. Quarto si proscriptus. Quinto si in metallum damnatus,per textum in l. si quis filio exhæredato.§.irritum & §.seq.ff.de iniusto rupto l. is cui.§. fin.ff.de testam. §. cum autem,inst.quib. mod. ius patriæ potest.sol. & per alias leges & rationes, quas suprà enumerauimus, ac retulimus. cum idem docuimus in ipso testatore,contingere si ei his similia accidissent, id quod late traditur per doct. in l. Gallus.§. & quid si tantum.ff.de liberis & posthum. Sextus casus in quo testamentum ex parte hæredis,quod initio ualuit postea infirmatur, est quantum ad casum, de quo in l.fin.§.fi.C.de inofficioso testamento. Septimus,& octauus casus est † si testator post factum testamentum à principe, uel republica impetrauit,ut exterus,uel alienus fieret à numero ciuium,uel cum hæres scriptus id impetraret

17 *Resoluitur testamen.in aliis decem casibus hic contentis.*

18 *Ciuis ut quis denuo, uel fiat, uel*

esse desinat impetrari potest à principe, uel republica.

traret, etenim huiuscemodi ius, vt quis ciuis esse desinat, licet ciuis natus esset, & ecótra, vt qui externus natu erat, ciuis esse incipiat, à principe, vel à republica ex certis causis impetrari, & potest, & solet: ut argumento, per totum .ff.& . C.de nat.restit.& in rubro, & in nigro.C.de sententiam passis, & restit.& in d.l.si quis filio exhæredato.§.pe. & in §.cum autem, inst.quib.mo.ius pat.po.sol. & in simili multa diximus suprà.§.30.num.290.verfic.denique iuxta illam cum pl.num.seq. alius, & nonus casus est, quando testator etiam defunctus ante aditam eius hæreditatem de læsæ maiestatis crimine accusatus fuit, eiusq; memoria ideò damnata fuit. iuxta l.quisquis, & fere per totum.C. ad leg.Iuli.maiest.optimus tex.in §.interdum, inst.de hær. quæ absn.de fer. decimus casus esset si simile quid ipsi hæredi inter mortem testatoris, & aditam hæreditatem contigisset per eadem iura.

19 *Resolui potest testamẽtum aliis etenim sex modis de quibus hic.*

Aliæ sex, species resoluendorum testamentorum, vel casus sunt, nam testamentum quod † initio valuit postea potest infirmari per vnum ex sex remedijs, vel iuribus, seu modis, scilicet per ius dicendi nullum, de quo in l. maximum vitium, ibi ipso iure euertant.C.de lib. præteri. vel per bonorum possessio. contratabulas. de qua per totum .ff.& C.de contratab. bo. po. vel per querelam inofficiosi testamenti, de qua per totum.ff.C.& inst.de inoffic.testa. Materiamq; iuris dicendi nullum quod datur liberis præteritis, vel non rite exhæredatis collocauimus plenissime .s.§.18.& §.19. & §.20. Materiam bo. po. contratab. in §. 10. Materiam querelæ inofficiosi testamenti agimus plenissime.s.§.10.fere per totum,& § 21.& §.30.& etiam infra. in lect.tit.de inoffic.testam.C.lib.vlt. Est & quartum remedium quod datur patronis præteritis, vel non iuste exhæredatis contra testam.libertorum ad certam partem quocandam, vt per totum.ff.& C.de bon.liber. & in §.nostra, inst.de succ.liber. Est & quintum remedium quod datur patribus, qui à filijs suis emãcipatis præteriti fuerũt, nam eorum testamenta ex parte rescindere possunt ad similitudinem patronorum, vt per totum.ff.si à par. quis fue. man. Vltimum remedium est doli exceptio, seu replicatio, quod ad testamentum euertendum datur quotics æquitas suadet, & reliqua remedia deficiunt. Nam & si posteriore testamento superius testamentum regulariter infirmetur, vt in l. sancimus. C.de testa. §. posteriore, inst. quib.mod.test.infir.l.si quis priore.ff.ad Trebell. tamen si posteriores tabulas testator non valere voluerit, tunc hæredi ex posteriore testamento agenti doli exceptio opponetur l.pen.§.pen.& fin.ff.de bo. po. secundum tab. Ergo

20 *Doli exceptio quando in ult.uol. locum habeat.*

† & in terminis l fin.ff.de hær.inst. eadem exceptione seu remedio vtendum erit, & in terminis l.sicut certi.l. si cum vel in vtero. C.de mil.testam.eodem remedio vtendũ est. idemq; & in terminis l.Titius, in prin.& 2. resp.ff.de lib. & posth. nam in omnibus his speciebus, & similibus, qui ex verbis, & forma testamenti excluſus erat si testatoris voluntate destitutus non erat contra opponentẽ de testam. excipiet de dolo. Nam & per contrarium, qui ex verbis testamenti inuitatus est, si appareat ꝙ est testatoris volũtate destitutus doli exceptione opposita si petierit, vel ex testamen. egerit submouebitur l.3.§.fin.& l. ex parte.ff.de adim. lega. quod not. quia nullibi fortè hæc facile inuenies, verba enim non tam inspiciuntur, quàm mens teste Ciceroue pro Cecina in oratione, uerba enim (inquit) reperta sunt quæ indicarent non quæ impedirent nostram

Verborum quale ministerium.

voluntatem, & rursùs ibidem ait, scriptum sequi, calumniatoris est boni uero iudicis, voluntatem scriptoris authoritatemq; defendere, quæ lex enim, quod Senatusconsultum, quod magistratus edictum non infirmari, aut conuelli potest, si ad verba deflectere voluerimus, consilium autem eorum, qui scripserunt, & rationem, & authoritatem relinquamus, non enim ex uerbis pendet ius, sed verba seruiunt hominum consilijs, & authoritatibus nec uerba ueniunt in iudicium, sed ea res cuius causa uerba in leges coniecta sunt. quod plene ornauimus controuersiarum illustrium.lib.1.cap.30.

Ciceronis egregia sentẽtia.

Casus.42. Testamentum quod † initio valet postea infirmari potest per aduentum sanæ mentis. quale est in testamento exemplari. nam filio insano si pater, uel mater fecerint testamentum exemplare isq; respuerit ilico id testamentum euanescit lege ex facto.in principio.ff.de vulga.§. qua ratione, instit. de pupill.l.humanitatis .C.de impube. ratio, quia cum utilius sit, cuiq; testato, quàm intestato decedere. lege quia autem, in principio .ff. quæ in fraudem credi.& §.1. init. quibus ex causis manumiss.non licet, isq; insanus sibi testamentum facere nequeat. lege furiosum.C. qui testam. facere possunt. utile eis futurum lex existimauit, ut testarentur pro eis parentes sui: vt dd. ll. præsertim cum iis, qui sese per ætatem, aut aduersam ualetudinem tueri non possunt, testamentum utilius sit, quam reliquis, argum.§. sin autem formidolosus, inst.de pupill. cum enim non pauci soleant insidiari iis quorum successiones legitimas sperant, argumento l. fina. C. de l.de fideicõmisso.C.de transa.l.1.verb.nõ iniquis.C.de pa. pactis. lege quidam in iure. §. fina. cum lege sequen.ff.de donat.cumq; uita insanorum hac de causa magis quàm reliquorum periclitetur, cum ipsi sese ab insidijs aliorum tueri nequeant, consultissimum fuit vt parentes pro eis testantes huic malo mederentur hæredes assignando eis bene morigeratos, qui uerisimiliter eorum uitæ non insidiarentur, uel scriptis reconditum faciendo eis id exemplare testamen. ut sic non intelligeretur quis eis futurus esset successor, sed quia postquam is respuisset iniquum esset non posse sibi testamen. facere remedij loco iussum est id exemplare testamentum euanescere: ut dd. ll. ne quod eorum fauore receptum erat in contrarium uerteretur contra legẽ quod fauore .ff.de legib.l.legata inutiliter.ff.de lega.1.

21 *Resoluitur interdum testam. per sanæ mẽtis interuentum.*

22 *Resoluitur testam. pupillare per aduentum pubertatis.*

Casus. 43. Testamentum † pupillare, quod initio valuit postea per aduentum pubertatis infirmatur, non secus quàm exemplare per aduentum sanæ mentis. vt in principio instit. de pupill substit. nam cum pupillaris substitutio ob vtilitatem impuberum potissimum recepta fuerit. lege si pupillus, ibi impugnat enim vtilitatem impuberis .ff. de acquirenda hæreditate. Gloss. communiter ibi approbata in lege ex tribus .C. de inofficioso testam. consequens est, ut cum pupillus adolescere cœperit, sicq; sibi ipsi possit facere testamentum lege qua ætate .ff. de testamen. & in principio inst. quib. non est permi. facere testam. testamentum pupillare à patre factum euanescat, ne quod ob ipsius commoditatem inductum fuit, in eius læsionem conuerteretur contra dictã l. legata inutiliter, dictã lege quod fauore, huic etiam simillimum est remedium de quo in lege si mater, in principio.ff. de vulgari, & alterum remedium de quo in lege cum ex filio, in principio.ff. de vulgari, & quartum remedium de quo in lege Seius Saturninus.ff.ad Trebel.& quintum remedium de quo in l. multi non notæ causa.ff.de liberis & posthu. sed de ijs omnibus, & de reliquis, quæ ad materiam tam pupillaris, quàm exemplaris testamenti spectant plenius egimus suprà in materia pupillaris, & exempl. substitutionis.

23 *Resoluitur testamen. in duobus speciebus de quibus hic.*

Casus 44. Testamentum quod † initio ualuit, infirmatur, si testator hæresis crimine damnatus fuit, ex quo capitis & bonorum amissio irrogatur, quod in dubiũ est, sed si re uera tale crimen commisit, licet nec damnatus, nec accusatus fuerit, eius testamentum re uera ilico a tempore facinoris euanescit. quia per legem fieri non potest, ut qui nulla bona in ciuitate habet, is hæredem habeat. l lex Cornelia.ff.de uulga. nec dubium est, quin is hæreticus, cum primum facinus admisit eo ipso, ipsoque iure omnia bona amiserit, licet possessio saltem quo ad factum in fiscum nõ transuolet, donec per iudicis sententiam ille damnatus fuerit, ut ex communi opin. resoluimus lib.1. controuersiarum & plene docemur ab Alphonso C stro. de iusta hæreti. puniti. lib. secundo. cap.11. versi. l.183 ergo cum iam diu ante mortem omnibus bonis exutus sit eius testamentum infirmari uidetur. Qua ratione idem quoque & in

hærede

hærede dicendum uidetur, & in eo maior ratio eſt, quia ſeruus pœnæ effectus uidetur, l.ſi quis filio exhæredato, §.irritum.ff.de iniuſt. rupt.l.qui ultimo ſupplicio. ff.de pœnis, & conſequenter, &c. Vnde ut ſi re uera uiuo adhuc teſtatore mortuus eſſet teſtamentum ipſo iure euaneſceret.§.in primo, & §. pro ſecundo.C.de cad.tollen.ita quoque ex iſtis caſibus, quaſi pro mortuo haberi debet,l.1.§. deportatus.ff.de bo.po.contra tab. l.1.§.ſi pater.ff.de coniun.cum eman.lib.eius cogita, tamen ſuper iſto & præceden.articulo, quia non firmo, ſed iſta opinione retenta erunt alij duo caſus,in quibus infirmatur teſtamẽtum, unus ex parte teſtatoris, alter ex parte hæredis,ſed quo ad principalem articulum an per tale crimen ipſo iure pereat dominium, dicito ut habetur per nos in præſa.lib.1. de ſucc. progreſſu,nu.98.uerſi.ſimillimum eſt.

Caſus.45. Teſtam. quod initio ualuit poſtea infirmatur non ſolum per expreſſam hæredis repudiationem, ut per totum. C.de repet.hæred.per totum.ff.de acquiren. hæred. ſed etiam per tacitam, quale eſt per lapſum, uel anni, uel centum dierum in bono.poſſ.delata,uel 30.annorum in hæreditate delata de iure ciuili, niſi terminus breuior a iudice ſit aſſignatus ad adeundum, etenim etiam ſi quis ad hæreditatem utroque iure tam ciuili, quàm prætorio inuitetur, ſi tamen ea tempora quæ ad bonorum poſſeſſionem iure prætorio agnoſcendam præſtituta ſunt, præterire ſinat,excluditur ab omni iure, & facultate illius hæreditatis bonorumve poſſeſſionis conſequendæ, ſicque utroque iure tam ciuili,quàm prætorio excluditur,teſte Iaſone in lege fina.C.de bonorum poſſeſſ.contra tab. id quod non incertum modo uerum. ſuſpectum etiam nobis uidetur, cæterum quin ſaltem a iure prætorio is excluſus ſit, nulli dubium. Sed & a iure ciuili excluderetur,ſi anni triginta præterirent, ſiue is extraneus eſſet,ſiue etiam cognatus,ſiue filius quoque familias teſtatoris, ex recepta ſententia exiſtimantium eo tempore non ſolum ius adeundi extraneis hæredibus competens, uerum ius quoque immiſcendi ſuis hæredibus conceſſum expirare: ut tenuit gloſſ. Bald. Salice. & alij communiter præſertim Philippus Corneus in l.licèt. C. de iure deliberandi, quod forſitam ad hæredes quoque neceſſarios trahendum erit, argum. in princip.inſtitu.de perpet.& tempor.acti.præſertim cum expreſſa & tacita repudiatio a pari procedant, ut in l. ſi quis filium, in fin.C.de inoffi.teſtamento. niſi contradixeris, quia heres neceſſarius qualis eſt ſeruus, repudiare expreſſim non poteſt,ut in princip.& §.primo. inſtitu.de hered. quali. ergo non quoque tacite poterit, argu.l.cum ad præſens, ubi per Iaſin ſimili.ff.ſi cer.pet.l.cum ex filio, in prin. ff.de uulg. ubi per eund.Iaſ.eſt tamen uerum, quòd tacitum fortius, quàm expreſſum aliquando eſt, argum.l.2.§. ſed quia ueremur, iuncta gloſſ.C.de iur.cal. & l.prima, ubi notat Iaſ. C. qui admitti.

§. V.

1 *Reſoluitur teſtamentum poſthumi agnatione.*
2 *Poſthumi agnatione reſoluitur donatio.*
3 *Remuneratoria etiam hæredis inſtitutio reſoluitur poſthumi agnatione.*
4 *Donatio remuneratoria ingratitudine non reuocatur.*
5 *Remuneratorium feudum ingratitudine non reuocatur.*
6 *Remunerationis cauſa prælatus poteſt res eccleſiæ donare.*
7 *Remunerationis cauſa tutores & curatores minorum res poſſunt donare.*
8 *Remunerationis cauſa ipſi minores poſſnnt donare ſecundum plures,nos contra eum multis.*
9 *Merita præceſiſſe donatori aſſerenti credendum eſt.*
10 *Donatori aſſerenti merita præceſiſſe non creditur quando donare liberum non erat.*
11 *Donatori etiam iuranti merita præceſiſſe non creditur, quando donare liberum non erat.*
12 *Reſoluitur teſtamentum non donatio per poſthumi adoptiui agnationem.*
13 *Adoptione non ſemper rumpitur teſtamentum.*
14 *Reſoluitur teſtamentum adoptione filij non naturalis etiam peius exhæredati,noua declaratio.*
15 *Poſthumi agnatione teſtamentum rumpitur quaſi ſub conditione reſolutiua,non ſuſpenſiua.*
16 *Legitimæ ſupplementum a lege inducitur ſub conditione reſolutiua non ſub conditione ſuſpenſiua,noua declaratio.*
17 *Legatum legatario acquiritur ſub conditione reſolutiua. non ſuſpenſiua,noua declaratio.*
18 *Tacite ut expreſſim nobis nocere poſſumus.*
19 *Munus publicum ſponte ſuſcipiens ſibi nocet.*
20 *Tutelam ſponte ſuſcipiens eam deſerere nequit.*
21 *Priuilegio ſtricte utens ſibi nocet.*
22 *Priuilegium perit per contrarium uſum.*
22 *Immunis ſeu hidalgus qui in libro collectarium ſe deſcribi paſſus fuit ſibi nocet.*
24 *Nobilitatis, exceptionis ſeu hidalguie in quaſi poſſeſſione, qui per annos uiginti ſtetit, ſi a fiſco ei moueatur quæſtio ſuper nobilitate meunte lite in ea quaſi poſſeſſione tuendus eſt,do nec lis finatur.*
25 *Beneficii eccleſiaſtici titulus præſumitur poſt decennij poſſeſſionem.*
26 *Feudi titulus præſumitur quando quis decennio rem ut feudalẽ poſſedit & a domino,ut feudatarius tractatus fuerat.*
27 *Feudum qui domino ſciente alienauit,et præiudicat.*
28 *Decennio qui rem poſſedit,quam quaſi emphyteuticam, ab eccleſia accepit, præſumuntur ſolemnia interfuiſſe, ardua q.*
29 *Patientiæ diutinæ par eſt unus actus poſitiuus.*
30 *Mandatum ex temporis diuturnitate non præſumitur.*
31 *Mandatum præſumitur ex tempore longo cum ſcientia, & tolerantia eius,cuius nomine res fiebat,ardua quæſtio.*
32 *Patientia longi temporis nocet ei, qui potuit prohibere, aut protestari,ſecus ſi non potuit.*
33 *Mandatum præſumitur in caſibus licet non probetur.*
34 *Mandatum an ibi impenſa neceſſaria eſt præſumatur,ardua q.*
35 *Mandatum an præſumatur mutatione, quæ ſine impenſa fieri non poterat,ardua q.*
36 *Intell. & declaratio ad titulum.C. & ff de nego.geſtis.*
37 *Proteſtationis uis & neceſſitas.*
38 *Poſſeſſio temporis longi aut longiſſimi facit titulum oſtenſum,qui ſolemnia non contemebat, præſumi ſolemnia contimuiſſe.*
39 *Tempus longum non facit, teſtamentum prohibui teſtari factum uideri ex principis diſpenſatione, contra Areti. & ſequaces.*

Reſoluitur teſta. poſthumi agnatione.

Asvs. 46. Teſtamentum † initio rite & recte factum poſtea ſolet infirmari per poſthumi natiuitatem l.Gallus,per totam.ff.de lib. & poſth.l.poſthumorũ .ff. de iniuſto rupto.§. poſthumorum inſt.de exhæred.lib.poſthumorum autem loco ſunt etiam hi qui poſt factũ teſtamentum uiuo adhuc teſtatore naſcuntur,non ſecus, quàm ſi poſt mortem teſtatoris naſcerentur, vt dd. ll. Quinimo † non ſolum teſtamentum ſed etiam alienatio facta iuter uiuos (quæ liberior eſſe debet l. non vſque. ff. ſi quis à par. fuer. ma.l. ſed & ſi lege.§. conſuluit.ff.de pet.hær.l.1.§.pen.verb. prodegit.ff. ſi quid in fraud. patr.) poſthumi agnatione infirmatur,quale eſt in terminis.l. ſi unquam,C.de reuo. dona. vbi qui omnia bona ſua, uel eorum maiorem partem donauit, ſi poſt factam talem donationem liberi ſibi naſcantur, poteſt eam reuocare, neque impar erit poſthumum appellare filium, qui poſt talem donationem factam naſcitur, natusq; donationis infirmandę, cauſam prębuit, cum & poſthumus appelletur, qui poſt factum teſtamentum naſcitur, natusque teſtamentum infirmatur,ut dd.ll. Heredis † tamen inſtitutio utcunque in remunerationem benemeritorum facta eſſet,iuxta l.neque adiecit. ff. pro ſocio, non dubito, quin poſthumi pręteriti natiuitate reuocetur, licèt donatio remuneratoria non reuoceretur, ut tradunt communiter ordinarij & repetentes in l ſi unquam. C. de reuo. donat.per generalitatem iurium, de quibus ſupra mentionem habuimus, & eſt per poſthumi ueluti agnationem, ſeu natiuitatem

Poſthumi agnatione reſoluitur donatio.

Remuneratoria etiam hæredis inſtitutio reſoluitur poſthumi agnatione.

4 tiuitatem ea donatio remuneratoria non reuocatur † ita etiam per ingratitudinis interuentum non reuocaretur, ut est uera & communis opinio gloſſæ. & communiter. dd.ibi in l.ſi pater.§.fin.ff.de donatio.glo.in l.ſi. in uerbo. inueniatur.C.de reuoc. donat. vnde † feudum conceſſum ob benemerita per interuentum ingratitudinis non reuocatur Bal.in c.1.col.3.ſi uaſſallus.feud.priue.cui deferatur Marti.Laudenſis. Bald.& Cardin.Alexandrin. in titulo an mutus uel imperfectus. Abb.in cap.fi.col ſi.de dona. Roma.conſi.26.& conſi.298.circa præmiſſum.col.ſi.& conſil. 426. & in ſingulari. 520. donatio reuocatur. vt per Iaſo. in l.ex hoc iure.col.10.ff.de iuſt. & iure.& in l. ſi non ſortem.§.libertus.col. 4.ff.de condi.inde.Ludo. Gomeſius.in §. item Seruiana.num.44.inſt.de actio.& alij plures relati per additio.Roma.ubi ſuprà.Alexan.conſil.101. uiſis inſtrumentis lib.1.& conſi.341.nec arguendi.Socin.lib.2. & conſi.40.& conſi.42.lib.4.Hippolytus.Marſi.conſi.106.dirigere digneris. Idem Marſilius. ſingula. 333. pactum de futura ſucceſſione. verſi.& facit etiam.Stephanus. Bertr. conſi.205.lib.2.& conſi.154.& conſi.157.lib.3.Lauren.Silua.conſil.2.chriſti uirginisq;. col.25. Ioan. Lecerier. de primo genitura. lib.2.q.12. col. antepen.Socin. conſil.84. accuratiſſimè.col.pen.lib.3.Corn.conſi.19.4.col.lib.3. Andræ.Siculus.& Felin.col.6.in c.nouit.de iudi. Iaſo.in l.ſi tibi pecuniam.col.ſi.ff.ſi cert.peta.Ioan. Lupus. in Rubr.de dona.inter uirum & uxor.fol.45. Thomas Gramma. deciſ. 65.col.6.Carolus,Ruinus. conſ.31.viſa.col.ſi.lib.5. Nicolaus Boerius.deciſio.27.mater omnia.Idem Boerius.deciſio.228.teſtamentum tempore peſtis.nu.12.col.ſi.qui omnes tenent per interuentum ingratitudinis donationem remuneratoriam non reuocari: talis.n. donatio merces eximij laboris eſt. d.l.ſi pater.§. ſi quis aliquem.ff. de donatio.& qui taliter donat nó prodigiſſe ſed lucrum feciſſe dicit.l.ſi pignori.in prin.ff.de furt. unde Poeta ſic cecinit.

Donatio remuneratoria ingratitudine non reuocatur.

Quas dederis ſolas ſemper habebis opes.

5 Hinc eſt q̃ † prælatus licet res eccleſiæ alienare non poſſit, vt per totum de rebus eccleſ. non alienand. tamen ob benemerita donatarij erga ipſam eccleſiam poteſt res eccleſiæ donare.c.per tuas.ubi notant Abb.& alij de donat. c.relatum.c.cum inofficijs.de teſtam.c. quicunque.cap. ſi quos.c.eccleſiaſticis.12.q.2.l.iubemus nulli.ubi glo.Bar.& alij.C.de ſacroſan.eccl.auth.de alienatione,& emphyteuſi §.1.l.iuſta cauſa.ubi Bar ff.de manumiſſ.uind.Bald.in ca.de priore. de appella. Faber.in auth.hoc ius porrectum.de ſacroſan.eccle.Roma.in l.ſi uero.§.de uiro.fallen.48.ff.ſolu. matrim.Guil.& Imola.col.9.in clem.1.de rebus eccle.non alienan.Alex.conſi.56 conſideratis.col.3.lib.1.Iaſon.in l.ſi non ſortem.§.libertus.col.5 ff.de condi.indebit.Bartholo. Socin.conſ.84.accuratiſſimè.col.5.lib.3.Iaſon. conſil.222. col.7.lib.2.& conſ.10.col.4.lib.3.& conſ.73.col.3.eod. lib. Stepha.Bertran.conſ.205.col.2.lib.2.

Remunerationis cauſa prælatus poteſt res eccleſiæ donare.

7 Nam † & ſimiliter tutores, & curatores, & reliqui adminiſtratores minorum bona remunerationis cauſa poſſunt donare, & in eos conferre qui erga minores benemeriti fuerunt l.filius.in prin.ff.de procura.l.cum plures. § pen.l.tutor ſecundum dignitatem.ff de adminiſtr.tutorum l. qui filium.ff.ubi pupil.educari debeat. glo. in ca. ſi. uerbo.nec regulariter. de offi. uicarij. lib 6.Bar.in l. ambitioſa.ff.de decretis.Roman.conſi.50. in præfata conſultatione. Fulgo.conſi.101.duciſſæ. Aretinus. conſi.24. quatuor dubia. in 3. dubio. ubi hanc dicit communem opinem. Quinimò † etiam ipſi minores ſine decreto poſſent talem donationem facere, ita Roman.in l. ſi ante nuptias .ff.ſoluto matrimonio. Sequitur & reputat ſingulare.Marianus, Socinus. conſi.66.Alciatus. in l. creditores.ff.de uerb.ſignifi.Bertrandus conſ.205.ſi eſt uerum.col.2. lib.2. Paulus Caſtren.dubius tamen. in conſi.172. in caſu præſenti.columna prima.lib.2. de quo ſimiliter dubitat Aretinus ubi ſuprà. & ex profeſſo contrarium tenet Iaſon in lege cum filio. columna penultima.ff.de legat.1. per text. qui bene probat in lege .2.C.ſi aduerſus donat. idem Iaſon.in l. ex hoc iure. in 11. effectu.ff. de iuſtitia, & iure, & in d.§.libertus, in nouo effectu. quod uerius eſt, nam ut ualeat talis donatio, oportet quòd ritè & rectè fiat, & licèt per interuentum meritorum rectè facta uideatur,tamen per decreti iudicialis uel tutoris ſeu curatoris defectũ minus rite factam eam fuiſſe palam eſt, ut d. l.2. & per totum.C.de prædijs minorum.& ff.de rebus eorum, nec dubium eſt,quin actus non rite factus quoad omnes iuris effectus pro nullo ſit, l.non putauit.§.non queuis, cum gloſſ. ff.de bono.poſſeſ.contra tabul. Ergo contraria opinio ſaluari poteſt, quando adultus, qui non habebat curatorem mobilia donauit.

Remunerationis cauſa tutores, & curatores minorum res poſſunt donare.

8 Ipſi uero donatorꝰ aſſerenti ſe ob benemerita donaſſe credendum eſt,quando donare eam rem de qua agitur,non erat prohibitus, iſta eſt uera,& communis opinio,quam tenent dd.in l.ſi donatione.C.de coll. Bart.& alij in l ſi forte, ff.de caſtren. pecul. Guido Papa.q.95. dubitatur. Paul.in l. per diuerſas,colum.fin.C.mãdati &,in l. Attilius Regulus. ff.de donati.Bart.Soc. conſi.295.in cauſa,col.3.lib.2.Iaſ.cõſ. 154. Decius conſi.20.in cauſa ipſorum,col.ſi.& conſi. 531. in cauſa quę agitur. Bert..conſi.3.inſpecto. & cõſ.154.etiam ſi uerũ, col.2. lib.3. Pariſ.cõſ.38. uiſo proceſſu,col.ſi.lib.3.

Remunerationis cauſa ipſi minores poſſunt donare ſecũdum plures, nos contra cum multis.

9 *Merita præceſiſſe donatori aſſerenti credendũ eſt.*

Cęterum†quando donatio erat prohibita ex parte donantis,uel reidonatę, uel utriuſque, licet permiſſa eſſet ob benemerita,non creditur donatori dicenti, benemerita præceſiſſe, niſi aliter probentur: iſta eſt uera, & communis opinio, quam tenent gloſſ.& communiter.dd.preſertim Salice.Alexand.Corneus.Iaſ.Philip. Decius in l.ſi donatione.C.de colla.latè Iaſo.in d.l.ex hoc iure.& in d.l.ſi vnquã, per Andre.Tiraq.idem vult Bart.in d.l.frater a fratre, & in l.ſi forte,in princip.ff.de caſtren.peculio.Ioan.And. ad Speculatorem in titulo de rebus eccleſ. non alienan. Bart.Bald. Florianus, & alij in l.qui teſtamentum.ff.de probat. Idem Bart.in l.per diuerſas.C.mand.& in authent. ſi quis in aliquo,colum.fina.C.de edend. Bald.in l.illud,& in authẽ.hoc ius porrectum.C.de ſacro ſanct.eccleſ.& in l. cum aliquis. C.de iure delibe.& in prælud.ijs feudorum. col.13.Iaſ.conſ. 227.Carolus,colum.4.lib.ſecundo. Ancharan. in clementina.1.in .5.notabi.de rebus eccleſ. non alienan. Areti.conſil. 18.conſideratis.Cumanus in l. Attilius Regulus. ff.de dona. Florian.in l.quę pater,col.3.ff.famil .erciſ. Franc.Cremen. in ſing.137.incip.donatio.Alex.in cõſ.95.incip. conſideratis uerbis,& in conſi.101. incip. uiſis inſtrumentis exẽptionis, colum.3.uol.1.& in conſi.fin.incipi.uiſis narratis,col.2. uol. 3.Felinus in c.ſicut,col.13.in prima fallen. de re iudic. Andreas Siculus, in conſi.30. incip. Sacro ſcriptum, colum.2. uol.2.in conſi.41.incip.viſo puncto & proceſſu,colum.7.& penul.& in conſil.45.incip.viſo puncto & maturè penſato, in princip.vol.3.Iaſon in authen.unde ſi parens. poſt alios. C.de inoffic.teſtamen.& in d.l.ſi donatione. C. de colla. & in l.frater a fratre.in 20.col.ff.de condit.indebi.& in conſil.73.incip.pro parte negatiua.vol.3.& in conſil.101. incipi. immunitas fuit conceſſa, colum.3.volu.4.Philip. Decius in conſi.132.incip.in caſu propoſito.Franciſchinus, Curtius, in conſil.67.incip. habita diligenti conſideratione, colum. 3.volum.1.& in d.conſi.142.colum.1.uolum.2.Carolus Ruinus,in conſil.173.incip.queritur.colum.6. volum.1. Philippus Decius in conſil.131.incip.in caſu propoſito, & in conſil.576.incip.pro reſolutione caſus, columna.1. uol.4. Marianus,Socinus iunior, in conſil.77.iucip. licèt in preſenti conſultatione.col.11.vol.1.Ludouicus de Gozad. in conſi. 20.incip.prima facie, in prima colum. Stephanus Bertran. in conſil.255.incipi.viſo conſultationis themate, columna ſecunda,volum.ſecundo.

10 *Donatori aſſerenti meritа præceſiſſe non creditur quando donare liberum non erat.*

11 *Donatori etiam iuranti merita præceſiſſe, non creditur, quando donare liberũ non erat.*

Quòd procedit etiam ſi donator iurauerit talia merita præceſiſſe.ita Alex.in d l.ſi donatione, & in conſi.55. conſideratis,colum.3.lib.1 Corneus,conſi.289. colum.11.lib.4. Romanus in authent.ſimiliter. col.1.C. ad l.falcid. Ferratius,cautela.33.donatio,colũ.fina. Iaſ.in d.l. frater a fratre, colum.24. & ibi Ioan. de Monte Ferrato, in 4. fallentia. Rubeus,conſil.145.tenor ſtatuti,colum.fina.

12 *Reſoluitur teſtamentũ non donatio p poſthumi adoptiui agnationem.*

Stat ergo ex ſuperioribus ex poſthumi veluti agnatione rumpi,& reuocari donationem ritè & rectè factam, non ſecùs

ſecus quàm teſtamentum reuocatur. Verum facilius teſtamentum rumpitur, quàm donatio, quia licet per filij adoptiui interuentum non reuocetur talis donatio, ut ex uera, & cõi opinione reſoluunt docto. ubi ſ. & nouiſſimi repetentes in l. ſi. unquam. C. de reuo. dona. tamen teſtamentum iam ſemel rite & recte factum per nouum interuentum poſthumi etiam adoptiui rumpitur, non ſecus quam ſi is filius naturalis nõ etiam legalis tantum foret: ut in lege certum. ff. de iniuſto. rupt.

Adoptione non ſemper rumpitur teſtamentum.

13 Quod† locum habet quando extraneum adoptaui, non ſic ſemper quando filium meum legitimum, & naturalem adoptaſſem: nam tunc teſtamentum antea rite, & recte factum per talem poſthumi agnationem, uel interuentum nõ infirmaretur, quale eſſet cum filium primum exhæredaui, deinde emancipaui, poſtea rurſus adoptaui, qui filius, licet ut naturalis filius teſtamentum rumpere non poſſet, (quia exhæredatus fuit) tamen ut filius adoptiuus uidebatur quòd rumpere poſſet, quia ut filius adoptiuus non reperitur inſtitutus, aut exhæredatus, ſed præteritus, & ut extranens cum adoptatur rumpitur patris adoptantis teſtamentum, dicta lege certum, ita etiam videbatur idem fore in filio naturali adoptato, ne plus extraneo, quàm filio, contra patris teſtamentum concedatur, quod contra omem rationem eſſe videretur, & contra legem. ſiquis poſthumus, in princip. ff. de liber. & poſthum. & quia cum is filius habeat nunc duas qualitates, vna (vt ita loquar) naturalitatis, & altera ciuilitatis, quarum alterutra ſufficiens eſſe ſolet ad teſtamẽtum rumpendum, certe licet per qualitatem naturalis nequeat rumpere, tamen ſupererat altera qualitas ciuilitatis, vt poſſet rumpere, adhuc tamen contrariũ deciſum eſt, per. d. l. filio quem, ff. de liber. & poſthum. l. non putauit. §. ſi quis filium exhæredatum. ff. de bon. poſſeſſi. contra tabul. per rationẽ in dd. ll. expreſſam: quæ iura ſi non haberemus contrarium foret reſpondendum.

Reſoluitur teſtamentum adoptione filij non naturalis etiam prius exhæredati, noua declaratio.

14 Vnde† noue dicerem, quòd ſi filium adoptaui, deinde eũ exhæredaui, poſtea eundem iterum adoptaui, tunc quaſi præteritus rumperet teſtamentum per dict. l. certum, cum his, quæ proxime diximus, & ſi excipiatur quòd iam fuit exhæredatus, ſicque ſatisfactum ei eſt, replicabo quòd tanquam nouus filius nunc rumpit: quia ſe præteritum reperit, & in iſto ceſſat ratio ſuſtinendi teſtamentum, de qua in dicta lege filio quem. Nam & ſimiliter noue reſponderem, quòd ſi extraneum exhæredaui, deinde eum adoptaui, non rumperet teſtamentum, tanquam præteritus, nec procederet, dicta lex certum, quia is adoptatus non reperit ſe nunc præteritum: & erit caſus ſingularis in quo exhæredatio extranei non eſt res inepta, ſed utilis, cogita quia non firmo.

Sicque etiam noue limit. l. quidam cum filium. ff. de uerbor. obligation. nam & alias extranei exhæredatio fit, ut ff. de heredi. inſtitu. l. paterfamilias teſtamento. Ad dictam

Poſthumi agnatione teſtamentum rumpitur quaſi ſub cõditione reſoluitur, nõ ſic ſententia.

15 legem quidam cum filium reſpon. quòd nõ negat extranei exhæredationem poſſe fieri, licet firmet plerunque inutilem eſſe, at aliquo caſu, ut iſto utilis eſt. denique materiam poſthumorum latiſſime diſſeruimus, ſ. §. 20. per totũ.

Denique quod diximus poſthumi agnatione infirmari teſtamentum quod initio rite & recte factum fuit, intelligę† quando is poſthumus ſic natus petijt teſtamentum patris rumpum fuiſſe declarari, ſicq; patris hæreditatem habere uolebat, non ſic ſi id neglexit, quia tunc ſibi imputandum eſt argu. l. filio præterito & l. ſi poſthumus. §. idem

Legitimæ ſupplementũ lege inducitur ſub conditione reſoluitur non ſub conditione ſuſpenſiua ſed declaratiua.

16 & circa, & etiam in prin. d. l. ff. de iniuſt. rup. quaſi ſub hac conditione a lege talia teſtamenta dicantur nulla, ſi is cuius fauore uitio dabatur teſtamentum, id petierit, nam & ſimiliter licet ſupplementum legitimæ ipſo iure inducatur a lege, lege ſcimus, in princip. uerb. ipſo iure, tamen ſubintelligitur hæc conditio, ſi filius petierit. alias ſecus. gloſſ. in dicta lege ſcimus, in princip. quæ omnia latiſſime comprobat more ſuo. Andr. Tiraquel. in l. ſi unquam, uerb. reuertatur, ad princip. C. de reuoca. donation. qui plures huius rei allegat fautores. Sed nos ſemper fuimus huius ſententiæ, vt non expediat. dd. ll. à ſuo vero ſenſu & ſermonis proprietate alienas, & veluti exules reddere. veriſſimumq; eſſe tale teſtamentum ipſo iure rumpi, etiam ſi filius nondum illud ruptum, aut nullum eſſe declarari non petierit, taleq; ſupplementum legitimæ ipſo iure à lege induci, etiam ante, quàm filius illud petierit. Verum illi iuri ſic acquiſito tacitè ineſſe legalem conditionẽ reſolutiuam, non ſecus, quàm ineſt in omnibus omnino legalibus acquiſitionibus, † nam legatum & ſi acquiratur ipſo iure. lege à Titio. ff. de furtis. lege cum pater. §. furdo. ff. de lega. 2. tamen ſubintelligitur à lege tacita conditio reſolutiua: vt ſi legatarius noluerit nunquam acquiſitum videatur. lege ſi legatarius. §. fin. ff. de lega. 1. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. eod. titulo. l. 1. ad medium. ff. ſi quid in fraud. patro. l. qui autem. §. 1. ff. quæ in fraudem creditorum, neq; enim mens, & ſententia legis fuit cuiquam inuito beneficium dari. lege inuito. ff. de regulis iuris. c. in inuitum, de regulis iuris lib. 6. Vnde in ſpeciebus propoſitis longè verius eſt ius tam cõtra teſtamentum, quam ad legitimæ ſupplementum ipſo iure acquiſitum videri, licet filio eo iure vti ceſſante, quaſi tacitè abieciſſe, & neglegiſſe videatur talia beneficia euaneſcant, & veluti mori videantur; mors autem non negat imo præſupponit præambulam natiuitatem, vt & attigimus. ſuprà §. 10. numero, 404. verſic. quod autem diximus, quibus modo dicta addere non erit inutile. Stat ergo, quòd filius ſi huiuſmodi beneficijs à lege ſibi conceſſis, vti deſierit, aut neglexerit ſibi præiudicat, ſibique imputare debet, † nam

Legatum legatario acquiritur ſub conditione reſolutiua, non ſuſpenſiua, noua declaratio.

17

Tacitè ut ex preſſum nobis nocere poſſumus.

18

ſuum quiſque ius tacite, & expreſſim poteſt amittere, & renuntiare: vt per glo. in ſimili. in lege ſi quando. §. & generaliter. C. de inofficioſo teſtamento. de cuius glo. veritate dixi ſuprà. §. 10. numero. 527. & in his iuribus amittendis ſcientia, & patientia, ac negligentia pro conſenſu eſt. lege. 2. C. de his qui ſponte publica munera ſubeunt libro. 10. lege ne in arbitris. C. de recep. arbitris. optimus textus in lege ſi filius, vbi notant omnes præſertim. Bal. C. de petit. hæredit. lege finali. C. arbitrium tutelæ. lege penultima. C. communi diuidundo. lege ſecunda. §. voluntate, vbi plenè per Alexan. ff. ſoluto matrimouio. lege quidam. ff. de euicti. Idem Alexan. in lege qui in aliena. in principio. ff. de acquirenda hæreditate. Afflictus in c. 1. §. præterea. 2. columna quib. mod. feu. amitta glo. per text. ibi. in cap. 1. §. fin. ſi de inueſtitura feudi inter dominum & vaſallum lis oriatur. glo. per text. ibi. in cap. peruenit. de emptione, & uenditione. glo. in cap. peruenit. de cenſ. & in cap. accedentibus. & in cap. fin. de priuileg. glo. & Bart. ubi omnes in l. ſi certis annis. C. de pact. & in lege cum de in rem verſo. ff. de vſur. Decius in cap. cæterum. columna. 4. de iud. Hieronymus Gratus. conſilio. 9. facti ſpecie, & conſilio. 94. in cauſa excellentiſſimæ. col. fin. libro primo. Aymon. Cra. conſilio. 148. nobilis. col. fi. Stephanus. Bertran. conſilio. 1. lib. 1. Gozadi. conſilio. 73. circa dubia. columna quarta. Ruinus conſil. 69. circa proceſſum. columna. 5. lib. 1. & conſilio. 111. quanuis. colum. 3. libro. 4. Hijs accedit, quòd † qui publicum munus ſemel ſuſcepit ſibi facit præiudicium licet antea exemptus eſſet. Glo. & .dd. per text. ibi in lege ſecunda. C. de hijs qui ſponte publi. mun. ſubeunt, libro decimo. † nam & ſimiliter qui à munere tutelarum immunis erat ſi vnam tutelã ſemel ſuſcepit, cogitur vſque ad finem in ea perſeuerare, ita Cinus, Bald. Salicet. & alij. in l. voluntariæ. per text. ibi. C. de excuſ. tutorum. Quibus affine eſt, † quòd vtens priuilegio ſtrictius, & anguſtius, quàm ſibi ius erat, poſtea eo priuilegio largius vti non poterit, ita Bartolus, & Angelus, in lege uſum aquæ. C. de aquæduct. per text. ibi. Gozadi. conſilio. 23. prima facie. columna. 2. in ſimili per Ioan. Andr. in cap. acceſſorium. de regulis iuris lib. 6. Felinus in capit. cum acceſſiſſent. columna. 11. de conſti. † Quinimò, qui fecerit contrarium eius quod ſibi per priuilegium conceſſum erat, non ſolum coanguſtatur priuilegium, ſed etiam ex toto euanuiſſe intelligitur. l. 2. C. de iure. domi. impe. cap. priuilegium. 11. quæſt. tertia

Munus publicum ſponte ſuſcipiens ſibi nocet.

19

Tutelã ſponte ſuſcipiens eam deſerere nequit.

20

21

Priuilegio ſtrictè uteris ſibi nocet.

22

Priuilegiũ perit per contrarium uſum.

23 *Immunis seu hidalgus qui in libro collectarum se describi passus fuit sibi nocet.*

† Vnde qui à collectis immunis erat, si in libro eorum, qui ad eas obnoxij erant se describi contentus fuit, facit sibi præiudicium, si in decem dicbus proximis non appellauit, ita Angelus, & Imola per text. ibi in lege. 1. §. si quis tutor. ff. quando appell. sit. Alexan. qui eos refert consilio. 101. uisis instrumentis. columna penultima lib. 1. Ruinus. consilio. 126. viso priuilegio. columna fina. lib. 4. Gozad. consilio. 23. prima facie, columna. 2. & Alex. consilio. 133. clementissimi. lib. 4. & consilio. 136. in causa & lite. eod. lib. Nam & ex diuerso, † qui re vera exemptus non erat si per annos viginti gabellas, vect galia, seu alia onera, aut munera non subit, aut non persoluit, constituitur in quasi possessione exemptionis, & nobilitatis. quam hispanè hidalguiam appellamus, & etiam si aliter de titulo, vel iure suæ exemptionis non appareat, interea non potest collectari, sed etia lite super quæstione exemptionis, seu nobilitatis cœpta, & in eunte in ea quasi possessione exemptionis tuendus est, ut tenet Andræ. Siculus inter consilio. Alexan. consilio fin. libro. 4. Ruinus, consilio. 17. videndum est. columna. 3. lib. 1. & Archiepiscopus Tarracon. in suo consilio. pro illustri Marchione de los Velez, dubita. numero. 11. & alij quamplures quos congessimus. libro. 4. controuersiarum, id quod non obscure significauerunt Pragmaticæ Hispanorum, à nostris non vnquam rectè intellectæ, qualis est pragmatica de Tordosillas. & alter pragma. de Leon, vt vbi suprà. plenius differuimus. Quinimò, & si nulla materia sit tam tituli indigna, quàm sit beneficium ecclesiasticum quod sine canonica institutione, & titulo obtineri non posse iura proclamant. cap. beneficium. cum vulgar. de regulis iuris in 6. † tamen possessio, vel quasi possessio, decem annorum inducit illius tituli præsumptionem, vt tenent per text. ibi in cap. illud. de præsumpt. Antonius, Cardin. Florent. Imol. Panor. & Feli. ibi. Hostien. in c. licet uerbo, officij. & ibi Panormit. columna penultima. Imola. columna. 7. Anania, & Felinus. columna. 4. de Simon. quo casu aiunt titulum probari per iuramentum huiusmodi possessoris, vel quasi possessoris, sentiunt Federicus Senen. consilio. 61. uacante. & consilio. 234. principium. Ioannes Andr. & Dominicus in cap. si iudex. de sent. excom. lib. 6. Ioann. Andr. & Ancharanus in rep. q. 9. in c. 1. de regulis iuris. eodem lib. Bald. Angelus, Imol. Roman. & Aretin. in l. qui in aliena. ff. de acquirenda hæred. Bald. & alij. in l. si filius. C. de peti. hæred. Socinus. consilio. 270. consideratis. col. 3. lib. 2. Felinus in ca. sicut. fallen. 3. col. 15. de re iud. Decius in l. 1. col. 4. C. qui admitti. Corsetus in singularibus. verbo titulus, tradunt. dd. in ca. requisisti. de testib. Decius in ca. cum causam. col. fi. de prob. Alex. cons. 79. lib. 1. Paul. Castr. cons. 202. in causa. lib. 1. Dec. cons. 36. exemplum. col. 3. Idem cons. 118. uiso instrumento. col. 1. Barba. in l. sciendum. col. 15. ff. de verb. obligat. Dec. consi. 121. in causa venerabilis. col. 2. & cons. 135. ad iustificationem col. 1. Idem. Deci. cons. 155. in causa exemptionis. col. 2. & cons. 39. uiso. col. 1. vt refert And. Tiraq. de præscrip. §. 1. glo. 4. vers. 6. eiusdem, qui plures similiter contrarie

24 *Nobilitatis, exemptionis seu hidalguiem quasi possessione, qui per annos uiginti stetit, si a fisco ei moueatur quæstio super nobilitate sua lite mota quasi possessione tuendus est, donec lis finiatur.*

25 *Beneficij ecclesiastici titulus præsumitur post decennij possessionem.*

26 *Feudi titulus præsumitur, quando quis decennio rem ut feudalè possedit & a domino, ut feudatarius tractatus fuerat.*

27 *Feudum qui domino sciente alienauit, ei iudicat.*

refert partis fautores, & nos plenius diximus controuersiarum. lib. 4. & Felin. has nostrorum varietates conciliare videtur. in c. sicut. de re iudi. & in c. ex parte. de testi. Hijs proximum est † quòd si quis rem quasi feudalem sciente domino, longo tempore possederit, & vt vasallus à domino, tractatus fuerit præsumitur titulus legitimus, qui probatur per solum iuramentum dicti vasalli. tex. in c. sciendũ. qui testes sunt necessarij in feudis Zasius. de feud. in rub. qualiter feud. acquiratur, per d. c. sciendum. q̃ licet singula re. glo. in c. 1. verb. permissum. & ibi Bal. de prohi. feud. alie. per Lotharium. Quinimo † si præsente domino, & non cõtradicente vasallus alienauit feudum dominus consentire videtur, firmaq; erit alienatio, vt tenet. d. gl. quam sequitur & singularem dicit Iason. in lege quæ dotis. in casu 15. ff. soluto matrimonio. Anton. Capycius. in decisione Neapolitana. 156. in causa. col. 15. Alex. cons. 79. col. 4. lib. 1. & consilio. 113. uiso, Gratus. consil. 117. prima facie. col. 2. lib. 1.

Vnde † qui rem sciente & consentiente capitulo, quasi emphyteuticam acceperit post longum tempus præteritum præsumuntur omnia solennia interfuisse, ita Maria. Socin. consi. 56. iustissimi, colum. penultim. lib. primo, post Corneum, quem refert. cons. 181. visis, sequitur Loazes in cons. pro Marchione de los velez. dub. 1. num. 25. Bal. in l. si filio, per tex. ibi. C. de patria. potes, dicens, quòd quando patientia eius, cuius interest durauit per longum tempus, inducitur contra illud præsumptio & probatio ueritatis, sequitur Alexan. cons. 134. clementissimi, col. 5. lib. 4.

28 *Decennio qui rem possedit, quasi emphyteuticam, ab ecclesia acceptam, præsumitur sine uilla interfuisse, ad uersarij consensum.*

Quinimo † si ultra patientiam eius, cuius interest interfuerit unus actus ipsius consentaneus possessioni, uel quasi possessioni aduersarij, ex tali actu cum patientia inducitur consensus, ut sic unus actus positiuus exequetur patientiæ, & taciturnitati longi temporis, ita Barto. in l. quo enim. ff. rem ract. hab. Panormitanus in cap. non iniuste, de procurator. Iaf. consil. 227. Carolus. colum. septima. lib. 2.

29 *Patientiæ diutinæ fere est uerus actus positiuus.*

Denique † quanuis mandatum ex sola temporis diuturnitate non præsumatur. Bald. in l. 1. colum. 1. & ibi Salice. C. de reb. alien. non alien. & in lege secunda. C. si ex fall. instrum. Alexan. in dict. lege qui in aliena. in princip. ff. de acquirend. hæred. Bald. in l. qui fundum. §. procurator. ff. de usucapion. pro empto. Bald. in c. in præsentia, col. 3. de renun. Bertrandus cons. tertio. col. 9. lib. 3. Innoc. in ca. nn otuit. de eo qui furt, ordi. susceptum. Alexã. in l. sciendum. col. quinta. ff. de uerbo. obligation. Ruinus cons. 69. circa processum, colum. secunda. lib. 1. Decius con. 215. in causa uertente, col. prima. Balbus de præscrip. in 1. part. 3. part. princip. q. 10. colum. 5. ubi hanc dicit communem opinio. Ruinus cons. 156. quia de pluribus, col. pen. lib. 1. Ias. cons. 111. cõitas. col. pen. lib. 4. Soci. cons. 58. in causa, col. 3. lib. 3. Felin. in c. sicut. de re iudic. Alex. cons. 1. ponderatis, col. penultim. lib. 4. & cons. 35. col. 1. lib. 7. Fran. de Curte. cons. 49. & cons. 48. memoriæ recolendę. Ferd. Loazes, ubi supra, nume. 19. Andr. Tiraq. de præs. §. 1. glos. 4. uersicu. iltis autem.

30 *Mandatum ex temporis diuturnitate non præsumitur.*

† Tamen si ultra temporis diuturnitatem affuit scientia, & patientia & taciturnitas illius. cuius mandato aliquid factum esse dicitur, tunc præsumitur mandatum, ita Bald. cons. 337. in primis, col. pen. lib 1. Fran. de Curte. cons. 77. super motiuis, col. pen. Gozad. cons. 73. circa dubia, col. 3. per tex. in l. si filius C. de pet. hær. & in l. si. in fi. ff. de usuca. pro empt. Ias. & Decius. col. 4. in l. 1. C. qui admitt. Idem Ias. in l. sciendum col. 8. ff. de uerb. obli. Ferd. Loazes, ubi ẽ n. 30.

31 *Mandatum præsumitur ex tempore longo cum scientia, & tolerantia eius, cuius nomine res fiebat, ardua quæstio.*

† Quod non aliter admittendum est, quàm si liberum esset ei, cuius nomine actus fiebat illum prohibere, tunc enim si non prohibeat per tam longam patientiam consentire, & uelle uidetur, ut dd. ll. nisi protestatus esset illud nó fieri de uoluntate sua, itaq; ut sibi non præiudicet, oportet, vel quòd prohibeat si liberum est prohibere, sin minus tũc protestetur, quòd si etiam protestari liberum nó esset, aut non esset tutum, sed forte periculosum propter potentiam tyrannidemq; aduersarij, tunc hoc probato sibi non fieret præiudicium, argum. eorum quę diximus su. §. 24. nu. 1. cum sequen. facit l. 1. ff. de bonor. pos. ex testam. mil. Et sub hac distinctione potest admitti quod traditur per And. Tiraq. in d. glos. 4. uersi. 31. qui † saltem mandatũ præsumi vult in specie proposita in persona uicarij generalis, si fama huic rei consentanea erat. Item vult præsumi mandatum, quando non erat uerisimile actum geri, sine mandato, ueluti si quis pro alio longo tempore pensioné soluisset: Addo tertium casum, de quo supra per nos, licèt sint ferè innumeri autores qui negent mandatũ præsumi in his specebus, etiam post mille annos quos larè recenset. And. Tiraquel. ubi supra.

32 *Patientia longi temporis nocet ei, qui potuit prohibere, aut protestari, si causam non potuit.*

33 *Mandatum præsumitur in casibus licet non probetur.*

Illud aũt ut nobis uidet nullo colore defendi pót, q̃d aiunt nónulli, s. q̃ is qui actum gessit nõe alterius in quo pecuniæ erogatio necessaria erat, præsumit habere mandatum, ita Inn. in d. c. nónulli. Bar. in l. cũ seruus, & ibi Alex. ff. de uerbo. obliga. Bald. cons. 317. lib. tertio. & in l. id quod pauperibus. colum. fina. C. de epis. & cler. Imola. in capit. secundo, colum. 2. vt ecclesiastica beneficia. Panor. cons. 94. lib. 1. Are. in c. 1. col. 4. de iud. uñ ait † q̃ cũ incitatione opus

34 *Mandatum cui ubi impensa necessaria est, præsumitur, ardua q.*

sit

35 *Mandatum an præsumatur ex mera tolerantia, quæ sine impensa fieri non poterat, ardua q.*

fit aliqua impensa præsumitur, facta demandatur, eius interest, Felinus in d.cap.sicut.col.antepen. de re iud. Cæpola, de seruitutibus urba.prædiorum, ut refert Andre. Tiraq. ubi supra, qui subdit, & hac sententia nihil est uerius, qua nihil pernicioſius nobis uidetur, ſi ſic generaliter accipiatur,† & præterea est contra commun.opin. eorum, quos supra retulimus, & contra omnes leges, quæ sunt sub titulo C.& ff.de nego.gest.in quibus uel in earum plerisq; ponitur negotium alienum requirens laborem,& impensam geri nomine domini, nec per hoc dicitur, aut præsumitur mandatum, nec datur mandati actio, sed tantum negotiorum gestorum,& pernicioſiſſimum tuisset mandatum præsumi facile, cum dominus contrarium, hoc est mandatum non interfuisse probare non posset ullo modo, cum sit factum negatiuum, quod per rerum naturam est improbabile: ut nota.dd.in l.actor quod asseuerat, & in l.prima, & in l.siue possidetis.C.de probatio.pro nobis bonus tex.in §.primo. Inst.de obliga.quæ ex quasi contractu nascuntur, dum ait, (sanè nemo curaturus esset, si de eo quod quis impendisset nullam habiturus esset actionem) sicq; negotiorum gestorum non etiam mandati subdituri actionem pollicetur, & qui aliena negotia nomine domini administrauit, quantuncunque pecuniarum in tali administratione consumpsisset. Adhuc tamen memini in lite ingenti inter fiscum, & celebrem ciuitatem de Malaga, post triennium elapsum a tempore litis motæ, & postquam ipsi ciuitati plurium actuum notificationes factæ fuerunt, ipsaq; varias responsiones fecit allegari ex parte ipsius ciuitatis, omnia acta illius processus fuisse, & esse nulla, & etiam sententiam postea secutam, quia mandatum procuratorium non apparebat, qua in re (iudice me cum alijs auditoribus, quibus in summo dominicæ rei prætorio reddebamus) obtinuit sententiam ualere, mandatumque uel saltem ratihabitionem præsumi, ex tanti temporis (scilicet trienni) longa patientia, & tolerantia præsumi, iuncto eo quòd non se uel, sed pluries ciuitas, ipsa eiusque defensores intellexerint, litem agi, & actus positiuos fecerint: circa illâ litem ex quibus uidebatur, uel mandatum præcesisse, licet non appareret, vel ex ipsismet actibus tacitum mandatum induci, uel saltem ratihabitionem quæ mandato par est.capitu.ratihabitionem, de regulis iuris, in sexto.gloss.& omnes in simili, in lege prima.C. de procurat.

Itaque ut ex quolibet actu utrunque impensam egente mandatum præsumi & extra mentem iuris est, & pernicioſiſſimum esset (facile enim posset qui alteri nocere uel let eius nomine litem mouere cum modica impensa, motamque deserere, ut sic ille uel causam perderet, uel inuitus extra bonam forte opportunitatem cogeretur litem inchoare, contra l.unicam. C. ut nemo inuitus agere uel accu.) ita quoque mandatum nunquam præsumi, aut non aliter præsumi, quàm demum post decennium, uel uicennium transactum rigidum,& nocētiſſimum esset: quia sem per qui non prohibet cum prohibere possit, & nosceret de rebus suis, agi quasi mandare, uel saltem ratumhabere uideatur.l.semper qui non prohibet, ubi multa per Decium.& Cagno.nume.nono.ff.de regulis iuris.

36 *Intell. & declaratio ad titulum. C. & ff. de negot. gestis.*

37 *Protestationis uis & effectus.*

Quinimo† metum, impedimentum, aut dissensum allegare non potest is, qui cum liberum esset protestari, id prætermisit, unde pro consentiente, uolente, & ueluti mandante habetur. ita glos.in l. secunda. uerb. contestationem.C.de his qui per metum iud.non app.glo.l.in omnibus.ff.de regulis iuris, vbi etiam per Modernos.glo.1.in cap.fin.in princip.de appellation.glos.in capitu. cupientes, uerb.proposita. de election. & ibi Dominicus, lib. sexto, quod & tenet Imola ibi, Bar.& Alexan.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de operis noui nunc.Bar.in lege, qui in aliena. §.Celsus.ff.de acquirend.hereditа.Bald.& Alexan. in lege properandum. §. si autem. C. de iudici. Aymon Crauet.consil.114. Ioanna filia, columna secunda. Alex. consil.164. Viso processu causarum, colum.fina.lib.2. Iaſ. con.227.Carolus.col.pen.lib. 2. prout refert, & sequitur Ferd.Leazes, consi.pro marchione de los uelez dubit.1. num.61. Ergo cum hæc res pendeat ex animo nostro, sicq; eius status sit coniecturalis, & legum decisiones, quas habemus non ex toto hanc speciem, qua de agimus perimat, quanuis re uera proxime accedant, reliquum est, ut iudicantis prudentię, & equitati plurimum sit in hoc concedendam, & committendum ex uarijs causarum figuris ac imaginibus.

38 *Possessio tem poris longi aut longiſſimi facit titulum ostensum, quisolemnia non contimebat, præsumi solēnia continuisse.*

Superioribus† proximum est quod si post longissimum tempus triginta fortè uel plurium annorum ab eo tempore computandum, quo minor fortè uel ecclesia fundum alienauit, lis moueatur, ex eo capite quod legitimę solennitates in ea alienatione interfuisse negentur, licet constet alienatum fuisse, plerique nostrorum, existimant post longissimum illud tempus feram litem, ac querelam esse, omnesque debitas solennitates precessisse intelligi, ac præsumi: ita tenent plerique nostrorum in ca. ea noscitur, de his, quę fiunt a prelat. sine consi.capitu. plerique omnes in l.qui in alienam.ff.de acquirend.hered. Anchar.consil.136.ex consilijs, qui etiam solum diuturnum tempus sufficere credit. Corneus consil.94.circa primum lib.2. Cinus & Bald.in lege emancipatione. C.de fide instrumen. Corneus consi.158.visis instrumentis, colum.secūda. lib.2. & in consi.34.rem arduam.lib.3.Bald.consi. 44. superioribus diebus, lib.4.Specul.de empt.& vendi. §. nunc uidendum, uersi.& breuiter.Romanus consi.252. pro decisione, Corneus consi.64.licèt, lib.4.& cōsi.234.copiose, eod. lib. Alexan.consi.79.circa lib.1. Romanus consil. 275. quo ad primum.Socin.consi.171.in cōtrouersia, lib.2.& consi. 196. simpliciter, col.pen.eod.lib.Alexan.consi.9.viso, colum. fi. lib.3.& consi.106.visis, lib.5 Bartholom.Socin.consi.254. visa, lib.2.Andreas Siculus consi.33. scripsit Psalmista, Aretinus consi.36.casus talis est.2.dubio.Socinus nepos cōsi.22. pulchra est presens, colum.4. lib.1.& consi. 56. uiso puncto, colum.4.lib.2. Gratus consi.81. casus talis est, col.5. lib.1. & consi.121.& si iuribus, col.2.lib. secundo. Marcus Mantua.consi 83.viso instrumento, & consil. 194. quoniam satis, nume.quarto,& consi.229.viso, num.4.& alij quamplures, quos allegant Ferdinand.Loazes, ubi supra, nume. 28. & Andr.Tiraquel.de prescrip.§.1.glo.4.uersi.36.

39 *Tempus longum non facit, testamentum prohibiti testari factū uideri ex principis dispensatione, contra Aret. & sequaces.*

Quibus † affine est, quòd si Cardinalis fecit testamentum, & a tempore facti testamenti decennium preterijt, presumitur factum de licentia summi Pontificis, ita Aretinus consi.36.casus, in princip. quem refert, & sequitur Marcus Mantua locorum, libro primo.ca.quinto. id quòd si uerum esset, facile quilibet incapax ad testandum, posset testamentum facere, & post decennium, si licentia principis presumeretur, firmum tale testamentum maneret, presertim cum testamenti scriptura non publica plerunq; sit, sed priuata: ergo huiusmodi sententiam admittere ridendum esset, & ipsa nullo iure probatur, aut de fendi potest. Neque ad rem pertinet, dict. l. si filiusfamil. C. de petit.hered.l.qui in aliena. §.primo.ff.de acquirend. possession.in quibus ipsi nituntur, quia loquuntur data diutur na scientia, & patientia illius, cuius de preiudicio agitur, per quam sibi preiudicant quasi consentire, aut ratum habere uideatur, at hic Papa quid peccauit, aut sibi preiudicauit, cum testamentum a Cardinali factum ignoraret, ergo tale testamentum etiam per longissimum tempus nō firmaretur, nec de licentia Papæ factum presumeretur, nisi aliud extrinsecus accederet adminiculum.

§ VI.

1 R *Esoluitur testamentum per ingressum religionis.*
2 *Monachismo non resoluitur testamentum, quando testator prius de monachatione cogitauerat, ardua quæstio.*
3 *Legitimationis interuentu resoluitur testamentum.*
4 *Legitimationis interuentu non semper rumpitur testamentum, iure regio.*
5 *Filius naturalis quis iure regio dicatur.*
6 *Legitimatus an nouus filius uideatur, noua decla.*
7 *Exheredatus si postea legitimetur, an rumpatur testam. noua decl.*

8 *Intell.l.certum.ff.de iniusto rupto.*
9 *Iuteli.l.quidam cum filium.ff.de uerb.oblig.*
10 *Resolui potest testamentum, ambiguitate exhæredationis patefacta detecta.*
11 *Resoluitur testamentum posthumi agnatione, & si ille continuò decedat de iure ciuili, secus de iure prætorio.*
12 *Testamẽtum r ligionis ingressu ruptum, iures sumit si monachus sui iuris effectus decedat, iure prætorio, noua declaratio. Idem si adoptione, uel arrogatione ruptum esset, estq; noua declaratio.*
13 *Resolutum legitimatione testamentum, iures sumit de iure prætorio, si legitimatus emancipetur, declaratio noua. Idem si noua nepotis suitate resolutum esset testamentum, isq; nepos emanciparetur.*
14 *Legata & fideicommissa conseruantur rupto ex causa posthumi præteriti, uel exhæredati testamento, non secus, quam si iam natus præteritus, uel exhæredatus foret, anceps pugna.*
15 *Legata & fideicommissa, ut rupto testamento debeantur, non refert exhæredatio sit expressa, an interpretatiua.*
16 *Resolutum testamentum eo quòd se testator arrogandum præbuit, si is sui iuris decedat, iure prætorio ualere potest, non ciuili, contra nouss.*
17 *Testamentum testatoris conualescentia non resoluitur.*
18 *Resoluitur testamentum per capitis diminutionem, sed secuta principis indulgentia, conualescit iure prætorio, estq; noua declaratio.*
19 *Resoluitur testamentum accessionis, uel de pendentiæ rationis.*
20 *Filio præterito in uita testatoris morientẽ testamentum non conualescat.*
21 *Testamentum præteritione uitiosum abolitione ualidatur.*
22 *Posthumi præteritione testamentum initio ualere non desinit.*
23 *Posthumi agnatione non natiuitate rumpitur testamentum, contra Accursium.*
24 *Filii naturalis præteritione testamentum non peridlitatur.*
25 *Nasci & agnasci differunt, contra Accursium.*
26 *Posthumi agnatione ruptum testamentum, conualescit eo morientẽ.*
27 *Intell.l.2.C.de posthu.hære. instituen.*
28 *Posthumi natiuitate pendente hereditas non aditur.*
29 *Bonorum possessio contra tabulas datur instituto beneficio præteriti etiam posthumi.*
30 *Damus interdum quod non habemus.*
31 *Cessionat io sit interdum utilis actio, quæ cadenti inutilis erat.*
32 *Contratab.bono.possessio. datur filio instituto, beneficio alterius filii preteriti.*
33 *Posthumus non est suus antequam nascatur.*
34 *Posthumus non continetur hominis appellatione, in statuto edicto.*
35 *Intellectus.§.Posthumi, Instit. de hered. abintestatus.*
36 *Vitiato testamento utiantur codicilli, qui cœperunt ab eo pendere, secus si non cœperunt.*
37 *Accessorium regulariter, sine principali non reperitur.*
38 *Per authent.ex causa conseruantur etiam legata, que cœperunt pendere ab institutione.*
39 *Contractus uel quasi in testamento celebratus, non uitiatur, licet testamentum reuocetur.*
40 *Hereditatis aditio irreuocabilis, an indicatur eo ipso quòd hereditatem mihi delatam in meo testamen. nominatim alicui reli qui, ardua quæstio.*
41 *Nostrum ius & si facto alterius quæsitum sit, per illum edi non potest.*
42 *Principali uitiato, quando uitietur dependens.*
43 *Quod iuris in principali, idem iuris in dependenti,*
44 *Sententia generalis parit exceptionem in non prosecutis,*

A S V S. 47. Testamentum † rite, & recte factum regulariter rũpitur per ingressum religionis Frideric. Senensis consi.165.Glo.Petrus,Cinus,& Fulgosius in auth.si qua mulier.C.de sacr.eccles.est communis opin. secundũ Imol.m. in l.1.num.11.ff.de testam. Iasnu. 17.in d.auth.si qua mulier.† Limita nisi ante testamẽtum is t stator de monachismo cogitasset, Iacobus Butriga.Bar.Bal.Paul.Castr.in d.auth.si qua mulier.sequitur Imola ubi suprà. & Aret.num.5.in d.l.1. Abbas num.52.Decius num.61.in ca.in præsentia,de probat. est communis opi.secundum Decium consi.31.col.2.Ripa in l.si unquã.q.35.C.de reuo.don.vt refert & sequitur Couarruui.de testam.c.2.nu.5.per auth.de monachis.§.illud, & §.nunc autem.Quod autem per monachismi interuentũ vitietur testamentum ultra.3. allegatos videntur tenere Bal.& Imola in l.si filius à patre.§.1.ff.de lib. & posth. dũ tale monasterium posthumũ appellant,intelligentes quod vt posthumus testamentum agnascẽdo rumperet l. posthumorum.ff.de iniusto rup.l.Gallus, per totam.ff. de lib. & posth.§.posthumorum.inst.de exhæred.liber.ita quoque, & tale monachismum superueniens,tradunt Ias.in rub.C. de posth.hær.init.idem Ias.nu.19.in rub.ff.de lib.& posth. Dec. vbi 3. Couarru.nu.4.in c.2.de testam.Alciat. in rubr. ff.de lib.& posthu. qui tenet & firmat communiter teneri posthumi loco haberi monasterium etiam si testator ante monachismum de ingressu monasterij cogitasset,sed prior opinio,vt receptior ita & verior nobis uidetur.

1 *Resoluitur testamentum per ingressũ religionis.*

2 *Monachismo non resoluitur testamentũ quando testator prius de monachatione cogitauerat, ardua qstio.*

Casus.48.Testamentum † recte & rite ab initio factum similiter postea potest rumpi per interuentum legitimationis,nam & si filius naturalis contra patris testamẽtum nihil dicere possit auchen. licet, & ferè per totum.C. de natur lib.tamen postquam legitimatus fuerit uitiatur testamentum:si is præteritus reperiatur: quia tunc nihil omnino à legitimis differt: vt est vera & communis opinio, quam tenet & firmat communiter teneri Socinus in rubr. col.1.cum seq.ff.de lib.& posth.& Alciatus ibi firmat hãc esse communem opinionem, per Ias. in rubr.C.de posth. hær.instit.idem in d.rub.ff.de lib.& posth.& nos diximus.3.§.20.nu.31.versi.& dum Ias.quod iure cõmuni procedit. † Nam iure regio aliqua ex parte immutatum est nẽ pè quando essent filij legitimi,aut per subsequẽs matrimonium legitimati,cum quibus naturalis ille legitimatus per rescriptum non succederet l. 12. Tauri. Porrò vbi ij non essent,talis legitimatus testamentum antea factum in quo præteritus fuit,non desineret rumpere,argum. supradicto rum,vt sic limitetur d.l.12. † Naturalis autem filius quis dicatur iure regio habes per l.11.eod. libro. Quid autem † si filius naturalis fuit institutus in patris testamento, & postea fuit legitimatus, an rumpat testamentum, mouet quæstionem quod quasi nouus filius esse videatur,argum. l.filio quem.ff.de lib. & posthu.l.non putauit.§. si quis filium exhæredatum.ff.de bono.possessio.contratab. iuncta l.si ferus legatus.§.fin.verbo nouus homo.ff.de adimen. lega.Sed magis est (licet non meminerim me legisse) vt hanc ad rem nouus filius non videatur, & consequẽter patris testamentum non rumpat,argum.d.l.filio,cũ similibus, vt non minus vtiliter, quàm nouè ea lex dum loquitur in adoptione,extendatur ad legitimationẽ, & recte, quia si aduertis vtrobiq; par ratio est, per rationẽ expressam in d.l.filio,q̃ cũ in eadẽ lege expressa sit,pro lege habẽda est, verè & non interpretatiuè,& ex vi cõprehensiua,& nó ex vi extensiua,glo.in c.sæpe,verb.Italiæ,de tẽporibus ordinandorũ.Bal,in l.oẽs populi,col.fin.ff.de iust & iure.Idem in l.de quibus,col.12.ff.de legib.glo.in elem.1. verbo eligatur,de elect.est communis op.vt diximus.3.§.12.nu.85. Ergo † si talis filius naturalis fuisset exhæredatus in testamento, deinde fuisset legitimatus, similiter per interuentum legitimationis testamentum non rumperetur: quia non nouus filius sed idem, qui antea erat videretur, per easdem leges & rationes. vt sic d.lege filio, dum loquitur

3 *Legitimatio ius interuentu resoluitur testamenti.*

4 *Legitimatio ius interuentu non semper rũpitur testamẽtum iure regio.*

5 *Filius nat. quis iure regio dicatur.*

6 *Legitimatus an nouus filius uideatur, noua declaratio.*

7 *Exhæredatus si postea legitimetur an rumpatur testamẽtũ noua declaratio.*

loquitur in filio emancipato postea adoptato, non minus utiliter quàm noue extẽdatur ad filium naturalem exhæredatum postea legitimatum. Et similiter †l.certũ.ff.de iniusto rup.quæ iussit test.rumpi p interuentum sui hæredis adoptione facti, non habeat locum in interuentu illius,qui denuo suus hæres factus fuit per huiusmodi legitimationem.† Et.l. quidã cum filium.ff.de uerb.oblig.quæ ait ineptam esse ex hæred tionem in extraneo, declaretur, ut isto casu inepta,& inutilis in tali filio naturali(quiregulariter extraneus reputatur.d.auth.licet)non uideatur, quæ omnia & utilia sunt,& nullibi legi, & dantur necessariæ declarationes ad dd.ll.

8 *Intell.l.certum.ff.de iniusto rupto.*

9 *Intell.l. quidam cũ filium.ff.de uerbor. oblig.*

Denique sunt alij sex casus, qui duobus supra memoratis simillimi sunt,in quibus testamentum ab initio omni ex parte perfectum,& consummatum rumpitur,quod accidit per interuentum posthumorum, qui in alijs sex speciebus diuersis reperiunt, de quibus mentionem habuimus.ẽ.§.20.nume.27.uersic. & quia liberorum,in quibus casibus etiã si posthumus natus ilico decesserit infirmatur testamentũ.ita Corne.consi 176.nume.12.lib.2.

10 *Resilui potest testa. ambiguitate exhæredationis postea de facta.*

Casus quadragesimus nonus.† Testamentum consummatum etiam postea potest infirmari per ambiguitatem exhæredationis.nam si dixi Titius filius meus flauus exhæres esto, & erant duo Titij flaui. Hæc quidẽ exhæredatio rite & nominatim facta uideret. testameutumq; firmaret,sed quia incertum esset uter ex illis fuisset exhæredatus in effectu uitiaretur testamentum, argumen.l.duo sunt Titij.ff.de testamen. tutela.uerum si testator dum uiueret declarare de utro eorum sentiret ,testamentum ualeret sin minus id testamentum euanesceret.quod dic, ut non minus utiliter quàm noue differuimus.ẽ.§.20.num.52.uersi. ergo secundum

11 *Resolaitur testum. posthumi agnatione, & si ille cõmuo de cedat de iure ciuili, secus de iure praeto.*

Casus quinquagesimus.Testamentum† infirmatur posthumi agnatione etiam si is natus ilico decedat, ut ex communi opinione resoluit Corneus consi.176. num.12.lib.2. Sed cum iure prætorio(secundum nos, ut diximus.ẽ.§.20. nume.189.)tale testamentum non definat ualere,euenit,ut si posthumus uiuo testatore moriatur,hæredi scripto detur secundum tabulas

12 *Testamentum religionis ingressu ruptum uires sumit si monachus fuit iuris effectus decedat, iure praetorio, noua declaratio. Idem si adoptione,uel arrogatione ruptum esset,esq; noua declaratio.*

bono.possess.l posthumus.§.idem & circa,& in princ. d.l.ff.de iniusto rup.† Vnde licet per ingressum religionis (hoc est per monachismum) rumpatur testamentum,ut ex communi opin.ẽ. resoluimus,tamen si ex dispensatione Papæ monachus ille (quòd secundũ quosdam fieri potest) à monachismo liberatus esset, hæredi scripto, secundum tabulas bono. possess. non denegaretur. Prouide si id testamentum filij arrogatione ruptum esset, eaq; adoptio rursus per emancipationé soluta esset, similiter bonorum possessio, ẽm tabulas hæredi scripto accommodaretur,& ita limit. l.certum.ff.de iniu.rup.qua ratione idem foret,si filij emancipati adoptione secuta testamentum antea factum ruptum esset, iuxta d.l.certum, &.l.filio quẽ.ff. de lib.& posthu.Nam eiusdem secuta altera emancipatione id testamentum per ẽm tab.bono.poss.sustineretur,ut d.§.idem & circa.† Neque aliter eueniret si filij naturalis legitimatione test.ruptum esset, nam si is rursus emanciparetur tale testam.per bono.poss. ẽm tab.suscitaretur per d.§.idem & circa, cũ ijs que ẽ.diximus.Ergo & si nepos quasi posthumi agnatione in suitate succedat, sicq; testamentum rumpat iuxta.l. posthumorũ.ff. de iniust. rup.§. posthumorum, inst.de exhær.lib.ii si postea emancipatus fuerit id te

13 *Resolutum legitimatione testa. uirus sumit de iure prætorio si legitimatus emancipetur, declaratio noua. Idem si nepotis suitate resolutum esset test. si nepos emancipretur.*

stamentum per ẽm tab.bono.poss.sustinebitur per d. §.idem & circa,sicq; in omnibus his speciebus testa-

14 *Legata & fideiss. conseruantur rupto ex causa posthumi*

mentum conseruatur quoad legata, & etiam quoad institutiones.Ceterum.† si huiusmodi posthumi ueri uel interpretatiui superuixerint ei,cuius de successione agitur,tunc testamentum quidem ruptum manebit quoad institutiones, legata tamen conseruabuntur per auth.ex causa.C.de lib.præt.& in corpore,unde sumitur, ut sic lex illa,quæ uidebatur loqui in iam natis præteritis uel exhæredatis, extendatur ad posthumos : Ista uidetur esse communis opinio, quam tenent Alex. consil.142.lib.2.numero.5. Idem Ale.in d.auth.ex causa,& Iacobinus de sancto Georgio.num.36. qui hanc dicit esse communem opinio. Agnosco tamen contrariam partem tenere multos quos refert Bologninus consil. 28. incipit clericus. ubi hanc partem putat ipse receptiorem & tandem ueritas esse uidebatur ut facilius conseruentur ad læsionem & onus posthumorum quam iam natorũ, cum isti quam illi fauorabiliores sunt, ut patet in. l. posthuma,&.l.cum posthumus.ff.de lib.& posth. iun cta.l.si pater.C.de inst.& subst. &in.l.maximum uitiũ. C.de lib.præt. †Sed an legata quæ conseruantur per §.sin autem hęc omnia, debeantur solum ab exhæredatis , an uero etiam à præteritis summopere controuersum est.ut per Bar.Sali.Bald.Albericum,Paul. Alexand.Corne.Ias.Curtium Iuniorem,& Ioannem Igneum.num.212.in.d.auth.ex causa. Nobis autem uidetur ibi parisi cari præteritionem, & exhæredationem, in quibus casibus præteritus habetur pro exhęredato,quasi idem futurum in filio à matre prę terito,quod in filio à patre exhæredato, & sic in similibus. Vnde utroq; casu rescisso per querelam testamento, relicta singularia conseruantur per illum text. quod secundum omnes intelligendum est quatenus non lęduntur legitimæ eorum qui querelam mouerunt,nos autem adijcimus ut non solum legitima, sed etiam integra uirilis salua maneat, ut sensit Ioannes Igneus ubi supra.num.181. cum plu.seq. quod modo non probo nec improbo.

15 *Legata & fidei.ut rupto testa. debeantur,non refert exhæredatio sit exoressa an interpretatiua.*

Deniq; † dum in sex posthumorum speciebus supra enumeratis siniuimus, ut posthumo in uita testatoris decedente id testamentum sustineretur, iure prætorio apparet non simpliciter uerum esse quod quam plures relati per Andræam Tiraq. quos & ipse sequitur in.l.si unquam.C.de reuo. don. pag.390. num.196. scripserunt generaliter non conualescere testamentum quod testatoris arrogatione infirmum fuit,id quod est contra.l.pen.§. fin. ff. de bo.poss.secundum tab.& in.§.non tamen,inst.quib.mod. testa. infirmentur, ergo eorum opi.iure quidem ciuili defendi potest,iure prætorio non potest.

16 *Resolutum testamẽtum,eo quòd testator arrogandum præbuit,si is sui turis decedat,iure prætorio ualere põt,non ciuili contra nouiss.*

Casus quinquagesimus primus. Testamentũ † solenne postea ut quibusdam uisum est,infirmatur per testantis conualescentiam,nam cũ cogitatione mortis,& ab iis qui mortis cogitatione turbati sunt plerunq; fiat.l.hac consultissima. §. at cum humana. C. qui testa.fa.poss. certè uidetur ægritudine morbove cessante, cessare,& testamentum,quod planè est contra.l.Sancimus C.de testam. ut plenius. per Guilielmum Benedi.de testamen.in.c.Raynutius. par.1.pag. 155. nume.3.

17 *Testa. testatoris conualescentia non resoluitur.*

Casus quinquagesimus secundus. Testamentum † solenne per capitis sententiam postea secutam infirmatur,etiam si mors non sit secuta,ut plene resoluit Guilielmus Benedictus de testam.in.d. c. Raynutius par.2.num.120.pag.101. id quod & si quoad omne ius doctores intelligere uideantur,tamen non ineleganter contrarium defendi potest, ut ea recepta opi. procedat quoad ius ciuile, quo iure res semel extincta nunquam conualescit,non magis quàm homo mortuus resurgere, qui non potest.l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de uerb. oblig.l.qui res. §. aream. ff.de solu. quia ius ciuile naturam anxiè imitatur. §. minorem, inst. de adop. Aliud forte de iure prætorio ut eo iure inspecto, secuta principis indulgentia, testamentum iam rescissum sustineatur, deturq; secundum tab.bo.poss.argum.l.pen.§.fin.ff.de bo.poss.

18 *Resoluitur testa. capitis damnationẽ, sed secuta principis indulgentia,conuale cit iure ptorio, esq; noua declaratio.*

secun-

ſecundum tab.l.non tamen,inſt.quib.mo.teſt.infir.& l.filio præterito.l.poſthumus in prin. &.§.1.ff.de inſt.rup.iunctis his quæ.5.diſſeruimus.

19 *Reſoluitur teſtamẽ tum acceſſionis, uel dependentiæ rõne.*

Caſus quinquageſimustertius.Teſtamentũ.†quod initio ualuit poſtea infirmatur acceſſionis,uel depẽdentiæ ratione, ut in terminis.l.3. §.fi.ff. de libe. & poſthu.ſed pro ratione dubitandi contra illum tex. facit.l.nam & ſi ſub conditione.§.fi.ff.de inuſto rup. ubi natiuitate poſthumi præteriti rumpitur uterque gradus,& ſic contra illum tex. ſoluit gloſſ. & omnes quod hic in iam nato,ibi in poſthumo.Rationem diuerſitatis ponit ibi gloſ.quam uide,Pro cuius rei eui

20 *Filio praeterito, in uita teſtatoris moriente, teſtamentum non conualeſcit.*

dentia latius aduertendum eſt.† Nam quando filius in poteſtate eſt præteritus,teſtamentum eſt nullum à principio.l.inter cætera.ff. de libe.& poſthum.inſt. de ex hære.liberorum.in princi.cum ſimil. adeo etiã quòd ſi moriatur uiuo teſtatore,non ideo magis confirmatur,l.ſi filius,qui in poteſtate.eod.titulo. inſt.de ex hæred.liber.in princip.quia ſcilicet ab initio non conſtiterit teſtamentum, ut ibi in litera,ergo ſuccedit regula iuris quod ab initio non ualet, tractu tem

21 *Teſtamentũ,praeteritionum.abſtenſione ualidatur.*

poris non ualet,tractuq; temporis non conualeſcit.

Licet† autem non confirmetur per mortem præteriti,ut modo dixi,ſecus per abſtenſionem,nam tũc confirmatur ſaltẽ de æquitate prætoria. iſte eſt proprie caſus ſingularis.in.l. filio præterito.ff.de inuſt.

22 *Poſthumi praeteritione teſtamentum initio -ualere non deſinit.*

teſtam. †Prædicta non ſunt uera in poſthu. nã ſi præ tereatur bene ualet teſtamentum à principio , rumpitur autem natiuitate eius.l.poſthumo. C.de contra tabu.l.poſthumo.C.de collatio.cum ſimilibus. Hinc dicunt iura natiuitate poſthumi rumpi teſtamentum, ante enim quàm naſcatur bene ualet, hinc eſt, quòd per ſecundum in quo eſt præteritus rumpitur aliud precedens ualidum.l.3.§.ſed & ſi ſtante.ff. de inuſto

23 *Poſthumi agnatione non natiuitate rũ pitur teſtamentum contra Accurſium.*

teſta.

Conſidera tamen † quòd non eſt uerum ſimpliciter dicere,quòd natiuitate poſthumi rumpitur teſtamentum,ſed debet intelligi agnatione poſthumi , ita dicit tex.in.l.1.C.de poſthum.hæred.inſt.& in.l.1.C. de ordi.iudic.hoc ideo dico,quia non omnis poſthumus rumpit teſtamentum,ſed ille tantum,qui agnaſcitur,hoc eſt,qui ſi uiuo parente natus eſſet , ſuus foret .Quid enim ſi naſceretur ex non ligitima uxore,

24 *Filij naturalis praeteritione teſtamentũ non perimitur.*

uel concubinaria , certè ille poſthumus eſt, & naſcitur,† & tamen non rumperet,ut patet,imo nec poſſet contra tabulas ſi eſſet præteritus , licet eſſet natus tempore præteritionis,ut eſt gloſſ.ſingularis.in.l. 1.in princ.ff.de bono.poſſeſſ. contra tabul. & probat tex.& ibi Bald.in.l.fin.C.de natu.libe. Verbum enim, agnaſci,eſt uerbum iuris ciuilis,hinc deſcendit agnatus , qui cognoſcebatur à iure ciuile , non autem cognatus , qui naſcebatur ſimpliciter , non autem agnaſcebatur,& hoc eſt quod proprie dicit text.

25 *Naſci, & agnaſci differunt cõtra Accurſium.*

in.l.1.§.ſi quis ex liberis,ff.ad Tertullia.dum dicit puto non nocere ſi nõ ſuus patri agnaſcitur,†& per hoc dico non bene dixiſſe Gloſa.in.l.1.C.de ordin.iudic. dum exponit agnatione,id eſt natiuitate, imo tex.ibi rectius loquitur dum dicit, agnatione, omnis enim, qui agnaſcitur,naſcitur,ſed non è contra ut ſupra patet,& ſi aliqua iura dicunt natiuitate poſthumi rumpi teſtamentum, bene dicunt, debent tamen ſuppleri natiuitate,& agnatione ſimul.nam uerbum, naſci,eſt generale: agnoſci autem eſt ſpeciale , quia refertur tantum ad eos, qui ſunt ſui, & ſic bene ſequitur iſte agnoſcitur ergo naſcitur , ſed non è contra, & uide

26 *Poſthumi agnatione ruptum teſta.con ualeſcit eo morĩte.*

Paul.in.l.1.C.de ordin.iudic.qui hoc uidetur dicere.

Licet † autem natiuitate poſthumi rumpatur teſtamentum,ut modo dixi,ſi tamen moriatur uiuo teſtatore,bene confirmatur de iure prætorio, licet ſecus in filio nato,ut dixi caſus ſingularis eſt in.l. poſthumus.in prin.ff.de in ius. teſtamen. ſecus ſi moriatur mortuo teſtatore, licet ſtatim poſt natiuitatem, nam tunc non confirmatur,ita †propriè loquitur text.in. 27

l.2.C.de poſthu.hæred.inſti. ibi. quamuis natus ilicò deceſſerit.ratio.d.l.poſthumus, eſt quia licet iure ciuili teſtamentum eſſet ruptum natiuitate &c.quia male ordinatum,prætor tamen non eſt ita facilis in rũpendo,& ideò non rumpit proprio motu,ſed ita demum ſi ob hoc ipſum aditus ſit,non enim eſt facilior in rumpendo quam in confirmando , unde ſicut non confirmat teſtamẽtum niſi adeatur,& petatur,ita neque infirmat , prætor enim ſe adiri deſiderat, & uult examinare petentem , apparet ergo q; prætor mortuus uult adiri prętorem uiuum, aliter teſtamentum non eſt reſciſſum . cum ergo poſthumus præmoriatur patri, non poteſt prætor adiri nomine præteriti, ideò prætor non infirmat teſtamentum, & ideò conualidatur eo mortuo , Iſtam ratiouem colligo per Bal.in l.fi.6.col. C. unde legiti.quam perpetuò nota. & ex hac ratione patet ratio ad l.2. C.de poſthu.hære. inſtitu. *Intell.l.2.C. de poſthu.her.inſt.*

Sciendum eſt tamen†quòd licet interim donec naſcatur poſthumus teſtamentum ualeat,ut dixi,non tamen poteſt ex illo teſtamento hęreditas adiri uel bonorum poſſeſſio, ſecundum tab. peti per inſtitutum, tex.eſt in l.uentre.ff.de acquiren.hære. & in l.illud.§. fin.ff. de contra tabu. cum l. ſequenti, quod eſt bene notandum.ratio eſt,quia quando poteſt eſſe locus bonorum poſſeſſioni contra tabulas, non habet locum ſecundum tabulas. l.2.§.ſpectandi. ff. de bono. poſſeſ. cundum tabulas . Cum ergo illo nato , poſſit eſſe. locus bonorum poſſeſſioni contra tabulas, ergo non habet,interim locum ſecundum tabulas ; & iſtam rationem etiam uidetur,ponere tex.in d.l.illud.§.fin.& declarat,Pau.de Caſtro in l.poſthumo.1.col.C.de bono.poſſe.contra tabu. 28 *Poſthumi natiuitate pendente hæredi tas non adĩtur.*

Aduertendum tamen eſt, † q; licet anteaquam naſcatur non rumpatur teſtamentum , nec tamen ex eo poſſit hæreditas adiri, operatur tamen effectum mirabilem , ſcilicet quòd poſthumus præteritus antequã naſcatur aperit ſcripto hæredi edictum ad contra tabulandum,† & ſic tribuit ex ſua perſona alteri antequã ipſe habeat,quod eſt mirabile,text. eſt in l.illud §.fina.ff.de contra tabu.& ibi glo.& Bartol. in l.uentre.1.colum.ff.de acqui. hæredi. & hoc eſt notatu dignum,ſecundum Bal.in l.ſi pater.9.oppoſitione.C.de inſtitu.& ſubſtitu.ſub condi.facti. qui ad hoc pondrat d.l.illud. §. fi. uid batur contrarium per regulam nemo plus iuris. &c. & per aliam , quia traditio non plus transfert quàm ſit apud eum qui tradit. l. traditio. de acquiren. rerum domi. & quia nemo dat. &c. C.Daibertus. 1. q. 7. & qui nihil habet eius periculo nihil eſt.l.itaq; ſullo.ff.de furt.& quia ius ſucceſſoris debet regulari , ex perſona autoris ; ſed fallit ibi 29 *Bonorũ poſſeſſio cõtra tabulas datur inſtituto beneficio præteriti et poſthumi.* 30 *Damnus interdum quòd nõ habemus.*

† ſicut aliàs actio inutilis cedenti eſt utilis ceſſionario l. fina.§.1. cum ſimili. C.de iure doti. ſed non eſt bona ratio, quia eſt duplicare inconueniens, & non realiter ſoluere,ut inquit.Bart.in l.ſi inſulam.1.col.ff. de uerbo.obligat. † quare dico quòd rationem ponit tex.in d.l.illud §.fi. & licet Alex. in l.emancipata.C. qui admi. dicat, quòd hoc probatur in l.ſi poſt mortem.§.fi.ff. de contra tabu. mihi tamen uidetur quòd ille tex.non facit, quia loquitur in prętorito iam nato,in quo non eſt dubium quòd committat edictum, cum ſtatim ſibi competat, ſecus uidebatur in poſthumo,quia ſibi non competit antequam naſcatur, tamẽ contrarium decidit d.l.illud.§.fi. quod forte non reperitur alibi. Ex prędictis ergo manifeſtè concluditur ratio decidendi,ad illam.l.2.§.fi.nam cum preteritione iam nati ſit ab initio inſtitutio nulla.d.l.inter cætera. cum ſimilibus . nec potuerit confirmari morte ipſius,ut dixi,ergo, cum non habuerit dependentiam ab inſtitutione,quæ nulla fuit,non uitiatur ſubſtitutio à qua eſt exhæredatus . Imo ab ea teſta- 31 *Ceſſionario fit interdum utilis actio q̃ cedẽti inutilis erat.* 32 *Contra tab.bo.po.datur filio mĩs tuto beneficio alterius filij præteriti.*

mentum

mentum incipit, ſed cum poſthumo præterito inſtitutio ualuerit à principio, ut dixi, & per conſequens ſubſtitutio cœpit ab ea pendere, ergo rupta inſtitutione natiuitate poſthumi, per conſequens rumpitur ſubſtitutio, quæ ab illa habuit dependentiam: & pdicta bene nota, quæ ſatis exornant iſtam rationem dubitandi, & decidendi, ad d.l.3.§.fi.ff. de libe.& poſthum.

33 *Poſthumus non eſt ſuus antequã natſcatur.*

Modo incidenter, & neceſſario quæritur, † an licet poſthumus antequam naſcatur non rumpat, ut dixi, utrum ſal tẽ interim dicatur ſuus? eſt notanda quæſtio, & caue quia dico interim, ſcilicet antequam naſcatur poſthumus, poſtq̃ autem eſt natus, certum eſt quòd eſt ſuus, text. eſt in l. inteſtato. C. de ſuis & legiti. lib. r. & inſti. de hæred. ab inteſta. §. poſthumi, ubi eſt tex. melior de iure, & in iſta quæſtione uidetur quòd non ſit ſuus. Primo, quia antequam naſcatur non eſt homo. l. cum inter ueteres. C. de fideicom. liber. &

34 *Poſthumus non contineꝛ ſub hominis appellatione, ſo Statuto odioſo.*

ibi Bald. ex quo infertur, quòd † ſtatutum faciens mentionem de homine, non comprehendit poſthumũ, ſi eſt odioſum. Item quòd ſi omnes de certa progenie debeant deportari, non comprehenditur poſthumus, ut ibi per Bald. ſi ergo non eſt homo, ergo nec ſuus, quia ſuitas debet ſundari in perſona, ſed non homo non eſt perſona, ergo, &c. Secundo, quia poſthumus non eſt in poteſtate, tex. in l. fi. ff. de aſſignan. liber. & in l. fin. ff. de colla. bono. facit l. ſi nemo. la 2. §. fi. ff. de teſtam. tute & quod ibi dixi, ergo non eſt ſuus, conſequentia patet, quia illi demum ſunt ſui, qui ſunt in poteſtate, inſti. de hære. quali. & diffe. §. ſui, inſtituta de hæred ab inteſta. §. 1. Tertio, pro hoc uidetur tex. in l. 1. §. toties. ff. de uen. in poſſeſ. miten. ibi & quod in utero eſt in ter ſuos heredes futurum erit, &c. & in §. ſed & ſi incertũ. Quarto, hoc tenet Bald. in l. ſi pater. 9. oppoſitione. C. de inſt. & ſubſti. ſubcondi. fact. Quinto, facit, quia ſi eſſet ſuus ſtatim rumperet inſtitut de exhære. lib. in prin. ſed hoc eſt falſum, ut ſæpe dictum eſt, ergo, &c. Sexto, facit l. antiqui. in prin. ff. ſi pars hære. peta.

35 *Intellectus. §. Poſthumi Inſtit. de hered. abinteſtatus.*

In contrarium tamen uidetur † tex. ſi non cauilletur. in §. poſthumi. inſti. de hæred. quę abinteſtat. ibi ſui hæredes ſunt, &c. Pondera uerbum, ſunt, quod eſt præſentis temporis, & ibi hoc uult glo. Secundo facit, quia poſthumi habentur pro natis, quoties de eorum commodo quæritur l. qui in utero, cum ſimilibus ff. de ſtat. homi. ſed ſuitas non poteſt afferre niſi commodum, ut patet, ergo, &c. & ſi dicatur quòd imo poteſt transferre hæreditatẽ, quæ forte eſt damnoſa, ergo affert damnum, hoc non obſtat, quia licet tranſmittat, tamen cum beneficio abſtinendi, ergo, &c. l. ſi quis filium. §. 1. ff. de acquiren. hæred. Sed tene poſthumũ non eſſe ſuum antequam naſcatur, & illa uerba ſui hæredes ſunt, expone poſtquam nati fuerint ſecundum commu nem opinionem.

36 *Vitiato teſtamento uitiantur codicilli, qui cœperunt ab eo pendere, ſcus ſi nõ cœperunt.*

Vidimus ſupra rationem dubitandi ad dictam l. 3. §. fi. ff. de liber. & poſthu. † ex qua ratione dubitandi infertur ultra omnes ad plura, dũ ibi probatur uitiato principali acceſſoria uiciari, infertur inquam. Primo, quòd licet rupto teſtamento rumpantur codicilli, quando teſtamentum ualuit à principio l. 1. C. de codicil. quia cœperunt habere de pendentiam ab eo, tamen ſi teſtamentum à principio fuit nullum, non ideo ſunt nulli codicilli, quia non incœperũt ab eo habere dependentiam, ſicut quando factum non eſſet teſtamẽtum, l. ſi quis cum nullum. ff. de iure codicill. ita notabiliter dicit Dyn. & Bar. in l. legata in utiliter. ff. delega. 1. licet non allegent tex. & glo. in d.l. 3. §. fi. ff. de liber. & poſthum. qua nihil melius potuiſſet allegari in propoſito. Et aduertendum, quia non intro materiam, an acceſſoriũ ſequatur naturam ſui principalis, nam ſi codicilli dicerentur proprie acceſſorij, nunquam poſſent fieri niſi facto te

37 *Acceſſoriũ regulariter, ne principa non reperi tur.*

ſtamento, † quia acceſſorium regulariter non poteſt reperiri abſque ſuo principali, ut eleganter notatur in l. ſi hæres pecunia. ff. ad Trebellia. ſed codicilli poſſunt fieri etiã nullo teſtamento præcedente, ut eſt notum, & dicitur tunc quis inteſtatus decedere, ergo, &c.

Contra prædictam tamen deciſionem uidetur gl. ordinaria. in l. quidam referunt. ff. de iure codicill. quæ uult ꝙ etiam ſi teſtamentum ſit à principio in nullum, ex quo tamen factum fuit, codicilli tanquam dependẽtes ab eo ſint nulli, licet ſecus ſi non eſſet factum, & illam gloſ. allegatã reperio. per Pau. de Caſtro in. d.l. 3. §. fi. de libe. & poſth. 2. col. poſt principium, tenet tamen cum. Bart. & Dyno non tamen reſpondet ad illam glo. in cuius reſponſione cogita, quia non diſcutio ne me diuertam.

Secundò infertur ex prædictis, quòd † quamuis per authen. ex cauſa, conſeruentur legata, quod illud ſit uerum quãdo inſtitutio à principio fuit nulla, ut quia filius fuit præteritus, uel exheredatus, ſine cauſa à patre, quia tunc legata non habuerunt dependentiam à teſtamento nullo, ſed ſi inſtitutio ualuit à principio, ſed ex poſt facto fuit irrita per querelam, quia exheredatio fuit ualida, puta cum cauſa iuſta, quę non fuit probata, tunc legata non debentur, per illam auth. quia cœperunt habere dependentiam ab inſtitutione, unde rupta inſtitutione, per conſequens non debent legata, argu. eius quod dictum eſt. communiter tamen tenetur contrarium quòd illa auth. habeat locum utroque caſu. Nec obſtant prædicta, quia in dicta authẽ. conſeruantur legata. autoritate illius authẽ. ſpecialiter, quæ potuit hæc facere, licet ſemel inciperent habere dependentiam ab inſtitutione quæ irrita eſt, & hoc per rationes de quibus in d. auth. & ſic cum ibi ſit caſus ſpecialis non obſtat prædictis, & uide Paul. in d.l. 3. §. fi. ultima col. de liber. & poſthu. Nec obſtat quod notatur in d. l. 3. §. fi. de liber. & poſthu. & d.l. nam & ſi, de iniuſto teſtamento, quia ibi loquitur quantum ad directam ſubſtitutionem, ſed illa auth. loquitur quantum ad legata, & cætera capitula, ita reperio quòd reſpondet Bal. in d. authẽ. col. 2. uerſ. 4. prę mitte. & uide ibi Bart. 3. col. ad finem, &. 2. charta. prima col. ad finem.

38 *Per authẽ. ex cauſa conſeruantur ẽt legata, que cœperunt pẽdere ab inſtitutione.*

Tertiò ex prædictis ultra omnes infero aliud, certum eſt, quòd † ille qui de hæreditate ſibi delata diſponit in teſtamento ſuo, eo ipſo uidetur adire, text. eſt in l. ſi auia. C. de iure. delib. & eſt text. ſingularis in l. Papinianus. §. p hærede. ff. de acquiren. hæredi. pone ergo, quòd ille poſtea ſuperueniens reuocat teſtamentum, quod poteſt etiã ſi iurauerit ut eſt notum, & pouit Bart. in l. ſi quis in prin cipio teſtamenti. ff. de lega. 3. ultima col. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. de uerbo. obliga. Ioan. Andræ. in regula. quod ſemel, de regu. iuris. lib. 6. in mercurialibus, † an per hoc reuocetur aditio quæ reſultauit ex teſtamento, & uidetur ꝙ ſic quia cœpit habere dependentiam ab eo nam ſi non feciſſet teſtamentum non fuiſſet introducta aditio. ergo illo reuocato debet aditio anihilari per prędicta, Contrarium tamen reperio tenere Bal. in d.l. ſi auia. facit quod ipſe notat in l. 1. C. de falſ. cau. adie. legat. 1. col. in fi. 3. quæſt. & ſequuntur Moderni in d.l. ſi auia. pro qua deciſione ego allego regulam l. ſicut. C. de repud. hæred. ubi hæreditas ſemel adita non poteſt repudiari etiã ſi ſit ſuus ille qui adiuit, ut eſt tex. in l. 3. eo. titulo. & in l. neceſſarijs. de acquiren. hæred. in medio, & in l. iam dubitari. ff. de hæred. inſtit. circa finem. ſed ſic eſt in propoſito, quia fuit adita per diſpoſitionem factam in ultima uoluntate, ergo reuocari non poteſt. Item pro illa deciſione allego iſtam regulam, † quia quando ex facto unius eſt tertio inuito uel ignorante l. ſi. ff. de pact. l. ſi poſt mortem. §. fin. ff. de bonorum poſſ. contra tabu. & quod notat Bald. in l. ſi conſtante. C. de dona. ante nup. in queſt. de gabellario, & quod ponit Bart. in l. qui Romę. §. Flauius. ff. de uerbo. oblig. facit l. ſi minor. arg. à ſpeciali. ff. de ſeruis. exportã. cum uulgari. ſed in propoſito ex illa aditione fuit queſitũ ius creditoribus & cæteris ergo, &c. Tertio pro hoc facit ꝙ aditio eſt quidam quaſi contractus inſtit. de obliga. quæ ex quaſi contractus. §. hęres. ff. de actio. & obliga. l. ex maleficijs. §. hæres. &. ff. quibus ex cauſ. impoſſ. eat. l. apud Iulianum. §. fin. ſed contractus & quaſi, quamuis à principio ſint uoluntarij, tamen ex poſt facto ſunt neceſſarij l. ſicut C. de actio. & obliga. l. idcirco. C. de contrahen. empt. ergo non uidetur aditio remota, Nec obſtat ꝙ illa aditio cœpit habere dependentiam à teſtamento, & ſic teſtamento

39 *Contractus uel quaſi in teſtamento celebratus, non uitiatur licet teſtamẽtum reuocetur.*

40 *Hereditatis aditio irreuocabilis, an inducatur eo ipſo quòd hæreditatẽ mihi delatã in meo teſtamẽ. nominatim alicui reliqui, ardua queſtio.*

41 *Noſtrũ ius & ſi facto alteriusquæ ſitum ſit, per illum lædi non poteſt.*

reuocato

reuocato deberet anihilari aditio, quia illud nego quòd habuerit dependentiam, nam cum aditio possit fieri inter uiuos, ut est plusquam notum, ergo non habet dependentiam à testamento. Item quia potest fieri aditio ab instituto, qui institutus potest postea mori intestatus, ut est notum, ergo aditio non habet dependentiam à testamento instituti. Item quia illa aditio fuit quid, resultans ex testamento, uel ex dispositione facta, non autem dependens, itaque est aperta differentia, ut est notum. Item posito quòd esset dependens, non tamen deberet sibi concedi illa reuocatio additionis ne dum tacite, sed nec expresse in preiudicium creditorum, quibus est ius quæsitum ex dicta aditione, arg. l. nec auus. cum uulga. C. de emancip. liber. & sic non obstat. Item ex prædictis posset inferri ad plures quæstiones, † quãdo principali uitiato uitietur dependens, uel resultans, uel accessorium, uerum, quia illa quamuis singularia sunt cumulata, ideo eis omissis uidendus est Bald. in l. ex testamento. C de fide icom. & in l. si ab scntis. C. si certum petatur. & tex. singularis in l. final. ff. de consti. pecunia, & glo. in l. si patronus. §. pro me. ff. si quis in fraud. patro. per Modern. in l. non dubium. C. de legib. per omnes in l. 1. §. si uir. ff. de acquiren. posse. ad ibi dicta me remitto.

42 *Principali uitiato, quãdo uitietur dependens.*

Denique illi articulo an reuocato testamento reuocetur hæreditatis aditio in eo facta, & prædictis etiam, quæ fuerunt aducta pro ratione dubitandi, dum dixi, † quando duo sic se habent quòd unum habet dependentiam ab alio, quod iuris est in uno, & in alio, optime conuenit ille tex. singularis in l. si quis hæres institutus, in fi. principij. ff. de acquiren. hæred. dum dicit sunt enim appendentiæ præcedentis institutionis, &c. & ille tex. dum loquitur de appendentiis, non est alibi, secundum Angel. & Paul. de Cast. ibi. † Et ad idem facit optime tex. singularis, quem Bart. ibi dicit se nescire alibi in l. si cum tibi. C. de iudi. ubi sententia generalis parit exceptionem in non prosequutis, si tamẽ sunt de appẽditijs prosequutorum, & sic idem iuris est in appenditijs, uel dependentibus quod in principali, per quę iura re uera uerior uidetur ea pars, ut si Titij hęreditatẽ mihi delatam in meo testamento legaui, non per hoc iudicatur aditio hæreditatis illius, aut saltem non inducatur irreuocabilis aditio, sicq; si meum te amentum postea reuocaui, eamq; hæreditatẽ Titij repudiare uoluero liberum id mihi erit, non aliter atque si de ea in testamento meo non disposuissem, licet enim si in eadem uoluntate perseueassem usque ad mortem, legatarius posset illam hæreditatem uendicare per dictã. l. si auia. C. de iure deliber. quasi eam adiisse uiderer eo ipso quòd de ea disposui in meo testamento, & in ea uoluntate, usque ad mortem perseueraui, tamen si usque ad mortem non perseueraui idq́ue palam aperui, eam adiuisse non uidebor, neque ille consensus in testamento præstitus uidebitur, satis deliberatus, aut fixus, uel obligatorius, eo ipso quòd sui natura erat reuocabilis. l. 4. ff. de adime. lega. c. cum Marthæ, de celebra. missa. l. si quis in principio testamenti. ff. delega. 3. Nam (& quod amplius est) etiam consensus præstitus inter uiuos & si utilis fuit, si cõsentiens cuius de hæreditate agebatur in ea uoluntate perseuerasset, tamen si penituit inutilis redditur text. egregius in l. fina. C. de pact. nec dubium est quin in specie nostra æque, uel etiam plus reuocabilis esset consensus quàm ibi erat, quandoquidem legando hæreditatẽ mihi delatam non dicebam quod eam mihi, sed legatario acquisitam uolebam, nec quòd eam præsentialiter, acquisitã esse uolebã. sed demum post mortem meã, nã & res alienas legare possumus. l. non dubium. ff. deleg. 3. l. cum alienam rẽ. C. delega. l. unũ ex familia. §. si rẽ. ff. deleg. 2. Itaq; eã hæreditatẽ mihi delatam legaui, ergo per prius uolui esse meã, eamq; per prius adiuisse & acquisisse uideor, non bene sequitur, cum etiam si adhuc aliena perseueasset potui eam legare, sicq; licet, qui uult cõsequeus uideat uelle antecedẽs necessariũ ad illũ. l. illud. ff. de acqui. hær. l. 2. ff. de iuris. om. iudi. tñ ad talis legati ualiditatem hic non erat necesse q̃ eã hęreditatem sibi delatam testator uidetur adiisse, & licet eam adiisse interpretetur. d. l. si auia. tamen ita interpretatur, quando testator non solum legauit eam, sed etiam in ea uoluntate usque ad mortem perseuerauit, non ita interpretatura si ille legatum illius hęreditatis factum uiuus reuocaret. Nec uerum est q̃ simul ac eam hęreditatem legaui creditoribus hæreditariis, uideatur ius quæsitum ne luti ex meo quasi contractu, argum. §. hæres quoq; inst. de obliga. quæ ex quasi contractu, nam illud quidem tũc demum euenit, cum inter uiuos hæreditatem adirem, faciendo actum inter uiuos qui sui natura esset irreuocabilis l. sicut a binitio. C. de acti. & obliga. non sic quando faciebam ultimam uoluntatem, quæ sui natura non est obligatoria l. pactum quod dotali. C. de pact. ibi nullam obligationem, suiq; natura recipit pœnitentiam ut diximus. Nam & similiter si conueni tecum ut bouem meum pro tua mula tibi darem, liberum fuit mihi pœnitere l. 3. l. si pecuniam. ff. de cond. causa da. l. naturalis, per totam. ff. de præsc. per totum. C. & ff. de rerum permuta. hoc amplius etiam si bouem tradidi & postea pœnitui possum illum repetere d. l. naturalis. §. 1. d. l. 3. per totam aspicis ergo ut non sit bona consequentia semel consensi ergo remansi obligatus, nec fuit fas pœnitere, imo nec obligatus remãsi, nec desijt esse liberum pœnitere. sic & in specie nostra etiam si viderer consentire adhuc possem consensum reuocare, quinimo facilius hic quàm ibi, cũ ibi fieret actus inter uiuos, hic in ultima uoluntate, ibi dispositio erat præsentanea, hic in futurum, post mortemq́ue collata & suspensa, ibi interfuit traditio ex parte mea, hic non interfuit. ibi de rebus proprijs disponebatur, hic de alienis ibi denique facilius uideri deberet esse ius quæsitum & cum quo contrahebam qui erat præsens, quàm hic, credi toribus hęreditarijs qui erant absentes, argumento. l. qui absenti. ff. de acquiren. possess. l. absenti, ff. de donationi.

43 *Quod iuris in principali idẽ iuris in dependenti.*

44 *Sententia generalis parit exceptionem in non prosecutis.*

Itaque ut ibi eo quòd actus ille ex sui natura admittebat pœnitentiam, consensus ibi præstitus non fuit obligatorius, ita & hic obligatorius non est, quia hic non minus sed magis libera est reuocatio & pœnitentia, præsertim cum dispositio quę regulariter inducit hæreditatis additionem, ex uerisimili mente hęredis à lege uel ab homine inuitati, eam inducere desinat, ut istius rei uaria exẽpla enarrat Iureconsultus in l. pro hęrede. ff. de acquiren. hæred. ficque hęc pars, & æquior, & sententiæ iuris proximior est.

§. VII.

1 RESOLVITVR *testamenti filij familiàs præteritione.*

2 *Filio f. miliàs præterito testamentum est nullum, etiam antequàm filius illud impugnare cœperit.*

3 *Filiofamilias præterito testamentum ualet iure prætorio.*

4 *Immiscendi facultas triginta annis perit, nec decem sufficerent.*

5 *Titulus in usucap. & præsc. an exigatur.*

6 *Longum tempus non sufficit ut ius nostrum laedatur in præsc. & usucap. nisi adsint alia adminicula ex mente communis opinio contra Alex. & sequaces.*

7 *Tacita remissio ut fiat.*

8 *Praescriptione & usucapione quare ius nostrum tardius tollatur quàm ex contractu nobiscum inito noua ratio.*

9 *Tempus longum facit praesumi ea quae sunt facti, & etiam ea quae sunt solemnitatis extrinsecae, si erant necessaria ad ualiditatem contractus, cum communi.*

10 *Tempus longum facit ut necessaria ad contractus ualiditatem p̃sumantur, licet in facto consistant, & sint extrinsecæ solemnitatis, etiam si in instrumento de illis requisitis mentio non fiat, sed tantum de principali dispositione.*

11 *Insinuatio donationis post longum tempus præsumitur, contra Cynum Bal. & Salicet.*

12 *Longum tempus facit praesumi interfuisse consanguineos, quia ex forma statuti in contractu desiderabantur, contra quàm plures.*

13 *Tempus longum facit requisita cuiusq; actus praesumi, etiam*

si sit

si sit talis cui renuntiari non poterat, contra Antonium, & Ancha.

24 *Ratio notanda.*

25 *Tempus longum facit præsumi requisita ad actum necessaria licet consisterent in facto, & solennit.ate extrinseca, etiam si in instrumento diceretur non interfuisse, estque egregia quaestio.*

26 *Intell.l.ex initio.C.de falsis.*

27 *Intell.l.filiusfam.C. de pet. hæredit.l. qui in aliena .§. 1.ff. de acquir.haered.*

28 *Malae fidei praesumptio quae est contra eum qui contra ius possidet cessat post 30. annos, ardua quaestio.*

29 *Beneficiorum titulos, ut clerici ostendant potest episcopus cogere.*

30 *Beneficij titulus post lõgum tẽpus praesumitur si clericus sciente episcopo possedit, egregiaque quaestioest, nec tunc potest peti ut titulus ostendatur.*

31 *Intell.c.beneficium, de reg.iur.lib.6.*

32 *Praescriptioni completae scientia rei alienae superueniens non nocet.*

33 *Probationum nullum genus concludit necessario, sed tantum uero similiter.*

34 *Beneficia à reliquis rebus non differunt iniustitia acquisitionis.*

35 *Resoluitur testamẽtum si unus ex testibus quo tempore aperitur ei contradicat.*

36 *Longo tempore legitimus tacuit cum haeredem scriptum bona possidere non ignoraret, an sibi perpetuo iudicauerit, ingẽs quaestio.*

37 *Longo tempore cohaeredes pro diuiso haereditatem possederunt praesumuntur eã diuisisse, cũ communi.*

38 *Longo tempore dominus qui feudum alienatum sciuit dissimulauit an sibi noceat not.quaestio.*

39 *Instrumentum uacillat si unus ex testibus in eo adhibitis ei contradicat, estq; ardua quaest.*

40 *Testis an sit necesse, quod cognoscat contrahentes aut testatorem.*

41 *Instrumenta executionem paratam habentia, eam habent quoad interesse post moram, nõ secus, quã quoad principale, estq; egregia quaestio.*

42 *Legatarius post mortem haeredis etenim interesse consequitur uia executiua.*

43 *Instrumentum an uitietur si in eo omittatur inuocatio diuini nominis, ubi de consuetudine ponebatur, ardua q.*

44 *Instrumentum testamenti, uel aliud an uitietur si omittatur signum crucis, egregia q.*

45 *Modica sanguinis effusio non facit ecclesiam conciliari.*

46 *Modicus cultellus non nocet, ubi statutum punit arma portantem.*

47 *Modicus error remittitur officiali in syndicatu.*

48 *Modica, negligentia non imputatur officiali.*

49 *Monetam falsam fabricantibus pœna imposita remittitur minimam fabricanti.*

50 *Incapaci restituere qui voluit in re patua mitius punitur.*

51 *Infamis non efficitur condemnatus pro leui iniuria alteri illat.a.*

52 *Modicae ecclesiae dotatae pro indotata habetur nec taliter dotans ac quirit ius patronatus.*

53 *Dotata modice non comprehenditur sub statuto de dotata disponente.*

54 *Modico refruatoab eo qui omnia bona donauit praesentia et futura non ualet donatio.*

55 *Modicum uulnus non continetur in statuto de uulnere disponente.*

56 *Modica in re dolus non praesumitur.*

57 *Modicis in rebus iudex transgressor statuti quod iurauit nõ uidetur periurus.*

58 *Modice qui legem transgreditur, non punitur ut transgressor.*

59 *Modica testium uarietas non nocet.*

60 *Modicus defectus in rationibus reddẽdis non nocet.*

61 *Modicis in rebus quis iudex & tabellio esse potest.*

62 *Culpa leuissima dãnum datum, non obligat in conscientia.*

63 *Modica ingratitudine non perditur feudum.*

64 *Modica donaria a magistratu capi possunt.*

65 *Modice dericũ percutiens ab episcopo potest absolui.*

66 *Modicum ob delictum condemnatus facile restituitur.*

67 *Modicae solẽnitatis omissio non nocet.*

68 *Modicis in rebus uirtus actuum humanorum non consistit.*

Asvs quinquagesimus quartus. Testamentum suis numeris consumatum †postea infirmari potest per interuentum filijfamilias qui se præteritũ esse dicit, & patris ab hereditate non vult abstinere. tale enim testamentũ ut nostrorum non paucis visum fuit in sui origine, & creatione ualere non desinit, sed sub hac demum ueluti conditione uitiari iubetur, † si is filius præteritus illud impugnare uoluerit, petieritque ut declaretur fuisse nullum aut iniustum, ita sensit glo.in l.posthumo nato.C.de contratab. gloss.in l. scimus in prin.uerb.ipso iure.C.de inoffi.testamen. & tenent quam plures relati per Paul.Castr.Areti.Alex.Corne.Iaſ. nu.23.cum seq.Deci.& Curti. Iuniorem in d.l.posthumo nato. Ideò interim hæres scriptus in possessionem hæreditatis mittendus est.tex.glo.& communiter doct. in l.2.C. de edi.diui Adri.toll. In contrarium tamen est uera & cõis opinio nempe q̃ tale testm̃ sit nullum ipso iure, etiam antequam filius petat declarari tale testm̃ esse nullum. ut tradunt doct.ubi.s.† qui similiter tenent non solum iure ciuili, sed etiam iure prętorio tale testm̃ fuisse nullum ipso iure; quod ultimum non est uerum ut ostendimus.s.§.20. nu.137. cum pl.seq. Itaq; cum tale testm̃ ualeat de iure p̃torio, q̃diu per filiũ non infirmatur ſm nos ut & plenius resoluimus infra in materia bo. po.contra tab. Et plenius lib.5.controuersiarũ ubi quædam non inutilia addidimus, & ẽt de iure ciuili ſm multorum opinio. ualeat, quandiu filius illud non impugnat, & ſm oẽs nullo dempto teneat saltem quo ad hoc, ut interea dum lis pẽdet super filii p̃teritione, hæres scriptus mittatur in possessionem hæreditaris, euenit ut tale testm̃ vtcũq; solenne & uideatur & sit postea per filij interuentum infirmetur ut & tradit Andr.Tiraq.de reuo.dona.in l.si unquam, verb.reuertatur, nu. 20.cũ pl.prę.& seq.verũ is filius si expressim vel tacitè abstinuerit se se patris hæreditate, locũ facit hæredi scripto Iulio præterito.l.posthu.§.idem & circa.ff.de iniusto. rup. † Tacitè aũt renũtiasse patris hæreditati sibiq; præiudiciũ feciſſe vr̃ per lapsum.30. annorum ſm gl. quã ibi sequunt Bal.Sali.Alex.Cor.& alij cõiter in l.licet.C. de iure delib. Tempus enim longum (quale est decem uel 20. annorum ut continuo subiiciam) licet quibusdã ad filiũ excludendũ sufficere videat, tn̄ verius est non sufficere, nisi sit lõgissimi t̃pis patiẽtia & taciturnitas ſm eosdem: quia hic agit̃ de iure filio iam quæsito præscribendo, cum ei ipso iure ẽt ignoranti patris hæreditas q̃sita esset, §.sui, inst.de hær. quali.§.sui, inst.de hęr.abint.l.necessarijs.l.iam dubitari.ff. de hære.inst.l.fi.ff.de condit.instit. †Nec dubium est quin licet in alijs iuris speciebus longi t̃pis taciturnitas soleat nocere ut illico dicam, tn̄ cũ agitur de iure alterius præscribendo, & longius tempus, & alia adminicula exiguntur, ſm receptiores sententias. uti accidit in præscriptione rei aut iuris alieni per l.nullo.C.de rei uendi.l.diutina. C.de præscrip.long.tempo. in quibus ultra possessionem diutinam desideratur tituli interuentus & bona fides possidentis. facit l.unica.C.de vsucap.transf. tenent Innocentius Gl.& Imola, col.6.in c.peruenit, de emp.& uendi.per tex.ibi, Alexan. consil.1. ponderatis, lib.4. & consilio.27. uiso instrumento, eodem lib. Fulgosius in l.1.colũ. penul. C.qui admitti, Idem Alex.consil.179.in causa & lite, colũ. 2. lib.6. Qua de re dixi latius lib. 4. controuersiarum ubi in præscriptionibus titulum requiri negaui si adesset iusta causa possidendi.

1 *Resoluitur testamentũ filij familiàs præteritione.*

2 *Filiofamiliàs præterito testamentum est nullum, ẽt antequàm filius illud impugnare cœperit.*

3 *Filiofamiliàs præterito testamentum ualet iure prætorio.*

4 *Immissendi facultas triginta annis perit, nec de cem sufficerent.*

5 *Titulus in usucap. & præsc.an exigatur.*

Contrarium tn̄ ut† indistincte sufficiat decenniũ ad hoc ut oia requisita necessaria ad iustificandum ius possidẽtis

6 *Longum tẽpus non suf-*

ficit, ut ius nostrum le datum præ scri. & usu ca. nisi ad simi alia admini cula ex mẽ te cõmuni opinio cõtra Alex. & se quaces.

7 Tacita re missio ut fiat

8 Præscriptio ne & usucapione qua re ius nostrũ tardius tolla tur quam ex contractu no bis cum imo noua ratio.

9 Tempus lon gum facit præsum ea quae sunt facti, & etiã ea quæ sunt solenni tatis extrin secae, si erãt necessaria ad ualidita tem contra ctus cum cõ muni.

præsumant, etiã si agat de iure tertij auferẽdo, tenuit Alex. in l. qui in aliena, in prin. d. acq. hær. ꝑ cap. continebat, de his q̃ fiũt à prælato sine cõsensu c. Iaſ. in l. 1. C. qui admitti. col. 5. uerſ. tertio ſingulariter limita. Ant. in c. illud de ꝓcr. Andr. Tiraq. de præſcr. §. 1. gl. 4. uerſ. ſunt & q̃ hoc limitat. id quod nullo colore (ut nobis uidet) defendi põt, qñ agebatur de iudicio & iure tertij. eſtq; huius rei rõ naturalis & ꝓſpicua, nã ſi tecum cõtractũ feci, & ex eo contractu rẽ tua poſſideo ꝑ longũ tps te ſciente & patiẽte, ſi modo uirẽ mihi auferre eo forte ꝓtextu ꝙ cõuenerat ut ex illa uẽditione fieret ſcriptura iuxta pri. inſt. de empt. & uẽd. equiſſimũ eſt talis ſcripturæ interuẽtũ ꝓſumi poſt diutinã ſciam patientiã, tolerantiã, & taciturnitatẽ tuã, cum nõ uerilimiletur, ſed & ueriſimillimũ ſit, qđ tã diu minime tacuiſſes ſi aliqđ ius hẽres contradicendi, aut impugnandi argu. d. l. filius. f. C. de pet. hær. & arg. gl. cõiter ap. in d. l. pen. C. com. diui. Itẽ ꝙa & ſi forte ea ſolẽnitas defuiſſet ſatis ab utraq; parte ꝑ ta diutinã patientiã uideretur remiſſa, ut dd. ll. & l. ſi qs diutino, in prin. ff. ſi ſeruitus uẽdicet. facit. §. fi. inſt. de iniur. l. filio quẽ, ff. de libe. & poſth. meliusin §. fi. inſt. quib. mod. tollit oblig. l. ab empt. ff. de pact. & q̃ late tradũt de tacita remiſſione. Tiraq. de reuo. dona. in l. ſi unquã, pag. 347 & pag. 237. nu. 156. Iaſ. in l. cũ quid, ff. ſi cert. pet. & in l. 1. nu. 6. C. qui admitti Idem Iaſ. in l. cũ ex filio, in prin. ff. de uulga. idem Andr. Tiraq. in legibus connubiali. glo. 7. nume. 72.

Diuerſum oĩno eſt, cum rẽ alienam abſte accepi, & decennio poſſedi hic. n. dñs qui forte ignorabat non tam facile ius ſuum remiſiſſe, mihiq; conceſiſſe uideri debet, cũ meum nullum negotium geſſerit, & ideo niſi iuſtã cauſam poſſidendi habea, & ꝑbem (d. l. nullo, d. l. diutina) per quã durũ eſſet dñm à iure ſuo excludi. Præterea facilius toleratur rei cuiuſq; deterioratio, q̃ totalis interitus tuæ. in l. cum quæſtũ ubi notat Corneus nu. 6. C. delega. expreſſius in d. l. ſi quis diutino, ergo qui forte leſus fuit in contractu ſi tacet aliquãdiu par eſt, ut ſibi faciliuspræiudicet, cum de iudicio aliquali tantum agatur, non etiã de totali, q̃ ſi de totali præiudicio ageret, prout agit in ꝓſcriptionibus. Nam & ſi iuſta cauſa poſſidendi requiratur ultra lõgum tps cum agitur de præſcriptione alicuis rei integraliter. tñ cum agitur de præſcribendo aliquali iure illius rei duntaxat, non etiam de tota re, tunc iuxta cauſã poſſidendi non requiritur, ſed tantum ſcientia & diuturna dñi tollerantia & taciturnitas, ut d. l. ſi quis diutino. Ad cap. continebatur, de his, quæ fiunt à prælato ſine conſenſu c. reſp. quod non facit ad rem, nam de iure in alienatione rei eccleſiaſticæ, quæ fit à prælato non eſt neceſſarius capituli expreſſius conſenſus, ſed ſufficit tacitus, qui ex ſcientia, & patientia præſumitur, ut ibi, & præterea ibi non agebatur de totali rei amiſſione, ut patet.

Deniq; ſi cum poſt longum, aut longiſſimum tps ſolennitatem ꝓſumi ex cõmuni opinione tenuerimus. ſ. in caſu 46. quale eſt cum poſſedi per decennũ, uel tricennium rẽ, quã antea cuiuſdã eccleſię ſuiſſe agnoſcebã, à qua allegabã me emiſſe, eccleſia aũt fatebatur me ab ea emiſſe, ſed negabat interfuiſſe ſolennia, quę in alienatione rerũ eccleſiaſticarum deſiderantur, uel negabat pretium fuiſſe ſolutum, uel habitam eſſe fidem de pretio. Et ſimiliter cum ab priuato emiſſem, & utrinq; id agnoſceret, ſed negabat me pretiũ ſoluiſſe, aut de pretio fidem fuiſſe habitã, uel ab adulto emerã, ſed negabat interfuiſſe decretũ in rebus ſoli, uel ad fuiſſe curatoris authoritatẽ in rebus mobilibus. aut ꝑ ſnia n aliquis fuit miſſus in poſſeſſionẽ, & poſt lõgũ tps quo poſſidebat negabatur ad illa ſniam ferendã ꝓceſſiſſe ſolennia, cũ non apparerent acta iudicij, ſed ſola ſnia. Et in huiuſmodi ſpeciebus & ſimilibus ſunt tres caſus cõſiderandi, primus qñ utraq; pars hæc ingenue fatebat, & tunc oẽs fere cõueniũt, ut tutus ſit poſſeſſor, quaſi tacitur nitas, & tolerantia illa diuturna faciat ꝓſumi ꝙ oĩa ſolẽnia ex neceſſaria interfuerũt, ſicq; licet ea, q̃ ſunt facti non ꝓſumant niſi probent. l. ſi emancipati. ubi ꝑ Iaſ. poſt alios. C. de colla. l. in bello. §. factę. ff. de capti. tñ ex illa temporis diuturnitate ꝓſumat cum tolerantia aduerſarij, & licet ſolẽnitas extrinſeca non ꝓſumatur. l. ſciendũ. ff. de uerb. oblig. tñ ex illa taciturnitate diuturna præſumat, ut tradũt cõiter doct. in l. 1. C. qui admitti. cõiter doct. in l. ſi filius ſ. C. de petitio. hęre. cõiter doct. in d. l. ſciendũ. cõiter doct. in d. l. qui in aliena, in prin. & diximus plenè ſupra in caſu. 46.

10 Tempus lon gum facit ut neceſſaria ad contractus ualiditatem ꝓſumantur, licet in facto conſiſtant, & ſint extrinſecæ ſolennitatis, etiam ſi in inſtrumẽto de illo requiſitus mẽtio non fiat, ſed tantum de principali diſpoſitum.

Alter caſus eſt † qñ non ꝑ confeſſionem partiũ, uel teſtium depoſitiones hac de re conſtabat, ſed per inſtrm in quo cõtinebat me emiſſe à priuato, ſed de pretij ſolutione, uel ꝙ fides habita eſſet de pretio (iuxta §. uenditę inſt. de rerũ diui.) nullum uerbũ. Vel dicebat me emiſſe ab eccleſia, ſed de tractatibus de quibus in c. 1. de rebus eccleſiæ nõ alie. nullũ uerbũ. Vel continebat me emiſſe ab adulto mulã, ſed de authorit. te curatoris nullũ verbũ, vel me emiſſe fundũ, ſed de decreto iudicis nullum uerbum, & in oĩbus his ſpeciebus. & ſimilibus ſolẽnia & neceſſaria oĩa interfuiſſe de diuturna poſſeſſione mea & patiẽtia aduerſarij exiſtimo, non ſecus q̃ in caſu præcedenti, ubi iſthæc teſtibus uel partis confeſſione probata fuiſſent, quia probatio inſtrorum & teſtiũ regulariter par eſt. l. in exercendis. C. de fidẽ inſtr. nec refert quid vno an alio modo ꝓbet. l. ſi. C. de fideic. §. ſi. inſtit. de fideicõ. hære. l. 1. §. ſi. ff. de dote ꝓlega. l. certũ. ff. ſi cer. pet. l. 3. C. de inſtit. & ſubſtitu. l. 1. ubi multa, ꝑ Iaſ. & Alex. col. 2. ff. de liber. & poſth. dum aiunt æquipolentia à pari iudicanda, præſertim in probationibus. facit l. Theopõpus. ff. de dote prælegata, facit de teſtib. c. cũ in tua, & quæ plenè diximus. ſ. § 12. nu. 6. Et in ſpecie ꝙ ẽt iſto caſu ſolennia præſumant tenent Frã. Cur. ſenior conſ. 117. ſuper motiuis, col. 3. plenè Soci. conſ. 153. pulchra & ſubtilis, col. 2. lib. 2. Corne. conſ. 98. vĩ prima facie, col. 1. lib. 1. & conſil. 148. vĩ in hac, col. 5. eod. lib. Soci. conſ. 266. in cauſa lib. 2. Feli. in c. ſicut, fall. 3. de re iud. Lud. Bologni. cõſ. 34. col. 4. Decius cõſ. 36. col. pe. Feli. in c. 1. col. 1. de litis conteſt. idẽ Feli. in c. licet Heli, de ſimonia, Dec. cõſ. 42. col. 7. & cõſ. 152. col. 2. & cõſ. 199. viſis, vt refert Andr. Tiraq. d. gl. 4. verſ. 39. q̃ alios allegat. Id quod nec nouũ nec mirũ eſt cũ nõ ſit bona cõſequentia, inſtrm non facit mẽtionẽ de oĩbus, ergo nõ interfuerũt niſi ea tñ q̃ inſtro cõprehenduntẽ, potuerũt. n. vt patet & lõgè plura interuenire, & interueniſſe ꝓſumunt ex diuturna poſſeſſione vni & patientiã alterius. Ergo colligit ex ſuperiorib. † ꝙ ſi titulo donationis diu poſſedi rẽ q̃ plus quã ſolidorũ quingẽtorũ erat, ꝓſumet inſinuatio q̃ diu nõ probat cõtrariũ, licet contrariũ tenuerint Cy. & Bal. in l. 1. C. q̃ admitti, & Sali. i d. l. ſi filius f. Proinde & † ꝓſumet ꝙ interfuerũt cõſanguinei q̃ ex forma ſtatuti interuenire debebãt, licet & ipſi cõtrariũ tenuerint, & in his & ſimilib. ſpẽbus in contrariũ incli nent ẽt Iaſ. in l. ſi certis annis. C. de pact. col. 3. Rom. in d. l. ſciẽdũ. Abb. in c. Alb. de teſtib. Idẽ Pan. in c. ſignificauit. 2. not. de cẽſibus, Pau. Caſt. cõſ. 202. cã cõſiniũ, lib. 1. Ale. i d. l. q̃ in aliena, in pr. & in cõſ. 9. col. pe. lib. 3. & alii quos refert Andr. Tiraq. vbi. ſ. q̃ ſubdit indiſtinctẽ ut ex diuturnitate tpis ꝓſumant ſuperiora, t. nuiſſe Imo. Alex. & Iaſ. i d. l. ſciẽdũ. Ro. in d. l. q̃ in aliena, Fel. i d. c. Alb. Iaſ. i d. l. 1. col. 4. C. q̃ admitti. Ale. cõſ. 79. lib. 1. Bar. col. 2. i rep. l. 1. C. q̃ admitti ꝑter eos quos. ſ. retulimus, qđ ꝓcedit ẽt ſi nõ cõcurrant aliæ extrinſecus cõiecturæ qđ eſt cõtra mẽtẽ & ſniam eorũ quos retulimus in exẽplo de inſinuatione donationis.

11 Inſinuatio donationis poſt longum tempus præ ſumitur, contra Cyrum Bal. & Sali.

12 Longum tẽpus facit præſumi interfuiſſe con ſanguineos qui ex forma ſtatuti in contractu de ſiderabantur, contra quam plures.

Declara † vt hoc ꝓcedat qñ ſumus i caſibus in quib. ea ſolennitas poſſet expreſſim renuntiari, tunc enim & tacitè renuntiari poſſet & renuntiata videretur per patientiam diuturnã, non ſic ſi ẽt expreſſim renũtiari nõ poſſet. quia tunc longe minus tacite poſſet per talem diutinam taciturnitatem, argu. l. cum ex filio. §. 1. ff. de uulgari. ita Antonius. in c. ſicut, de re iud. Ancha. in c. 1. de rebus eccleſię non alienan. lib. 6. Tene indiſtincte regulam noſtram † ut præſumatur ea ſolennitas, quia hæc non tam fundantur, aut deſcendunt ex tacita partis renuntiatione quam ex ueritatis, & materiæ præexiſtẽtis præſumptione legali, itaq; actus ſuſtinetur non quaſi ea ſolennitas per partis renuntiationem abſceſſerit, ſed quaſi re uera acceſſerit, & hodie ſtet, licet nõ appareat, ut in ſimili in l. duo ſunt Titij. ff. de teſtamen. tute. Præterea non eſt nouum, ut tacitum ſit fortius

13 Tempus lon gum facit requiſita ca nusq; actus præſumi, etiam ſi ſit talis cui re nuntiari non poterat, contra Ant. & Anchara.

14 Ratio no tanda.

fortius quàm expreſſum, ut not.per glo.cõiter ibi approbata in l.2.§.ſed quia ueremur.C.de iur.cal.plene per Iaſ. per tex.ibi in l.1.C.qui admitti.num.6.nã ſumma eſt uis tẽporis,ut ibi expreſſius in l.Sancimus.C.de teſtam.iuncta.l. militis codicillis,ff.de mil.teſt.§.Veteranus,& tex.in §.ex eo autem ſolo,inſtitu.quib.mod.teſt.infir.&.l.1.ad ſi.ff.de his,quæ in teſtam.delentur.Nam licet teſtator expreſſim declaret uelle ſe infirmum eſſe ſuum teſtamentum,ea uoluntas non ſufficit, ut teſtamentum ipſo iure deſinat ualere,quinimo nec ope exceptionis ualere deſinit,ut dd.ll. præſertim in d.§.Veteranus, & tamen tranſcurſus decennij ſimul cum tacita uoluntate teſtatoris,uel expreſſa bene ſufficeret,ut d.l.Sancimus.

15 *Tempus longi facit præſumi requiſita ad actum neceſſaria, licet conſtet ipſum factum & ſolemnitas extrinſecas tum ſi inſtrumẽte diceretur no interfuiſſe; egte qa quæſt.*

Tertius caſus principalis eſt,†quando oſtenderetur ſcriptura,in qua diceretur expreſſim,quòd ea ſolennitas, de qua agitur non interfuit ueluti,ſi dicebat factam fuiſſe uẽ ditionem,pretium tamen non fuiſſe ſolutum, uel decretũ iudicis non interfuiſſe, uel tractatus, qui exiguntur in re eccleſiaſtica alienanda,uel defuiſſe inſinuationem in donatione magna,uel non interfuiſſe conſanguineos,qui ex forma ſtatuti deſiderabantur,& pleriq; putant, tunc etiã poſt longum tempus non præſumi eam ſolẽnitatem, quia rei euidentia uincit,& ſuperat omnem probationem,quæ cum hic ſit,&c.ita Paul.Caſtr.conſi.81.in cauſa, quæ uertitur,col.3.lib.2.Alex.conſi.1.ponderatis,col.pe.lib.4.Iaſ. in l.1.col.5.uerſi.5.limita,C.qui admitt. Decius conſi.103 an approbatione,col.1 Idem conſi.36.col.3.Bertran.conſ. 154.alienatio,col.3.lib.2.et refert & ſequitur And.Tiraq.

16 *Intell.l. ex tuto. C. de falſis.*

in d.glo.4.tunda.39.uerſi. poſtremo hoc intelligas. † quia ſententia nulla,ut ex ſuimet forma apparebat, uires non acquirit eundo, hoc eſt extractu temporis,ut cunq; longo,arg.l.ex initio.C.de falſis ſm Bald.in l.data,col.pe.uerſ. quid ſi bannitus.C.qui accuſ.non poſſ.ſed primum arg.nullum eſt,quia quod notorium ſuperet omne genus probationis nullus unquam ſanus abnegauit.at id eſt, de quo diſputatur an hic ſit notorium,quia licet uerum ſit, q̃ ſcriptura dicebat,ſ.q̃ tempore quo actus fiebat, & ſcriptura cõficiebatur non interfuiſſet ea ſolennitas, potuit poſtea iuteruenire,& ita præſumitur ex illa tẽporis diuturnitate. Nec ſequens arg.de ſententia nulla proxime relatũ quicq̃ obeſt,quia ſententia,quæ ex ſui forma nulla eſt & fuit tẽpore quo lata fuit, non potuit poſtea ex nouo accidenti

17 *Intell.l.filiuſ fam. C. de pet.haered. & l. qui in aliena. §.1. ff.de acqui. haered.*

uires ſumere.l.iudex poſtea q̃.ff.de re iudi.at cõtractus potuit ex nouo accidẽti ſuppleri.†Et in l.filiuſf.C.de pet.hæred.& l.qui in aliena.§.ſed ſi non adierit,ff.de acqui.hær.ſatis ſaltem ex legis præſumptione apparebat iuſſus patris ad adeundam illam hæreditatem,quia cũ talis iuſſus ſit quid facti,& facta non præſumantur niſi probentur l.in bello.§. factæ.ff.de cap.l.ſi emancipati.C.de col.ubi not. Iaſ par eſt ut ex legis præſumptione, quæ liquidiſſima probatio eſt. (l.licet Imperator,ubi not.communiter Doct.ff.deleg.1.) ꝓbatũ uideretur,factum in initio poſſeſſionis minime interfuiſſe,ſed per curſum longi temporis,cum illa ſciẽtia, & patientia præſumitur denuo acceſſiſſe,quaſi prior legis præſumptio per longi temporis ſpatium conſenuerit, uel ſenio cõfecta occiderit, eiuſq; loco ſucceſſerit noua eaq; cõtraria præſumptio,ut dixi. †Simillimũ eſt,q̃ qui cœpit poſſidere contra ius,licet præſumatur poſſeſſor malæ fidei,tamen poſt longiſſimi temporis poſſeſſionẽ quaſi purgatur illa ſiniſtra præſumptio,& lex ueluti incipit pœnitere,& recedere ab illa ꝓſumptione , & ſiniſtra ſuſpecione, & denuo arbitrari illũ eſſe bonæ fidei,quaſi nõ poſſit non uideri bonam fidẽ habere ille,qui longiſſimo tẽpore etiã contra ius cõe poſſedit,ſciente tacente, & nõ cõtradicẽte illo de cuius præiuditio agebat, arg.ca.2.de his quæ fiunt à præl.ſine conſenſu.cap.Nã &ſi furtũ comitatur cum quis contrectat rem alienam,quia præſumitur feciſſe inuito domino,tamen ſi is putabat ueroſimiliter dominum permiſſurum,furtum non facit §.1.cum ibi not.per gl.& doct.inſtit. de oblig.quæ ex delicto naſcuntur, itaq; nõ bene ſequitur aliquis contra ius commune poſſidet alienum,ergo habet malam fidẽ , potuit.n.& forte ſatis ueroſimiliter.exiſtima-

18 *Malæ fidei præſumptio quæ eſt contra eum qui contra ius poſſidet ceſſat poſt 30. annos,ardua quæſtio.*

re dominum permiſſurum,quandoquidem longiſſimo tempore id tolerauit. Et in ſpecie q̃ poſt longiſſimũ tempus ille intelligatur fuiſſe bonæfidei,tenent Bar.in l.fin. ad fin. C.unde ui & ibi communiter doct.ut refert latiſſime,& ſequitur And.Tiraq.de præſcr.§.1.gl.4.uerſ.18.huc ſpectat, & alii quamplures quos nos longe antequam in eius ſcripta incidiſſemus congeſſimus lib.4.controuerſiarũ uſu frequentium . Sic ergo & in ſpecie noſtra, lex poſt longũ tẽpus iuſtè,& ueroſimiliter incipit præſumere , q̃ ea ſolennitas extrinſeca,quam in initio actus non interfuiſſe conſtabat,(per ipſius ſcripturæ uel teſtium atteſtationem, uel per legis præſumptionem)poſtea denuo acceſſerit.Simillimum eſt † q̃ licet epiſcopus poſſit(prout quotidie fit)cõpellere clericos ſuæ diœceſis beneficiatos, tam curatos,q̃ ſimplices ad oſtendendum titulos ſuorum ordinũ,& ſuorũ beneficiorum,ut eſt uera & communis opinio.doct.in l.cogi.C.de petit.hæred.& in l.filiusfam.eod.titu. & in l. qui in aliena,uerſi.ſed ſi non adierit.ff.de acq.hæred.Ioan. Andr. Ancharan.& alii in c.1.de reg.iur.lib.6.Panorm. & Felin.4. col.in c.licet Heli, de ſimonia , † tamen ſi quis ſciente , & patiente epiſcopo ut clericum ſe geſſerit , uel beneficium poſſederit,non poterit amplius cogi ad iſthæc demonſtrãda , quia in ea poſſeſſione , uel quaſi poſſeſsione legitimè fuiſſe & eſſe præſumitur : hæc eſt uera & communis opinio,quam tenent Hoſt.Innocentius,Ioan.Andr.Imola,Panorm.Cardinalis,Felinus,& alii communiter in c. illud,de præſumpt.& plerique in d.c.licet Heli,& in d.ca.1. de reg. iuris lib.6.& in d.l.qui in alien.,& in d.l.ſi filiusfam. Card. Andr.Siculus,& alii in ca. requiſiſti de teſtam. Rota deciſio.4.not.q̃ vbi contra aliquẽ excipitur in antiquis,ſub tit. de proba.in ſimili per Afflictum deciſ.Neapo.368.in cauſa nobilium. Caſſane.d.conſ.11. dubio.2. Ioannes de Amicis conſ.122.corã magnifico dño,Feli.in c.ſicut, col.18. de re iudi.in fall.3.Idẽ Felinus cõſ.11.col.5.incipit excellens doctor,Barth.Soci.conſ.170.col.pe.lib.2.Io.Imol.in c.ex frequentibus,de inſti.Alex.conſ.218.ponderatis,col.3.lib.6. Nicolaus Milis in ſuo repertorio uerb.eps,Hoſtienſis,Panor.col.pe.Imo.col.7.Ioannes de Anania & Felinus col.4. in d.c. licet. qui non ſolũ ſi poſſeſſorio, ſed ẽt ſi petitorio agatur ſignificant id procedere,& hac in re ſufficere iuramentũ aiunt Ioãnes And.& Dñicus in c.ſi iudex laicus,de ſent.excõ.lib.6.Bal.Ang.Imola,Romanus & Aret. in d.l.q̃ aliena Philippus Dec.in l.1.col.4.C.q̃ admitti,Idẽ Dec. in c.cũ cãm,col.ii.de prob.Ro.& Barb.col.15.cũ pl.ſeq.in d.l.ſciẽdũ.ff.de uerb.oblig.Dec.cõſ.36.exẽplũ,col.3.& cõ. 118.viſo inſtio,& alij non pauci quos referũt & ſequi vñr Andr.Tiraq.& Fernand.Loazes archi.tarrag. vbi.ſ.ille in §.1.gl.4.verſ.6.eiuſdem farine,hic in prima dub.nu.34.

Contrariam partẽ vt ex tpis diuturnitate non præſũmatur titulus in beneficiis eccleſiaſticis,tenet Bal.in c.ex parte,in prin.de teſtibus,ſentiunt Innoc.& Bal.col ſi.in c. illud.ſ.alleg.adeò ut quocunq; tpe petatur ſemper ad epi præceptum clericus teneatur oſtendere titulũ ſui beneficij ſm Bal.in c.contingit de dolo & cõtumacia, ſentit idẽ Bal.in l.non mutat,C.de lib.cauſ.& in l.malè agitur. C.de præſ. 30. annorum & tenent Socinus conſil. 59. viſo elegantiſſimo,colum.2.lib.primo.Iaſ in l.ſi certis annis, columna.tertia.C. de pact. Bal.in ſua margarita in verbo matrimonium, & in cõſilio quodam prout refet And.Tiraq. ubi ſupra qui huiuſmodi uerba addit utra autem in ea re ſententia uerior ſit aliorum ſto iudicio. nam quod ad me ſpectat non auſim in re tam dubia de tantis uiris iudicare, qua de re per Hierony.Gratum cõſi.153. hoc thema, col. 3.lib.2.Henricus de Bottis de ſinodo in tertia par.artic.1. illatione.8.Alexan.conſi.139.opportune,col.1. lib.1.

Potiſſimum autem fundamentum Bal.in d.margarita,& aliorum , qui hanc poſteriorem partem tuentur eſt , quia †beneficium eccleſiaſticum cum non poſſit ſine canonica inſtitutione obtineri.c.beneficium eccleſiaſticum. de reg. iuris lib.6.cum uulgar.non quoque poteſt preſcribi.d.cap. ex parte,cum ſimi.id quod (ut nobis uidetur) parum,aut nihil urget.nam fateor,quòd ſi poſt id longum , & etiam

19 *Beneficiorũ titulos ut decreti oſtendãt poteſt epiſcopus cogere.*

20 *Beneficij titulus poſt lõgum tẽpus præſumitur ſi clericus ſciente epiſcopo poſſedit, egregiaque quæ eſt, nec tunc poſt petiti uc titulus oſtendatur.*

21 *Intellell.c.beneficium de reg iur.li.6.*

longissimum tempus clericus ille, qui erat in possessione pacifica sui beneficij requisitus ab episcopo, ut titulū ostē deret, fateretur se nunquam legitimum titulum habuisse, tunc ab eo beneficio esset deiiciendus, nec iuuaretur ex

22 eo, quòd se illud beneficium falsò credidisset prescripsisse, quanuis in rebus prescriptibilibus cōtrariū esset, †Nā &si post completam à me rei quondam tuæ prescriptionem, subueniret mihi scientia, & notitia hæc, quòd talis res ad te pertinebat tempore quo ego eam cœpi possidere tuaq; erat, adhuc postquam per interuentum legitime prescriptionis mea facta est, non tenebor eam tibi restituere', neque in foro contentioso tam canonico, quàm ciuili, ut notum est, neque etiam in foro conscientiæ, ut est communis & uera opinio Docto. in cap. fin. de præscrip. ut resoluimus supra. §. 21. nume. 117. Cęterum in specie nostra ponimus hunc beneficij possessorem non fateri quod esset alienum, sed potius suum esse affirmare, seque habere, & semper habuisse legitimum titulum, sed quia iuris præsumptiones dicuntur esse legitimę probationes & etiā euidentes. l. licet Imperator. ff. deleg. 1. ubi notant communiter Doct. præsertim Alexand. & Ias. & inspecta iuris præsumptione ex diuturna possessione, præsumitur possessor habere & semper habuisse legitimum titulum, & causam possidendi, ideo si ab eo legitimus titulus allegetur, probata diutina possessione, legitime quidem probatus uideretur, non secus, quàm si per legitima instrumenta, aut per

23 testes idoneos id ostendisset.

Nam † & instrumenta falsa, & testes possent esse mēdaces, sicque nullum genus probationis est, quod nos reddat certos indubitanter ea de re, de qua agitur, sed tantum uerosimiliter, ut tradunt Bar. & communiter Doct. ut & alibi docuimus in. l. admonendi, ff. de iureiuran. Doc. per tex. ibi in c. afferte, de præsumpti. sicque post lōgam quietamq; ac non uitiosam beneficiati possessionem præsumimus, ac uerosimiliter credimus, ac probatum habemus, ad eū pertinere illud beneficium, non secus quàm si id probasset testibus, aut instrumentis: quia in beneficialibus est eadem ratio, uel par, sicut in rebus alijs, ut docuimus, ergo, &c. l. illud. ff. ad legem Aquil. Proq; hac parte urget. d. l. filiusfa. & d. l. qui in aliena, & d. c. illud. l. si post mortem, cum glos. ff. de adop. l. 1. C. de patria potesta. l. Procula. ff. de proba. l. cum de in rē uerso. ff. de usuris. l. si certis annis. C. de pact. cum ibi. not. l. qui in prouincia. §. 1. ff. de ritu nupti. l. 2. C. de incolis lib. 10. c. contingit, de transact. ca. licet de coniugio seruorum. c. neq; uiduas. 27. q. 1. gl. communiter approbata in. l. penul. C. com. diui. cum reliquis. 40. similibus ab Andr. Tiraq. ubi. ꝛ. congestis.

24 †Neq; ad rem pertinet quòd ius beneficij quęrere non possimus sine canonica institutione. d. c. beneficium, nā ei similiter ius alterius cuiuscunq; rei q̄rere non possumus, nisi ex legitima iuris concessione. l. fina. C. de reb. ali. cum simil. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. Quinimo iustus titulus in ecclesiasticis facilius præsumendus esset propter dignitatem & religionem personarum, &c. Quæ omnia intelligas saltem data scientia, & tolerantia episcopi, qui sibi per hoc magis præiudicaret. Sicut & filius à patre præteritus, de quo egimus iudicat sibi tacendo, & tempus labi sinēdo & ui. aliquid per Marcum Mātua. locorū cōmunium lib. 1.

25 c. 5. &. c. 19.

Casus quinquagesimus quintus. Testamentum †undiq; solenne ex post facto potest infirmari, si vnus ex testibus testamentarijs tempore quo aperitur testamentum ei cōtradicat, ut ex communi opinione resolut Corneus consil. 232. numero. 1. lib. 1. per l. 1. §. fi. ff. quemad. testam. aperi. qua de re plene per Alexand. Corneum & Ias. in l. 1. C. de testamen. post reliquos ibi. † verum si heres legitimus tacuit heredemque scriptum in possessione hereditatis esse

26 per integrum decennium passus fuit, quasi fidem testamenti agnouisse uidetur, integrumq; manebit ac inuiolabile illud testamentum, ita Andre. Tiraq. de præscrip. §. 1. glos. 4. uers. 38. post Fulgosium quem refert in consi. 79. quidam nomine, argumento l. si filius fami. C. de peti. hære, l. qui in alien a. §. sed si non adierit, ff. de acquiren. hæredi. id quod si uerū est, satis pulchrū est, & ultra ipsos melius uidetur facere l. fin. C. de fideicommis. &. §. fin. inst. de fideicommis. hære. ubi qui semel iudicium defuncti agnouit, nō potest ei non acquiescere, utcunque minus solenne foret. Nam & similiter talis agnitio & tacitus consensus filio noceret quo minus querelam moueret. l. antepe. pe. & fin. ff. de inoffi. testa. facit glo. communiter approbata in l. si quando §. & generaliter. C. de inoffic. testamento dum uult filium qui suimet preteritioni uel ex hęredationi semel consensit, non posse postea resilire, aut testamentum impugnare, de qua alibi. facit. c. 2. de his quæ fiunt à præla. fine consensu cap. facit etiam c. neque uiduas. 27. quæstione prima. ubi presumitur uotum continentię egisse illa quę diu in mo-

27 nasterio ætatem peregit, sicq; ad nuptias transuolare non poterit †Facit glosa communiter approbata in l. pen. C. com. diui. quę uult quòd si fratres pro diuiso paternam hæreditatem diu possederunt, per hoc presumuntur hæreditatem diuisisse, sequuntur Petrus Bellaper. Odofredus, Butrig. Azoq; in si mma illius titu. & Bald. Alberi. Ange. Sali. Paul. Cast & alii in d. l. pen. Bart. in l. cum de in rem uerso colum. 3. ff. de usuris, & ibi Florianus col. fina. Fran. Areti. in d. l. qui in aliena. §. 1. ff. de acquiren. hęre. Barto. in sua disputatione incip. quędam mulier habens amplum patrimoniu*m*. in fi. & in l. ult. & ibi etiam Ang. ff. de usucapio. Bal. in d. l. si certis. col. 4. uer. tertio probatur, & ibi et Angel. Paul. de Cast. Ale. & Ias. col. 3. uer. sexto facit, ubi illam dicit singularem. C. de pact. Bal. in d. l. licet. C. de iure. deliber. & in l. 1. col. 3. uer. pone, duo fratres. C. de fideic. & in l. 1. in. 7. cap. C. qui admitti ad bonorum possessio, & cons. 245. casus talis . ft, quidā dictus Leo. lib. 1. Philippus Decius consi. 79. in singul. Stepha. Bertran. con. 344. et si non probaretur. in prin. lib. 1. ut refert Tiraq. de prescri. §. 1 gl. 4. uersi. 14.

28 Facit etiam, †nam si sciente, & consentiente domino feudum alienatur, dns consentire uidetur, sicq; feudū auocare aut postea contradicere non poterit, saltem si transiuit post talem alienationem decennium, ut ex cōi opi. Hiero. Gratus consi. 117. prima facie, col. 2. lib. 1. sensit gl. in c. 1. verb. pmissum, de prohi. feudi alien. p Loth. Ias. in l. quæ dotis, in 15. casu. ff. fol. matr. Antonius Capyti. decis. Neap. 156. in causa olim mota. colu. 15. & Archiep. Tarraconens. cons. pro Marchi. Velescensium dubit. 1. nu. 23. Alex. cons. 79. lib. 1. col. 4. Ias. cons. 76. circa primum dubiū, col. 2. lib. 2. idem Ias. in l. 1. col. 5. C qui admitti, idē in l. 2. C. de iure emphyt. col. 5. Alex. consi. 113. uiso & diligenter, lib. 4. col. pe. Marianus Soci. iunior consi. 22. pulchra est pns, col. 3. Gratus cons. 121. & si iuribus, lib. 2. Vnde si qs rem sciente & consentiente capitulo emerit eāq; possederit longo tēpore presumūtur præcessisse oēs tractatus necessarij oiaq; solennia ita Marianus Soci. Iunior consi. 56. col. pen. lib. 1. Casaneus consi. 11. le cas. 2. dubio. Sic ergo & in specie nostra, hæres legitimus qui tacuit per integrum decenniū par est ut sibi fecerit præiudiciū, sed cogita iterū, sed tā in quæstione de hærede legitimo q̄ in illa de dño feudi tacē te contrariū tenerem, cum ipsi nullū cōtractum fecerint, sicq; ingressus litis illis occlusus non est, licet sit præsumptio in fauorem possidentium ob longum tempus, sed hic non agit de pſumenda solennitate, sed de præscribēdo iure, que differunt inter se, nō secus quàm substantia differt à probatione, ergo dic ut in simili supra in casu. 54. uersi. 1. cum seq.

29 Deniq; † quod. ꝛ. diximus testiū uitiari si unus ex testibus in eo adhibitis neget uera esse quę in testamento cōtinebantur, ſm Corn. cōs. 232. nu. 1. lib. 1. & cōs. 319. nu. 20. eod. lib. Id generale esse vī in omni instro publico cuius autoritas uacillat si unus ex duobus testibus in eo adhibitis neget uera esse quæ in eo narrabantur, ita Ioan. Fab. in §. item uerborū. col. 8. inst. de inutil. stipu. Bal. in c. 1. de controuersia. inuesti. Azo. i summa. C. de fide instr. col. pe. Soc consil. 2. nume. 9. lib. 2. & consilio. 93. columna prima. lib. 1. Barba. & Decius. columna penultima. in cap. tertio loco. de prob.

Præscriptioni completæ scientia rei alienæ superueniens non nocet.

Probationū nullū genus concludit necessario, sed tantum uero similiter.

Beneficia à reliquis rebus non differunt in iustitia acquisitionis

Resoluitur testamētum si unus ex testibus quo tempore aperitur ei contradicat.

Longo tempore legitimus tacuit cum hæredem scriptū

bona possidere non ignoraret, an sibi perpetuo præiudicauerit, imḡs quæstio.

Longo tempore ohaere des pro diuiso hæreditatem possederunt præsumuntur eā diuisisse cū communi.

Longo tempore dominus qui feudum alienatum sciens dissimulauit an sibi noceat nec quæstio.

Instrumentum uacillat si unus ex testibus in eo adhibitis ei contradicat, esto; ardua quæst.

prob. Anchara. consilio. 77. quos refert, & sequitur Nicolaus Boe. decis. 118. & præsuppono aliam quæstionem. nume. 12. & nume. 27. & in hanc partem ultra eum inclinat Corneus. in consil. supra allegatis. qui alios allegat.

Contrariam partem ut tale instrumentum posthabita unius testis contradictione plenam fidem faciat, tenent Ioan. de Plat. in d. §. item uerborum, & dd. in l. in exercendis. C. de fid. instrum. & in c. cum Ioannes eremita de fide instrum. ubi Felinus, in 3. ampliatione, Alex. consi. 93. colum. penultim. lib. 5. Imol. in d. c. cum Ioannes, Fulgos. consi. 79. colum. 2. Cumanus consi. 135. colum. penultim. & ita olim esse solebat communis opinio secundum Boerium, ubi supra, nume. 12. qui firmat se illam pluries sequutum fuisse, licet nunc contrariam partem teneat, quæ ut nobis uidetur uerior est, quia in quolibet instrumento duo testes ad minus sunt necessarij. l. ubi numerus. ff. de testibus, & sæpe plures requiruntur, l. fin. cum ibi nota. per dd. C. si certum per. nec dubium est quin testium interuentus non frustra, & ociose in instrumento exigatur contra legem, non cogendũ. §. Sabinus. ff. de procurato. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. de hæred. instit. l. uerba hæc. ff. de condi. instit. quinimo requiritur ad comprobattonem, & fidem ipsius instrumenti, ut hic si unus ex eis instrumẽto contradicat & aduersetur, instrumentũ non faciat fidẽ non magis quàm si ille testis instrumento adhibitus non esset, imo longe minus, quia si adhibitus non esset, esset unus testis pro instrumento, sine contradictione alterius, at in nostro casu per contradictionẽ alterius testis fides illius qui remanet debilitatur, nec dubium est, quin tales testes in instrumento adhibiti ad eius fidem & comprobationem desiderentur, ut in l. fina. C. de fideicommis. & in §. fi. insti. de fideicomis. hæred. unde tenendum est tale instrumentum uacilare, quod nota ad declarationem, l quartæ, & l. 5. titu. de las excep. lib. tertio ordi. facit l. optimam, C. de contra. & comi. stipu. l. fina. §. quòd si ignorus. C. de iure delib. † quòd si testis ille non negaret contenta in instrumento, sed solum negaret se scire, aut cognoscere se testatorem, uel contrahentem, & re uera nec ipse testator aut contrahens talem testẽ notum habebat, nec testis ipsum, adhuc iuspecto iure communi instrumentum ualere non defineret, secundum Bal. in rubr. de fide instru. colum. secunda. post Nicol. de Matta. quem ipse refert, & sequitur Boerius. d. decisione. 118. num. 4. facit tex. insignis in lege fina. §. quòd si ignarus, ibi testibus, uidelicet qui hæredem cognoscat. C. de iure delib. facit inquam in contrariam, & forte ille text. præbuit occasionem regiæ pragmaticę Hispanorum, quæ iussit oportere ut testes contractui adhibiti si fiat scriptura cognoscant contrahentes, quæ lex. ad testament. ubi numerosior testium conuentus exigitur uix est ut (iudice me) trahi pasit.

30 *Testis an sit necesse, quod cognoscat contrahentes aut testatorem.*

31 *Instrumenta executionem paratam habentia, eam habent quoad interesse post moram, nõ secus, quam quoad principale, est q; egregia quæstio.*

Denique † cum hodie iure regio per legem quartam, & legẽ quintã, titul. de las excpet. libro tertio ordin. omnia instrumenta siue testamentorum, siue contractuũ habeant executionem paratam, intelligendum est, quòd etiam quoad interesse post morã, & non solum quo ad principale exequi poterant, ita Romanus in l. certi condictio, in princip. ff. si cert. pet. estque communis opinio secundum Purpuratum, ibi, numero quadragesimoquinto.

Contrariam tamen partem conatur defendere Iasib qui putat hanc esse receptiorem, quàm contrariam, sed pro priore opinione quæ uerior est, facit elegans text. in lege, si quis hæres institutus. ff. de acquirend. hæred. ibi sunt appenditiæ præcedentis institutionis, & lege tertia. §. fina. ff. de liber. & posthum. Vnde legatarius post moram hæredis per uiam etiam executiuam consequi poterit interesse non secus, quàm principale relictum, quòd nota. ad legem secundam, & l. fin. C. de edict. diui Adri. rollend.

32 *Legatarius post tenim interesse cõsequitur uia executiua.*

Casus quinquagesimus sextus. Testam. in scriptis, (quod iure regio citra tabellionis interuentum fieri non potest. l. Taurina. 3.) si fiat citra inuocationem diuini nominis, aut numinis, an cum postea aperitur, & id detegitur ex hoc solo infirmetur dubium est. mouet quæstionem quòd ubi est consuetudo, ut talis inuocatio apponatur ob eius defectum uitiatur instrumentum publicum, secundum communem opinionem, quam plene resoluit, & receptâ appellat Ioannes Crotus in rubr. ff. de noui op. nunci. numer. 53. quam ipse seruandam iudicat, ubi esset consuetudo quòd talis inuocatio fieret, & scriberetur in instrumentis, non sic ubi non esset, uel si dubitaretur an esset, uel non.

33 *Instrumentum an uitietur si in eo omittatur inuocatio diuini nominis, ubi de consuetudine pobatur, ardua q.*

Contrariam tamen partem, ut generaliter nullum instrumentum uicietur, propterea quòd talis inuocatio omissa fuerit, tenent Carolus Ruinus nume. 3. in d. rubr. ff. de noui oper. nun. & Ioan. Crotus num. 15. & Hormanotius ibi in rep. num. 11. & Ripa in c. cum ecclesia, nume. 2. de causa poss. & proprie. Alciatus lib. 6. parerg. c. 6. Couarru. practicarum quæst. c. 20. nume. 1. cum seq. quod Crotus ubi supra intelligit nisi esset consuetudo in contrarium, sed magis est, ut generaliter etiam si sit consuetudo, ut talis inuocatio fiat in instrumentis, adhuc eius omissio non uiciet, aut noceat, quia etiam legis scriptæ omissio in minimis, aut in ijs, quæ minimi momenti sunt non curatur nec nocet, ut plene dicam in casu seq.

34 *Instrumentum testamenti, uel aliud an uitietur si omittatur signum crucis, egregia q.*

Casus quinquagesimus septimus. † Testamentum in scriptis (in terminis. l. 3. Tauri. quæ exigit tabellionem) & si ab initio ualuerit, uel ualere in sui forma uideatur, tamen si postea detegatur, tempore quo aperitur, quòd in eo defuerat signum crucis, uidetur quòd euanescat. Nam & generaliter instrumentum uitiatur si in eo omittatur signum crucis, secundum Albericum in l. fina. §. cum igitur. C. de iure delibe. num. 14. & ibi Salicetum, & Fulgosium, Angelus in l. 1. §. hæc Stipulatio, nume. 22 ff. si cui plus quàm per legem Falcid. ubi ait hanc esse communem obseruantiam, tenet Gregorius Lupus in l. 5 titu. 6. par. 6. uerb. La señal de la cruz.

Contrariam tamen partem tenet & firmat communiter teneri Bar. in d. §. cum igitur. ubi Alexan. nume. 10. & Iasnume. 4. dicit esse communem opinionẽ Bar. in l. 2. §. si prius, nume. 5. ff. de uulgari, ubi Iasnu. 13. dicit esse communem opinionem. Ripa in ca. cum ecclesia, de causposs. & propri. Couarru. in practicis quæst. c. 20. nume. 5. ubi hanc dicit communem sententiam, Alexan. in rubr. ff. de ope. no. nuncia. num. 8. & ibi Niconi. nume. 112. Nam de minimis non est curandum, siue ea per consnetudinem, siue per legem admissa sint, & magis imitari debemus leges nouas, quæ isthæc leuia non curant, quàm iuris ueris exactam, & scrupulosam obseruationem. l. præposteri. C. de testam. §. ante hæredis inst. delega. §. 1. inst. de uerbor. oblig. Nam & similiter ob modicam sanguinis effusionem ecclesia non reconciliatur. Gloss. communiter ibi approbata in cap. cum illorum. uerbo. effusionem. de senten. excommunica. Abba. in cap. proposuisti, 2. nota. de consecra. eccle. Domi. in cap. unico eodem titulo in sexto. Ioann. Andræ. ad Speculatorem. de accusa. in rub. Roma in l. si uerò. §. de de uiro. 3. falen. ff. solut. matrimon. † Et statuto arma portantem puniente, non comprehenditur ille, qui paruum cultellum gestabat, glo. in rub. C. de fabric. lib. 11. glo. in auth. de armis. §. penul. uerbo. minores. Afflictus in const. Neapoli. lib. 1. ti. 9. de illicita portatione armorum. col. 2. tradunt. dd. in l. armorum. ff. de

35 *Modica sanguinis effusio non facit ecclesiam conciliari.*

36 *Modicus cultellus non nocet, ubi statutum punit arma portantem.*

uerb.

37 *Modicus error remittitur officiali in ſyndicatu.*

uerb.ſign.† & officialis pro modico errore in ſyndicatu non punitur.Bal.in l. quanuis.ff.de cond. & demonſt.Afflictus ubi ſupra.rubr.70.colum penult. facit.l.1.§.abigei.ff.de abigeis . & in l.ſacrilegij, uerbo.cæterum.ff.ad legem Iul.peculatus . † Et pro parua negligentia non punitur officialis. Abb.in cap.ea quæ,col.1.de ſtatu monacho.Iudices,ubi Bart.C.de bonis uacan.lib.10. Hoc ampliusꝛpœna falſam monetam fabricantibus quę per ſtatutum impoſita fuit non punitur , qui minimam fabricauit. Alexā. conſ. 104.quòd ſtatutum,lib.1.Catellia.Cota.in memoralibus uerbo domus† Et qui fidem de incapace reſtituendo accomodauit in re parua mitius punitur , l. ex facto.§.Iulinaus.ubi notant Alexan.& Iaſo. ff.de vulgari,l.hæres qui tacitam.ff.de his quibus , ut indignis,per Iaſo.in auth.qui rem , colum.penult. C.de ſacro ſanct.eccleſ.† & condemnatus pro leui iniuria alteri illata,non efficitur infamis , licet regulariter contra glo.nota.in c.cum te à B.de re iudica.Angelus de malifi. uerbo uerba contumelioſa , colum. 6. Roma.conſ.191.inſtaui circa primum.Alex. in addi. ad Bartolum,in l.infamē.ff.de infamibus , & eſt communis opinio ſecundum Angelum , tenet Specula. de in integrum reſtitu.§.uidendum , in fi. Bald.Paul. Salic.& Areti.in l.decurio.C.ex quib.cauſ.infamia irrogatur. Bal.in cap.1.§. iniuria, coll.1. de pace iura. firman.in feudis.Idem in c.clerici.in princip.col.3.& ibi Andr.Siculus,colum.12. de iudic . qua de re per Hoſtien.Innocen.Ioan.Andr.Bal.Anto.Abb.& Feli. in d.c.cum te,Decius in c.de appellationibus, col.1. de appella.tex.in c.de multa. ibi nullus hacteuus aut rarus de præben.& in l.illud.§.minus.ff.de uerbo.ſignifi.gloſſ.in c.quicumq;.el 2.uerbo. aliquid.11.q.7.

38 *Modica, regrli gentia non impunitur officiali.*

39 *Monetam falſam fabricantibus pœna impoſita remittitur minimam fabricanti .*

40 *Incapaci reſtituere qui uoluit in re parua mitius punitur.*

41 *Infamis non efficitur cōdemnatus pro leui iniuria alteri illata.*

42 *Modice eccleſia dota pro indotata habetur nec taliter dotans acquirit ius patronatus.*

†ubi paria eſſe ait eccleſiam non dotare uel modice dotatam eſſe,unde taliter dotans non acquirit in ea ius patronatus,Abb.con.106.lib.2. licèt regulariter contra glo.magna n. in c. pię mentis.ead. quæſtione. †& ſtatutum diſponens , circa mulierem dotatam ceſſat ubi modica dos erat,ita Bald . Salicet. Paulus Caſt . Roma.& Alex.in auth.præterea C . vnde uir. & uxor.Paul.& Roman.in l.donatio.in princ.ff.ſolut. matrim.Corneus conſi.113. uiſa fuit mihi,colū.3. & conſi.177.in hac conſulta.libro 2. Vnde inquit † q donatio omnium bonorum præſentium & futurorū, cum ſecundum communes opiniones non ualeat, niſi donator aliquid ſibi reſeruauerit, de quo poſſit teſtari , non quoque ualebit , etiam ſi aliquid paruū tamen reſeruauerit,ita Cinus , Barto . Bald . Fulgoſ. Paul de Caſtro , & commun. dd.in l.fina. C. de pact. & in l.ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbor . obligation.Bal.in l.cum duobus . §. idem reſpondit, ff.pro ſocio.Roman.conſ.171. pro deciſione, colū.1. Iaſ.conſi.169.duo teſtamenta. lib.4. Bal.in auth . ſed cum teſtator C.ad leg.falcid.Decius,conſi.30.& pro tenui.& conſi.488.in cauſa, & conſi.655. uiſo elegan ti . eſt communis opinio ſecundum Bald. col.pen. in c.in præſentia,de probatio.Imola in rub.de teſtam. col.fi.Abb.conſ.48.& conſi.102.circa lib.2. Corneus conſi.60.quâquam,& in conſi.176.in præſenti,lib.2. Socinus conſi.101.uiſis duobus,lib.tertio.Paul.Pariſi. conſi.26.ex tenore,lib.2. Ruinus conſi.51. primo uidendum,col.3.lib.1.Maria. Socinus iunior conſi. 21. præſens caſus,lib.2. Bertrand.conſi. 188.uiſis,colū.1. lib.1.& conſi.319.uiſo conſultationis,col.fi.lib.2 . & con.162.Catherinę,lib.3. quorum non pauci firmāt hanc eſſe communem ſententiam. quod eſt notandū ad declarationem taurine.l. de cuius ueritate dixi ſupra §.18.n.292.uerſi.denique dum ſupra .

43 *Dotata modice non comprehenditur ſtatuto de dotata diſponente .*

44 *Modico reſeruato ab eo qui omnia bona donauit præſentia et futura non ualet donatio .*

45 *Modicum uulnus non cōtinetur in ſtatuto de uulnere diſponente.*

His accedit† quòd ſtatutum diſponens circa uulnus,non intelligitur in pauco uulnere , ita Bald . & Alberi.in.l.1.§.ſed ſciendum,per tex ibi.ff. de ædili. edito.& ibi Cæpola col.1.Gratus conſi. 73. & ſi tempus.col.1.lib.2.Decius,cōſ.38.repetitio,col. prima. Roma.in l.1.§.excuſantur.ff.ad Syllania. Andr.Siculus de præſtantia Cardinalium in parte 1.q.8.col. fi. & in conſ.10.Clementi ſimi,col.4.lib.1. Alex. conſi. 104.lib.1.†qua ratione dolus in re parua non præſumitur,Bald.in rub.C.de reſcind.uendi.Et emphyteuta infra modicum tempus poſt biennium & ſi canonem non ſoluerit,non poteſt expelli.ca.potuit.de locato.Bald.in authē. qui rem. C.de ſacroſanct.eccleſ. †Et iudex qui ſtatuta ſeruare iurauit , ſi in minimis contra fecerit non uidetur periurus , Bald.in l.obſeruare.§.proficiſci.col.penultim.ff.de offi. proconſul. †Et qui in modico legem tranſgreditur , non poteſt ut tranſgreſſor puniri.Bald. in authent.ingreſſi. C.de ſacroſanct.eccleſ. † Et modica teſtium uarietas non uitiat . Antonius , in cap.2. de regula. plene Iaſo.in l.ſciendum.ff.qui ſatis cogantur. † Et modicus defectus in rationibus reddendis non attenditur Bal.in l.1.C.ſi aduerſus ſolu.Vnde priuatæ ſcripturę tutoris, & aut cuiuſcunque adminiſtratoris ſtatur in modicis eius iuramento.gloſ.in l.fi.§. in computatione.C.de iure delib.Andr. Sicul.conſ.66. Saluatoris,col.3.lib.2.Decius in l.1.in 2.notab.C. de edend. Bart.in l.comperimus.C.de nauicul. lib.11. Fredericus Senenſ.conſ.119.nulli dubium.Bal.in l.nulli.& in l.re quod pauperibus.C.de epiſco.& cler. Abb.in c. bonæ.el.2.col.fi. de poſtu. præla. Bal.in l.1.col.3.C. de confeſ. † Et iudex & tabellio qui ſimul eſſe non poſſit,tamen in paruis utroque munere ſimul iungi poteſt.Barto.in l.iubemus.la.2.§.ſane.el.1. in fin. C. de ſacroſanct.ec cleſ.Bald.in l.ſi conſul, prima lect.in fine.C.de adoptio.Paul.in l.ſi eadem.ff. de offi.aſſeſ.

46 *Modica in re dolus non preſumitur.*

47 *Modicis in rebus iudex tranſgreſſor ſtatuti quod iurauit nō uidetur periurus.*

48 *Modice qui legem tranſgreditur, non punitur ut tranſgreſſor .*

49 *Modica teſtium uarietas non nocet.*

50 *Modicus defectus in rationibus reddē dis non nocet.*

51 *Modicis in rebus quis iudex & tabellio eſſe poteſt .*

†Et damnum leuiſſima culpa datum aut leui non obligat in conſcientia. Innoc.in c.ſicut dignum , & ibi Anto.de homicidio. Panor. & Ananias in cap. 1. de conſt.& in c.dilecti,col.3.de arbit. Roma. ſingul. 105.pridie.& Syluester Prieratus in ſumma , uerbo reſtitutio.uerſi.12. † Et feudum ob paruam ingratitudinem non amittitur.Bal.in c.1.§.de illa tamen, in quibus cauſis feud.amitt. Afflictus in prędlidjs feudorum.q.3.facit.l.ſolum.C.de liber. cauſ.& l.fin . C. de reuocan.donat. Afflictus in c.1.de controuerſia , inueſti.& in c.1.de prohi.feud.alien. per Fridericum nota.12. † Et legatus qui parua donaria accepit, nó incidit in legem id uetantem ut per Bal.in l. obſeruare,in prin.& in l.ſolent.§. fi.ff.de offic. proconſu. Nicola.de Neapoli.in l.fi.C. de primipil.lib.12. Bal. in l.4.C.de defenſ.ciuita . & in l.unica. §. prouicias. C.de contra.iudic.per c.ſtatutum. §. inſuper . de reſcrip.lib.ſexto. † Et percutiens clericum leuiter ab epiſcopo abſolui poteſt, ut in cap.peruenit,de ſent. excom.Innoc.in c.quod clericus , de foro compet . Deciſio.capel.Thol.q.231.Item fuit quæſitum, †Et qui ob leue delictum punitus fuit, facile reſtituitur, Bal.in c.cum quidam.de iure iuran.& in c . at ſi clerici.de iudi. † Nam & leuis ſolennitatis omiſſio generale eſt,ut non noceat , ita Bart . & communiter, dd.in l.1.§.fi.uer.tex.ibi.ff.de uentre inſpicien. communis opinio eſt ſecundum Alex. in l.2.§. ſi prius.ff. de uulga.Idem Alex.in rub. num.8. & nume.12.ff. de operis noui,nuntia. Iaſ.in l.ſi unus.C.de teſtam. Philippus Decius in l.hac conſultiſſima.colū.1. C. qui teſt.facere poſſ.& ibi latè Alex.Ioan. Hannibal. in l. nemo poteſt.nu.490.ff.de leg.1. Sequitur & dicit eſſe communem opin. Alex.in l.fi.in prin. nu.10. C.de iure delib.In ſumma ut unico complexu omnia clau dam†uirtus actuum humanorum in modicis nō conſiſtit, ita Bal.in l.Imperator. la.1.ff.de ſtatu homi.Butrius in c.ex literis,ad finem.de fide inſtrumen . Vnde in duabus ſpeciebus ſupra propoſitis quando in teſtamento in ſcriptis defuit uel ſignum crucis uel inuocatio diuini numinis, magis eſt ut non noceat, nec

52 *Cullpa leuiſſima dānum datum , non obligat in conſcientiā*

53 *Modica ingratitudine non perditur feudum.*

54 *Modica donaria a magiſtratu capi poſſunt .*

55 *Modice clericū peccantem ab epiſcopo poteſt abſolui.*

56 *Modicum ob delictum condemnatus facile reſtituitur .*

57 *Modicæ ſolēnitatis omiſſio non nocet.*

58 *Modicis in rebus uirtus actuum humanorum non conſiſtit .*

enc desinant ualere talia testamenta quasi leuis solennitatis hæc omissio intelligatur.

§ VIIII.

1 RESOLVITVR testamentum repudiatione.
2 *Testamenti caput hæredis institutio est,*
3 *Substitutus excludit coniunctum.*
4 *Militis testamentum resoluitur unius ex pluribus cohæredibus repudiatione, quo ad partem repudiatam.*
5 *Militis in testamento portio cohæredis repudiata alteri non accrescit, contra nouiss.*
6 *Testamentum post additionem unius exhæredibus, per repudiationem alterius non potest infirmari, estq; ardua quæstio, idq; tam ex testamento quam ab intestato.*
7 *Resoluitur testamentum restituto minore qui hæreditatem adierat.*
8 *Minor abstinens aperit edictum maiori adeunti interdum.*
9 *Accrescit portio hæreditatis cohæredi præcise non tantũ causatiue contra communem.*
10 *Resolui potest testamentum per abstensionem sui hæredis in casu de quo hic.*
11 *Beneficium prætoris nulli debet esse nociuum,*
12 *Accrescendi ius cessat post portionem quæsitam.*
13 *Suitas non tollitur datione cohæredis extranei.*
14 *Intell. l. cum hæreditate. ff. de acqu. haere.*
15 *Resoluitur testamentum per sui hæredis abstensionem.*
16 *Suitas abstensione non extinguitur.*
17 *Conditio si uolet, in dubio intelligitur suspensiua, non tantum resolutiua, unde impedit sui hæredis existentiam, & transmissionem etiam secundum communem opinionem, de cuius ueritate disceptatur, estq; egregia quæstio.*
18 *Transmissionem ius deliberandi non impedit hæc conditio si uolet adiecta in extranei institutione.*
19 *Concordia inter communem opinionem & contrariam*
20 *Conditio si uelit, hodie impedit transmissionem ex potentia sanguinis uel iuris, deliberandi suntq; duæ egregiæ quæstiones.*
21 *Ratio legis est lex ipsa uere.*
22 *Conditio si nullit, quando uideatur impleta.*
23 *Statutum quod filius possit ab hæreditate patris abstinere quid operetur, not. quæstio.*
24 *Transmissionis ius cuiusque an sit potentius uulgar. subst.*
25 *Intellectus l. qui in aliena §. interdum. ff. de acqu. haere.*
26 *Patri per suum filium acquiruntur iura etiam reuocabilia.*
27 *Transmittitur fidei commissum uniuersale.*
28 *Abstinendi beneficium competit patri, cui per filium fuit hæreditas ipso iure quæsita.*
29 *Resolui potest testamentum pœnitentia filij qui se exhæredari aut præteriri consenserat.*
30 *Resolui potest testamentum emendatione eius qui ob suam turpitudinem fuerat exhæredatus.*
31 *Testamentum an uitietur ipso iure, eo quod causa in exhæredatione, aut præteritione non fuit expressa.*
32 *Resoluitur testamentum ex post facto in casu de quo hic, secundum communem opinionem, nos contra.*
33 *Resolui potest testamentum, quando pater filium quem exhæreda uerat postea adoptauit, estq; egregia declaratio.*
34 *Resoluitur testamentum cancellatione.*
35 *Cancellatione resoluitur testamentum non ipso iure, sed ope exceptionis.*
36 *Cancellatione per errorem uel insaniam facta, non uiciatur testamentum.*
37 *Resoluitur testamentum uoluntate, & facto simul non alterutro tantum.*
38 *Resolui ex parte potest testamentum filij per patrem emancipatorem in casu de quo hic.*
39 *Intellectus titu. ff. si a parente quis fuerit manumiss.*
40 *Intell. l. nam & si parentibus, l. is qui. l. pater filium. ff. de inoffic. testamento: in princip. inst. eod. titulo.*
41 *Emancipatione soluitur agnationis ius.*
42 *Succedere qui nequeunt abintestato testamentum impugnare ne queunt.*
43 *Agere non licet nisi ei cuius interest.*
44 *Emancipator pater iure ffiorum nullo iure poterat testamentum filij impugnare nisi per bonorum possessionem contra tabulas ad similitudinem patroni.*
45 *Emancipatione contracta fiducia facta potest pater filij testamentum impugnare.*
46 *Titulus ff. si quis à paren. fue. manumiss. etiam hodie utilis est,*
47 *Querela an cum bonorum possessione concurrat quæ datur emancipatori.*
48 *Iuris appellatione leges ciuiles intelligunt de iure ciuili non de prætorio.*
49 *Legitima est quota bonorum.*
50 *Emancipatori datur hodie querela, egregia quæstio.*
51 *Emancipans etiam sponte potest habere querelam contra Fulgosi. & Paulum.*
52 *Emancipatori qui à nemine præceditur datur querela, contra communem opinionem.*
53 *Emancipatori qui ab alijs præceditur non denegatur bonorum possessio ad imaginem patroni, contra communem.*
54 *Emancipatori exhæredato non denegatur dicta bonorum possessio contra Fabrum.*
55 *Emancipatori præterito non denegatur querela contra Fabrum.*
56 *Emancipatio tripliciter fieri etiam hodie potest.*
57 *Emancipator pater aut patronus turpes hæredibus filij, aut liberti turpitudinem obijcere nequeunt.*
58 *Testamentum ex post facto rumpi in septem casibus hic signatis.*
59 *Intellectus & extensio ad titulos. C. & ff. de bo. liber. & Instit. de succ. liber.*
60 *Resoluitur ex parte testamentum in casu de quo hic.*
61 *Legata & fideicommissa rupto ob exhæredationem, uel præteritionem testamento, quando testator filium se habere ignorabat an debeantur, ardua quæstio.*
62 *Filius exhæredatus olim præsumebatur ingratus, hodie contra.*
63 *Filius si hodie se gratum probat, sicq; testa. euertit patris legata & fidei. non debentur, egregia annotatio.*
64 *Intellectus & limitatio noua ad authen. ex causa. C. de lib. præt. cum simi.*
65 *Legata pro malè ablatis relicta uel ad pias causas, an debeantur à filio per errorem patris præterito.*

1 *Resoluitur testam. repudiatione.*

AVSVS quinquagesimus octauus. Testamentum † rite & recte factum infirmatur postea hæredis extranei repudiatione. §. ante hæredis, instit. delega. l. 1. §. fin. ff. de vulgari l. 1. ff. de hæred. instit. l. eam quam. C. de fideicom. l. vnica. §. in primo, &. §. pro secundo. C. de caduc. tollendis l. proximè. ff. de his quæ in testam. delentur, † ratio, quia hæredis institutio erat initium caputq;, cuiusq; testamenti, vnde vt nullum animalium sine capite uiuere potest, aut consistere, ita quoque ius ciuile (quod naturam anxie imitatur. §. minorem natu. inst. de adoptio. l. adoptio. ff. eodem tit. l. filio quem. ff. de liberis & posthumis) non permisit ut sine hæredis institutione consisteret testamẽtum, vt d. §. ante hæredis. vbi ferè hæc ratio redditur, & d. l. 1. ff. de hære. instit. neque ad rem pertinet, quòd etiam ab exhæredatione poterat testamentum initium sumere, ut d. l. 1. nam eius rei rationes reddidi plenè suprà. §. 20. per totum vbi plura hac de re, & aliquid nouè per Ioannem Igneum in rep. auth. ex causa nu. 20. cum plu. seq. C. de lib. præteri. Non tamen infirmatur testamentum repudiatione quando erat cohæres, qui adiuit, ei enim repudiantis portio accresceret l. unica. C. quãdo non pet. par. l. re coniuncti. ubi per Bar. ordinatius, q̃ alibi & Iaſ. Ripa, Ludoui. & reliqui repetentes. ff. de leg. 3. §. in primo, & §. pro secundo, & §. his ita, & §. ubi autem C. de caduc. tollen. §. hæreditas, instit. de hæred. instit. l. si solus l. si tu ex parte. ff. de acquir. hæred. dixi suprà latissimè in materia iuris accrescendi, sed & si cohæres non esset sed substitutus vulgaris adesset, sustineretur testamentum,

2 *Testamenti caput hæredis institutio.*

tum, cum ab ea ſubſtitutionē teſtamentum poſſit uires ſumere l.3.§.fi.ff.de libe.& poſth. cum ſimi.& partes adiectæ in inſtitutione cenſentur repetitæ in ſubſtitutione l.1.C. de impub.id quod receptiſſimum eſt, licet Iaſ. ibi contra communem opinionem col.2.non paucis contendat; quā rem latius vbi ſuprà diſſeruimus. In † parte tamen cohæredis repudiata ſubſtitutus ille coniunctum excluderet, ſecundum receptiorem ſententiam, vt per Andræam Tiraq.qui innumeros de more citat huius rei fautores, & auxiliatores in tract.de legibus connubi.glo.7.nu. 63. & per Guilielmum Benedictum in c.Raynut.de teſtam. par.2.fol. 3 num.134.cum ſeq. ratio, quia ſubrogatus naturam, & omnia iura illius in cuius locum ſubrogatur aſſequitur, vt latiſſimè per Iaſon.in rubr.ff.de verbor. obligat.latius per Andr.Tiraq.de vtroque retract.pag.mihi.246. num.80. & num.249.& num.87.per Couarru.de teſtam.in c. Raynaldus.§.8. Tertio limita vt iure nouiſſimo quo vtimur tale teſtamētum per hæredis repudiationem euaneſcat quo ad ipſas tantum inſtitutiones, non ſic quo ad reliqua in eo teſtamento contenta, vt in auth.ex cauſa.C.de lib.præt.& in corpore unde ſumitur, de quo plene per rep. ibi præſertim per Igneum,& nos diximusm ultra.§.20. per totum,& num.192.ſpecialiter de intellectu d. auth.nam id non generaliter, ſed nec regulariter procedit.

3 Subſtitutus excludit coniunctum.

Caſus quinquageſimus nonus. † Teſtamentum initio rite & recte factum poſtea infirmatur ex parte per repudiationem vnius ex hæredibus inſtitutis, etenim ſi eius cohæres, vel cohæredes partes ſuas agnouiſſent, id quod accidit in teſtamento militis, licet non ſic in teſtamentis paganorum, ita pleniſſimè probat tex.in l.ſi duobus.ff.de milit.teſtam. cuius ſenſus apertior eſt, quam vlla inductione egeat, ſicq; pars illa regulariter cohæredibus repudiantis non accreſcit etiam ſi ſuas partes illi iam agnouiſſent, vel poſtea adire parati eſſent. Vnde † apparet errore lapſum ingenioſum Viglium qui in §. hæreditas inſtit. de hæred. inſtit. dum ſatis accuratè & ſubtiliter militis teſtantis veroſimilem voluntatem contemplaretur exiſtimauit, quod ſi miles ex parte tantum hæredem ſcripſiſſet, & in reliqua parte hæreditatis neminem cohæredē aſsignaſſet, ea pars cohæredi non accreſceret, quaſi pro ea parte miles vellet inteſtatus decedere, non ſic inquit, quando de tota hæreditate diſpoſuiſſet, & poſtea vnus ex cohæredibus repudiaſſet, quia eius pars vt cohæredibus adeuntibus accederet ſatis videretur ex mente & ſententia militis eſſe quando quidem ab initio de tota hæreditate diſpoſuit, nec vlla ex parte inteſtatus decedere voluit, id quod ego quoque quaſi proximum militis teſtantis voluntati reſponderem, ſi mihi legem nouam facere hac de re liceret, ſed quia ſecundum leges latas nobis uiuendum eſt, vtroque caſu firmo ceſſare ius accreſcendi per d.l.ſi duobus, iuncta l.ſi miles unum.ff.de milit. teſtamento. & uide Decium & Cagnolum in l.ius noſtrum.ff.de reg. iur. qui hac in re lapſi videntur, vt & ſuprà diximus.

4 Militis teſt. reſoluitur unus ex pluribus cohaeredibus repudiatione quo ad partem repudiatam.

5 Militis in teſtam. portio cohaeredis repudiata alteri non accreſcit cōtra nouas.

Caſus ſexageſimus. † Teſtamentum initio ſimiliter rite & rectè factum poſtea infirmatur per repudiationē vnius ex cohæredibus, licet prius alter vel alij cohæredes ſuas portiones agnouiſſent, quaſi tunc detur eis optio ſuas portiones iam ſemel aditas, ſimul cum iſta quæ modo vacare cœpit, repudiandi & abiiciendi, uel ſi mallint habeāt tam ſuas primordiales portiones, quām iſtam etiam modo accreſcentem, ut ſic cohæredibus ſuas portiones adeuntibus, portio etiam hæreditatis à cohærede repudiata non accreſcat inuitis præciſe, ſed tantum cauſatiuè, ſcilicet ſi uelint primordiales ſuas portiones retinere, iſta eſt communis opinio. Bar. Pauli Caſtr. Alex. Corn. Iaſ. & aliorum in l.ſi teſtamento. C.de impuberum, ubi Decius num.4. & alij quamplures quos allegaui ſuprà. §. 21. numero 101. uerſic. decimuſquartus caſus, ubi per innumeras leges contra hanc communem opinionem tenuimus, quæ leges apertius hunc ciſum decidere non poſſent, niſi uelis, ut ueluti afflatu quodam diuino depictæ, & mutæ leges uocibus ſonoris id nobis teſtarentur. Sicq; uerius eſſe intelligendum eſt poſt aditam teſtatoris priuati hæreditatem ab hærede etiam ex parte tantum ſcripto non poſſe, neq; ex toto, neque ex parte teſtamentū regulariter infirmari, eo colore q̄ cohæredis ſrepudiantis portio poſtea uacare cœpiſſet, niſi in caſu ut illico dicemus, quod intellige primū in hæreditate ex teſtamento delata, deinde ēt ſi abin teſtato delata foret utrunq; contra communē opinionem.

6 Teſtam. poſt aditionē unius ex hae redibus per repudiationē alterius non poteſt infirmari, eſtq; ardua quae ſtio idq; tam ex teſtamento, quām ab inteſtato.

Caſus ſexageſimus primus. † Teſtamentum initio rite & recte factum ſimiliter poſtea poteſt infirmari hæredis reſtitutione, & repudiatione ſubſecuta, etiam poſtquā ſemel adiuerat, veluti ſi minor annis.25. inſtitutus adiuit hæreditatem, & poſtea per reſtitutionis interuentum eam hæreditatem omiſit, ſicq; teſtamentum euanuit l.1.& 2.C.ſi minor ab hæred.ſe abſti.l.ſi minor.ff.de acq.hæred.l. quòd ſi minor.§.Scæuola.ff.de minoribus l. fin. ad fin.C.de repud. hæred.iuncta l.ſi nemo.ff.de teſtam. tutela.l. ſi nemo.ff. de regul.iur.l.eam quam.C.de fideicom.l.proximè.ff. de his q̄ in teſt.delen.l.1.§.fin.ff.de vulgari. Illud autem notandum eſt quòd per talis reſtitutionis interuentum licet teſtamē tum principale infirmetur, tamen pupillare teſtamentum quod ſemel minoris ætate hæredis aditione confirmatum fuit non euaneſcit, eſtq; caſus ſingularis in quo acceſſoriū non ſequitur naturam ſui principalis, ut ex communi opinione reſoluit Bartho. Socinus in l.ſi filius qui patri, col.6. ff.de vulgari, & cum huic minori reſtitutio non cōcedatur niſi ſe leſum probauerit, ut in l.non ſolum.ff.de minoribus, & in l.fin.C.de in integrum reſtit. an ei pro modica etiam læſione reſtitutio ſit concedenda, uidetur quòd non, arg.l. ſcio.ff.de reſtitutio, in integrum, tenet gl.in c.1.uerb.detrimentum de reſt.in integ.eſt communis opin.ſecūdum Couarru.reſolutio.lib,1.c.3. nu.10. Contrariam opinionem tenet gl.in l.2.C.ſi aduerſus uendi.quæ communis eſt ſecūdum Alex.conſi.67.nu.6.lib.5.diximus plenè lib.3.controuerſiarum, ubi uide, & quo ad caſum principalem, uide l. ſi minor.ff.de acq. hær.

7 Reſoluitur teſta. reſtituto minore qui hæreditatem adierat.

Caſus ſexageſimus ſecundus † Teſtamentum rite & recte factum poſtea infirmari poteſt repudiatione, nō ſolum minoris adeuntis & poſtea beneficio reſtitutionis eā hæreditatem omittentis, ut modo dicebamus, ſed etiam ſi is qui adiuit maior ſit, quale eſt cū maior annis.25. ſimul cū altero minore hæres inſtitutus fuit, & uterq; ſuā portionē adiuit, ſed minor poſtea fuit reſtitutus eiusq; portio uacās iure accreſcendi delata & acquiſita fuit cohæredi ſuo maiori. nam tunc is ſi uelit utranq; portionem accipere bene erit, ſin minus poterit utranq; repudiare occaſione illius portionis iure accreſcendi ei denuo delatæ, ita ait l. ſi minor.ff.de acquir.hær. per quam limitantur omnes leges dicentes portionem hæreditatis repudiatā iureq; accreſcēdi cohæredi delatā, ei inuito accreſcere, ut habetur in l.1. & in l.2.& in l.ſi totā l.ſi ſolus l.ſi tu ex parte.ff.de acq. hæred.l.ſi teſtamēto.C.de impub.§.hæreditas,& §.uideamus, & §.ſi plures inſt.de hæred.inſtit.l.uni.§. his ita.C. de cad. toll.l.itē quod Sabinus §.1.ff.de hær.inſtit.nam oēs hæ leges cū ſimi.limitantur qñ non iure communi ea portio uacās delata fuit, ſed iure ſpeciali ex priuilegio reſtitutionis tunc.n. inuito non accreſcit præciſe ſed tantum cauſatiuè ut ſi uelit ſuam portionem retinere neceſſe habeat etiam accreſcētē capere, ne teſtatot pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedat, contra l.ius noſtrū.ff.de regu.iur. Sin aūt mallit utranq; abiicere, liberū ei ſit ne beneficiū prætoris reſtitutionem huic minori concedentis incipiat eſſe dānoſum cohæredi ſuō, contra oē ius, omnemq; rationē, q̄ dictat beneficiū cū aliena iactura nemini concedendū l. cū auus.C.de emanc.libe.l.ex facto, in prin.ubi late p oēs.ff.de uulgari, & iſte eſt uerus intellectus d.l.ſi minor. p quā reli quæ oēs leges. ſ. all. limitant. Agnoſco tñ in contrarium ſe hābere cōmunē intellectū doct. ad illā legē intelligentium regulare eſſe q̄ in d.l.ſi minor, tradit. ſ. portionē hæreditatis repudiatā nunquā inuitis p̄cisè ſed tñ cauſatiuè accreſcere, nos ſumus & ſemper fuimus in cōtraria ſententia ut plenius. ſ. §.21.nu.101. uos uideritis quis iuſtius induat arma. Iſti aūt qui ſic omittūt hæreditatē an fructus perceptos reſtitu ere

8 Minor abſtinens aperit edictum maiori adeunti interdum.

9 Accreſcit portio hæreditatis cohaeredi praecipue non tantum cauſatiue cōtra cōmunē.

reſtituere teneantur dicito,ut in l.uideamus.ff.de uſuris & uide quę pleniſſimè diſſeruimus in lib.3. controuerſiarum poſt medium.

10 Reſoluit teſtamentum per abſtinentiam ſui hæredis in caſu de quo hic.

Caſus ſexageſimustertius. † Teſtamentum quoque rite & rectè factum poſtea reſoluitur prętextu portionis accrescentis ei qui iam portionem ſuam adiuerat,quale eſt cum ſuus hæres cum altero fuit hæres ſcriptus,extraneus adiuit, ſuus hæres abſtinuit eiuſq; portio per ius accreſcendi cohæredi extraneo delata fuit, qui negat decere † ut beneficium prętoris, qui ſuo hæredi facultatem abſtinendi conceſſit incipiat ei ſieri damnoſum.nam inſpecto iure ciuili ea portio hęredi ſuo,ſiue uelet, ſiue nolet inuito, & irreuocabiliter quærebatur l.neceſſarijs.ff.de acq.hæred. §.ſed his permittit prętor inſt.de hęred.quali.§.ſui, inſt.de hęr.quæ abinteſt.l.Cornelius.l.iam dubitari.ff.de hęr. inſt. eſt communis opin.ut dixi.ſ.§.1.nnm.5. licet quidam contrà. † Sicq; cum ea portio uacare non poſſet cohęredi nō accreſceret, cum poſt portionem quęſitam ceſſet ius accreſcendi l.1.§.interdum.ff.de uſufr.accreſc.l. ſed ſi plures §.filio impuberi.ff.de uulgari. Ergo cum talis portio ſemel hęredi ſuo ex legis ciuilis diſpoſitione quęſita cohęredi ſuo non poſſet accreſcere, niſi per interuentum beneficij prętoris,cumq; ſit iniquū tale beneficiū hęredi ſuo cōceſſum cedere in pernitiē cohęredis, euenit ut licet regulariter portio hęreditatis repudiata cohęredi ēt inuito ſoleat accreſcere ēt pręciſe,tñ hoc caſu ne prętoris beneficium huic incipiat eſſe dānoſum,nō accreſcat ei inuito pręciſè, ſed tm̄ cauſatiue.ſ.ſi uelit primordialē ſuā portionē retinere,ut in caſu ſuperiore, proximè dicebamus, à quo iſte in eo differt,q; ibi minor ille q̄ſierat hęreditatem iure additionis & ſic ex facto ſuo.hic autem ſuus hęres hęreditariam portionem quęſierat ex ſola legis diſpoſitione ſine ullo facto ſuo,ſicq; ibi minor per iudicem fuit reſtitutus, demū probata læſione, hic autem ſuus hęres per prętorem fuit ipſo iure prętorio ſubuētus,etiā nulla probata leſione,† quod ſi dixeris per dationē cohęredis extranei tollitur ſuitas ipſo iure ſecundum communem opin.ſicq; ſuus hęres non poterit hęreditatē patris ſui ipſo iure acquirere ex ui ſuitatis, quę extincta fuerat,ergo ceſſat totum noſtrum fundamentum,† Sicq; l.cum hęreditate.ff.de acq.hęred. in qua caſus iſte nititur,non probat hanc concluſionem reſpōdeā uerū non eſſe q; per dationem cohęredis extranei tollatur ſuitas,& ſic contra communem tenent ut non tollatur Argētinus,Bal.& Cuman. in l. ſi filius qui patri.ff.de uulg.Fulg. in l.3.C.de iure delib. Roman. in l. apud Iulianum.§. idem Iulian.ff ad Treb.Chriſto.de Caſtelj.& Alciat. nu.44. in d.l.ſi filius qui patri, & alij plures quos ipſi allegant prętertim Corn.nu.10.cum ſeq.in d.l.3. & hanc partem latiſſimè defendi.ſ.§.21.nu.83.ut iam fere hęc pars tam recepta ſit q̄ contraria.Agnoſco tamen q; quo ad intellectum d.l.cum hęreditate.in contrarium ſe habet magis communis opin. licet & nobiſcū teneant nō pauci per mille leges perēptorie id probantes q̄ miſere admiſſa cōmuni opi. uiolarētur.

11 Beneficium prętoris nullū debet eſſe dānoſum.

12 Accreſcendi ius ceſſat poſt portionē quæſitam.

13 Suitas non tollitur dationē cohæredis extranei.

14 Intell.l.cum hæreditate. ff. de acqu. hæred.

15 Reſoluitur teſtamentum per ſui hæredis abſtinentiam.

Caſus.64. † Teſtamentum rite & rectè factū poſtea reſolui poteſt per abſtenſionem ſui hęredis qui ſolus in teſtamento ſcriptus fuerat, neque immiſcuerat ſeſe hęreditati (in tribus.n.ſpeciebus proximè memoratis agebamus de hęrede qui hęreditatem adierat)l.nam nec emancipatus. ff.deleg.1.ubi expreſſum eſt filiumfamilias per beneficium prętoris poſteaquā eo uſus eſt & abſtinuit,reduci ad imaginem inſtarq; hęredis extranei,unde ut per extranei hęredis repudiationē ſoluitur teſtamētū l. ſi nemo.ff.de teſtam. tutela.l.ſi nemo.ff.de reg.iuris l.eam quā.C. de fideic.l.1. §. fi.ff.de uulg.l.proxime.ff.de his quę in teſtam.delentur, ita quoq; ſoluit̄ per abſtenſionē iſtius filij d.l. nā nec emancipatus. † Et licet utroq; caſu pariter reſoluatur teſtamētū, tñ cū p hęredis extranei repudiationē ſoluit̄,non eſt ſpes ulla reconualeſcēdi, ut dd.ll.non ſic in ſui hęredis abſtenſione qui intra trienniū pōt abſtenſionem ſuā reuocare,& iterū immiſcere,teſtamentumq; ſic firmare l. fin.C.de rep. hęr.l.ſuus.ff.de iure deliber. facit l.filij.C.ad Tertull Ergo quod in d.l.nā nec emancipatus,dr̄ filiumfa.poſtquā abſtinuit ad inſtar & imaginē emancipati redactū uideri,id qdē intelligendum eſt quoad actiones actiuas & paſſiuas, nam neq; ipſe conuenire poterit debitores hęreditarios, neque à creditoribus hęreditarijs conuenietur, non tamen ex eo to eius ſuitas p. rempta per talē abſtenſionē fuiſſe uidebit.

16 Suitas aliter ſine non extinguitur.

Addet q; hęc cōditio ſi uoluerit,facit ſiſii inſtitutionem cōditionalē,& intellige de cōditione ſuſpēſiua, & cōſequēter impedit tranſmiſſionē oēm pēdēte cōditione,utrunq; tenet,& dicit cōiter teneri Soc.in l.cōditionib.pupillus. col. 2.in fi.cū prin.ſeq.ff.de cōdi.& demon.Soc.in l.1.ff.de uulga.col.23.in prin.Cōtrariū imò q; nō reddat filij inſtitutio cōditionalis tenuit gl.fi.in l.ià dubitari.ff.hęr.inſt. & Lancil.Politus.in tract.uulg.ſ.bſt.3.part.nu.93.cuius opinionē puto ueriorē.Nā iura dicētia q; hęc conditio ſi uolet, facit filij inſtitutionē cōditionalē qualis eſt l.Cornel.& l.ià dubitari,& l.ſuos quoq;, p totā cū duabus ſequen.de hęre. inſti.ff.& l.uerba.ff.de cōdi.inſti.ſunt intelligēda p d.l.uerba.ff.de cōd.inſt. q; filii inſtitutio uideat habere cōditionē nō ſuſpēſiuā ſed reſolutiuā,ut ſi nolit hęres nō exiſtat,ſub hac.n.cōditione filius hęres ex teſtamēto eſſe deſinit ſi de eius uolūtate cōſtiterit interim ergo hęres eſt mero iure, & cōſequit̄ hęreditatē ex potētia ſuitatis tanquā q̄ſitā, illaq; cōditione nō obſtāte traſmittit,put ēt tenuerūt. Bal. & Ang.relati p Soc.in d.l.condit.col.3.in prin.facit in ſimi li.l.2.cū pluribus ſeq.ff.de in diē.addictio. ad idē l. cōdit.ſ. alleg.intelligendo ea in oi cōditione poteſtatiua. nā ibi dr̄ q; filius ſub cōditione poteſtatiua inſtitutus quādocunq; conditionem impleuerit hęres exiſtet ex potētia ſuitatis. ſuitas.n.per talē cōditionē ſublata non fuit licet fuerit ſuſpenſa interim dū pendet conditio,q̄quidē ſuſpenſio ceſſat ſiue poſtea cōditio exiſterit.ut d.l.conditionibus,ſiue deſecerit,ut d.l.fi.de condi.inſti.ff.uerſi.qui ſi neminē, ſecundū quod.ſ.declarauī.ſi ergo ſuitas p talē conditionē nō perimit. ergo nō ceſſat traſmiſſio ex potētia ſuitatis. prout eſt expreſſum in d.uerſi.q ſi neminē, & cōſequēter non eſt uera conditio quandoquidem tranſmiſſionem nō impedit.iuxta l.unicā.§.ſin autem ſub conditione.de cadu.tollen. Tertiò certum eſt, q; talis conditio non impedit tranſmiſſionē ex potentia iuris deliberandi. in extraneo,ergo ſimilem tranſmiſsionem in ſuo impedire non debet, arg.l.fi.C.de codic. & glo.in l.3.C.de iuris & facti.ignoran.tex.& glo.in l. cum quis teſtamentum.ff.de falſis. quod in extraneo non impediatur eſt glo.communiter approbata. in l.Cornelius.ff.de hæred.inſtitut.abſurdum ergo eſſet filiis denegari, quod extraneis conceditur. Quartò hæc conditio adiecta uidetur filiorum fauore, ut ſi nolint hæredes non exiſtant d.l. uerba.ergo in eorum damnum retrahi non debet.contra l. quod fauore.ff.de reg.iur.l.non ideò minus.C.de procura. Quintò hęc conditio filiorum fauore adiecta fuit, ut ſi nolent hæredes non exiſterent d.l.uerba.ergo ſi per eam impediretur tranſmiſsio,quæ ſibi proficua eſt, iam damnificarentur, ſicq; actus teſtatoris interpretaretur præter eius intentionem.contra l.non omnis.ff.ſi cert.peta.imò contra uoluntatem patris ea interpretatio eſſet, contra l. legata inutiliter. de legat.1. l.legata inutiliter.ff. de adimen.lega. Sextò omnis effectus regulatur à ſua cauſa.l. cancellauerat. ff.quę in teſtamen.debentur l.cum pater.§.dulciſsimis. de lega.2 l.adigere.§.quanuis.ff.de in ius uocan.l. generaliter de epiſcopis, & clericis. quod obtinet inteſtatoris legis contrahentisq; diſpoſitione, ut dictis.ll. ſed cauſa propter quam hęc conditio appoſita fuit, fuit fauor filii, ut ſi nolit,hęres non exiſteret. d.l.uerba. ergo illius conditionis operationes debent reſtringi ad filii commodum, ut eius incommodum operari nō poſſint. Stat ergo q; illa cōditio non facit conditionem ſuſpenſiuam, & ſic tranſmiſsionem nullam impedire poteſt. quod eſt intelligendum quando filius nec habet cohęredem nec ſubſtitutum, nam ſi haberet tunc pendente conditione filius hęres eſſe non poſſet ex teſtamento propter conditionis pendentiā, quæ teſtamenti firmationē impediret,nec abinteſtato propter cohęredem, uel ſubſtitutum qui ex teſtamento ſuccedere poſſent,ergo &c.ut l.quandiu.ff.de acquirenda hęred.ita pro-

17 *Conditio ſi uolet, in duo intelligitur ſuſpenſiua, non tantum reſoluti ua,unde impedit.ius hæredis exiſtētiam, & tranſmiſsionem etiam ſecūdum cōmunem opinionem, de cuius ueritate diſcepta tur, eſtq; egregia q.*

18 *Tranſmiſsionem iuris deliberandi non impedit hæc cōditio ſi uolet, adiecta in extranei inſtitutione.*

19 *Concordia inter communem opi. & contrariam.*

cedit.l.fi.ff.de cond. inſti. ſecundum quod ſupra declaraui. Item † etiam ſi nec habeat cohæredem,nec ſubſtitutum ad huc tamen licet per appoſitionem huius conditionis, ſi uolet,filij inſtitutio non efficiatur conditionalis,quoad hoc ut impediatur ſaltem abinteſtato poſt conditionis defectum tranſmiſſio, tamen bene efficitur conditionalis quantũ ad hoc ut pendente conditione ſi filius decedat hæreditatem ex teſtamento (prout ſibi fuit delata) tranſmittere nõ poſſit, licet tranſmittat abinteſtato, hæc duo probantur in d. uerſi.qui ſe ueminem,ubi filius ſub conditione quæ ultimo uitę ſpiritu impleri non poterat, (qualis eſt iſta conditio, ſi uolet,iuxta l.fin. cum glo.ff.quando lega.cedat,)inſtitutus,ſi ante huius conditionis implementum deceſſerit, teſtamentum deſtituitur, & hæreditatem quaſi teſtamẽtariam tranſmittere non poteſt,licet poſſet quaſi legitimam. Vnde cum quæritur an per appoſitionem huius conditionis, ſi uolet, filij inſtitutio reddatur conditionalis. Reſpondeo ꝙ reddit conditionalis quoad impediendam diſtam tranſmiſſionem hæreditatis ex teſtamento faciendam,& ſic impeditur trãſmiſſio hæreditatis facienda eo modo,uel eo iure quo delata eſt,licet non impediatur tranſmiſſio hæreditatis abinteſtato facienda, & ſic alio iure,uel alio modo, quàm delata eſt.quam concordiam nota , quia eſt contra communem opin. uolentem omni iure tranſmiſſionem impediri,& forte id non longè diſtat a mente eorum,qui communem opinionem tuentur,quia re uera conditio(ſi uelit)ſuorum inſtitutionem conditionalem facit licet ſuitatem nõ extinguat. ut plenius.3.§.19.per totum,ſicq; uerior uidetur communis opin.contra Politum & reliquos. Ad argum.contraria reſpõ debimus in quæſt. ſeq.

20 *Conditio ſi uelit ,ſhodie impedit trãſmiſſionem ex potentia ſang. uel iuris deliber. ſuntq; duæ egregiæ q.*

Quid † autem in tranſmiſſione ex potentia ſanguinis de qua in lege unica.C.qui ante aper.tab.& dic quòd cum iſta competat liberis ſuitatem non habentibus , & ſic qui licet hæreditatem non aditam ex potentia ſanguinis tranſmittant,tamen ea ipſo iure non acquirunt , nec eam tranſmittunt tanquam quæſitam, ſed tanquam quærendam, & tunc iſti tales ſi ſub conditione, ſi uelint, inſtituantur, tranſmittere poterunt (ut quibuſdam uidetur) uel ex potentia iuris deliberandi ſi deliberantes deceſſerint . ut d.l. cum antiquioribus,uel ex potentia ſanguinis ſi deceſſerint ignorantes,ut d.l.1.C. qui ante aper. tab. nam hæc conditio , ſi uolet,in iſtis conditionem non faciet,cum ſine aditione ſua non poſſent hæreditatem quærere,ut in lege Cornelius.ff. de hæred.inſtit.l.uerba.ff.de cond.inſtit.ſed caue,quia licet ſine aditione ſua hæreditatem quærere nõ poſſint,poſſunt tamen etiam ante aditionem tranſmittere. d.l. unica . unde hæc conditio, ſi uelet , uidetur adiecta ut illam tranſmiſſionem impediat ne alias nihil operetur conditio,contra l. ſi quando.ff.delega.1.& glo.nota.in l.ſi quando . in princ.C. de inoffic. teſtam. Confirmatur per d.l. Cornelius . & d.l. uerba. ubi dicitur , quòd hæc conditio , ſi uelet , ideò extranei inſtitutionem non facit conditionalem quòd talis conditio ſuperuacuo adiecta uidetur attento iure fforum , ergo à contrario ſenſu innuit, quòd conditionem facerent ſi ſuperuacuo adiecta non uiderentur illa uerba, ſed attento iure.C. ſuperuacuò adiecta non uidentur , ergo conditionem faciunt , quòd non uideantur , patet in dicta lege . cum antiquioribus . & in dicta lege unica . qui ante aper. tabu. Tertio confirma , nam ut uerba aliquid operentur recedimus à proprietate uerborum , tam in ſtipulationibus , ut lege ſtipulatio iſta .§. hi qui. &.§. hæc quoque.ff. de uerborum obligationibus . iuncta l. poſſeſſio . in princ. eodem titulo, quàm in legatis . ut lege fundus qui locatus.ff.de fun. inſtru. Sed & in conditionibus in quibus proprietas maximè attenditur iuxta l. qui hæredi. in prin. & l. Mæuius.ff. de condit. & demonſtrat. adhuc in eis recedimus à proprietate uerborum ut uerba aliquid operentur . lege qui hæredi.§. dominus . ubi Socinus de conditioni. & demonſtrat.ff. licet per hoc uitietur regula legis non aliter.ff.delegat.3. ſi ergo contra tot regulas imus ne uerba nihil operentur , quanto magis dicemus hoc caſu tranſmiſſionem impediri , nè nil hæc adiectio , ſi uoluerit , operetur , unde probabilius puto, quòd ſi extranens, hodie ſub hac conditione ſi uolet, inſtituatur eius inſtitutio reddatur conditionalis quoad hoc, vt pendente conditione hæreditas ex potentia iuris deliberandi non tranſmittatur ; Nam quòd tranſmiſſio ex potentia iuris deliberandi & etiam ex potentia ſanguinis impediatur per conditionis appoſitionem expeditum eſt , vt in l.vnica.§.in nouiſſimo cum ſequen.ad fi.§.ſin autem ſub conditione. C.de cadu. tollend. & hoc puto ueriſſimum, quod etiam tenuit Imola.relatus per Socinum,in l.1.ff.de uulg.col.20. cũ.4.ſequentibus,qui contrarium tenet poſt Alex.ibidem,num.16. cum ſequentibus,& poſt Areti.ibidem, col.7. & 8 . & poſt gloſſ approbatam in l.Cornelius,ſupra allegata,ſed licet omnes teneant contra Imolam, quòd illa uerba etiam hodie inſtitutionem extranei conditionalem non faciant quoad impediendam tranſmiſſionem , ego teneo cum Imola , per prædicta, ꝙ imo impediatur tranſmiſſio ex potẽtia iuris deliberandi per appoſitionem huius conditionis , ſi uoluerit, ſiquidem apponatur in inſtitutione extranei.Et per eaſdem rationes & fundamenta teneo quòd talis conditio impediret tranſmiſſionem ex potentia ſanguinis. Nam vt hæreditas ipſo iure non acquiritur extraneis de quibus in d.l. cum antiquioribus, ita etiam ipſo iure non acquiritur liberis,de quibus in d.l.unica . Item ut extranei deliberantes, de quibus in d.l.cum antiquioribus tranſmittunt hæreditatem non aditam,ut ibi,ita & liberi ignorantes de quibus in d.l.unica.hæreditatem non aditam tranſmittunt , ut ergo hæc conditio.ſi uolet , illorum extraneorum inſtitutionem ſecundum nos conditionalem faceret , & conſequenter tranſmiſſionem ex potentia iuris deliberandi impediret eo quòd alias nihil operatur illa conditio , ſi uolet,niſi talem tranſmiſſionem impediret, ita & hæc conditio , ſi uolet,appoſita in inſtitutione liberorum, de quibus in d.l. unica.tranſmiſſionem ex potentia ſanguinis impediet, eo quòd alias nil operaretur niſi eam impediret .

Denique ꝙ illa cõditio,ſi uelit,faciat conditionẽ in hærede ſuo,& non faciat conditionem in extraneo hærede ideo inductum eſt,quia in extraneo hærede ociosa, ſuperuacua & fruſtatoria talis conditio eſſet, cum idẽ per omnia & integraliter futurum eſſet etiam ſi talis conditio adiecta non eſſet,at in ſuo ideo facit conditionem quòd aliquid poteſt operari,ut ſic illa verba , ſi uolet, ſemper faciant conditionem,niſi quando impoſsibile eſt, quòd talia uerba aliquid operentur, ut nominatim & expreſsim hæc ratio redditur in d.l.uerba hæc,& in d.l.Cornelius , & facit l.ſi ita legatum.§.illi ſi uolet.ff.de leg.1 . Nec dubiũ eſt †quin ratio expreſſa in lege habeatur pro lege uere & non interpretatiue tantum ex ui cõprehenſiua,non ex ui extenſiua,quaſi ipſa ratio in lege expreſſa ſit uera lex , & deciſio loco exempli habeatur quod non arctat regulam , ſed ut hoc uerbum animal, utpote genericũ comprehendit ſub ſe uere oẽs ſpecies animalium,ita ratio expreſſa in lege , ſi eſt generalis oẽs caſus qui ſub ea poſſunt cõtingere,ut uera lex cõprehendit , & non ſolum illũ caſum qui ibi ſpecialiter deciſus fuit , nam ille habetur loco unius tantum ſpeciei ſub illo genere cõtentæ,ut per Bal.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu.col.7.uerſi. tertio quero, & col. ſi. uerſi.2. Alex.cõſ.75. uidetur in præſenni,col.1.lib.5.Iaſ.in l.a Titio. in prin. col.ſi.ff.de uerb.oblig. l.non poſſunt. l.non ut ait.l. ideo quia.ff.de legibus.Bald.in lege,de quibus , colũ.duodecima.ff.eodem. Cumanus,Paulus,& alij in lege , ſi uero. §.de uiro.ff.ſoluto matrimonio . Fulgoſius , conſilio . 104. Titius condidit . columna ſecunda . Andreas Tiraquellus, de cauſa ceſſante,part.prima,numero 153. Alexander in lege quarta.§.Cato,columna ſexta. ff. de uerbor.obligation. lege fina.C.de indicta uiduita.Decius in lege non uidetur. columna fina.ff.de regulis iuris . Abbas in capitulo primo , columna tertia de iurament . calumn . lege nominis , & rei . §.uerbum . ff. de uerborum ſignificationibus . Id quod & tenent alij quam plures quos retulimus ſupra.§. duodecimo.numero.85.ex quorum dictis apparet hanc eſſe receptiſsimam opinionem.Modo ſic illa cõditio, ſi uolet, appoſita

21 *Ratio legis eſt lex ipſa uere.*

apposita in institutione extranei, licet olim nihil omnino posset operari, quia neq; operabatur quo ad hæreditatis acquisitionem impediendam, cũ extraneus eam acquirere nequiret nisi prius declarasset eã se uelle.§-fi.inst.de hære. quali.l.3.4.&.5 & l.nolle.ff.de acq.hær.nec quoad transmissionem hæreditatis impediendã,quia iure illo. ffor̃ nullo omnino casu hæreditas non adita transmittebat.§. in nouissimo.C.de cad.toll.tñ hodie cũ hæreditatem non aditã possit extraneus transmittere beneficio iuris deliberandi l.cũ antiquioribus.C.de iure delib.euenit ut cõditio si uelit,si hodie in institutione hæredis extranei apponat utilis sit,quia impediet illã iuris deliberandi transmissionẽ iuxta §.fin autem aliquid sub conditione.C.de cad. toll. quia in dd.ll.scilicet in d.l.Cornel.& d.l.uerba.hæc ratio expressa fuit.s.quia eo tempore conditio illa superuacua erat, ideo extranei hæredis institutionem conditionalem non faciebat,hodie autem superuacua nõ erat, unde non potest nõ facere conditionalem talem institutionẽ cũ ratio in dd.ll. expressa,lex ipsa nõ interpretatiue rantum sed etiam uerè sit. Idemq; iisdem legibus & rationibus procedit in institutione liberorũ suitatem non habentium, qui hæreditatem non aditam iure sanguinis ad suos descendentes transmittere possunt,iuxta l.un.C qui ante aper.tab.nã & illi si hodie sub conditione,si uelint,hæredes instituantur, talis institutio conditionalis uidebitur, cũ per eam illius hæreditatis non aditæ transmissio impediatur, sicq; non possit uideri inutilis, aut superuacua, & consequenter cessat ratio expressa in d.l.Cornel.& in d.l.uerba.Tenendo istam partem non obstat q̃ ut quibusdam uidebatur hæc conditio si uelit,ad utilitatem honorati adiecta uideatur,sicq; non expediat in ipsius læsionẽ conuerti.nã omnino negamus talem conditionẽ ad honorati utilitatem adiectã uideri,cũ contrariũ constet ex d.l.si ita legatum.§.illi si uolet.ff.de leg.1.

22 Illud aũt existimo,quod † talis conditio si uelit, cũ institutioni,uel legato adiicit impleta uidebitur non solũ qñ honoratus uerbis expressis, & ueluti ad hanc rem conceptis declarauit se uele, sed etiã si id tacite declarauit, quale est cum fecit actũ qui citra ius & nomen hæredis,aut domini fieri non poterat,ut in simili per l.pro hærede.§.fi.& l. gerit.ff.de acq.hæred.&.§.fi.inst.de hæredum qualit. & differen.facit l.nutu.ff.delega.3.l.fi iure,eod.tit.l.1.§. si quis ita. ff.de verb.oblig.& glo.noc.in l.iubemus.C.de testam. & l. nemo dubitat.ff.de hær.inst.l.1.§.fin.ff. de dote prælegata.

Conditio si uelit quãdo uideatur impleta.

23 Adde † q̃ si statutum ait, q̃ filius ab hæreditate patris possit abstinere,anteaquã filius abstineat,illud statutũ nihil operatur, nã filius nihilominus ipso iure hæres existet uel ex testamento,si testamentum factum fuit, uel abintestato si factum non fuit, at postquam filius abstinuit illud statutum multum operaretur, nam filius qui alias etiam si usus beneficio prætoris abstineret adhuc hæres mero iure remaneret, quia prætor non potest facere quem hæredẽ esse desinere ipso iure,ut §.quos autem.inst.de bon.poss. nunc tamen si usus licentia statuti talis filius abstineat,etiã ipso iure hæres esse desinit,ut nota.in l.in substitutione.ff. de uulga. ratio, quia statutum est ius ciuile l. ius ciuile l. omnes populi.ff.de iust.& iure,ergo &c. ut §. sed naturalia.inst.de iure nat.itaque illud statutum anteaquam deducatur ad actum nil operatur,nec tollit suitatem, sed postquam ad actum deducitur,tunc operatur,nam tollit suitatem,ita Bal.in l.qui se patris. num.5.& ibi Paul. num.7.C. unde lib.Nec obstat impugnatio.Pauli in l.3.C. de iure delib.dicentis q̃ imò ab initio p̃ tale statutum tollitur suitas, ne alias statutũ nil operet, nam respondeo q̃ imò multum operatur,& si suitas ab initio sublata non uideatur ut dixi, effectus est propter id quod habetur per Bart. & omnes in l.cũ filio.ff.deleg.1.ubi nudũ nomen hæredis quod remanet apud filium qui usus beneficio prætoris abstinuit multum operatur. Hinc infertur nota.limitatio. ad l.fin.C.de repu. hæred.& legẽ suus quoque.ff.de iure deliberan. ubi habetur secundum Doct. communiter ibi quòd suus hæres qui abstinuit potest infra triennium abstensionẽ suam reuocare,idq; secundum Doct.ibi facere potest suus hæres propter nudum nomen hæredis, quod penes eum etiam post abstensionem remansit,unde ille si usus beneficio, & licentia statuti abstineret, cum etiam illud nudum nomen hæredis penes eum non remaneret, sequitur quòd talem abstinentionem reuocare non possit, cessaret, quæ beneficium.d.l.fi.quod not.quia sing.

Statutum quòd filius possit hæreditate patris abstinere quid operetur, not.q.

Adde † quòd ius transmissionis ex potentia suitatis sanguinis uel iuris deliberandi contingentis, est potentius quam ius uulgaris substitutionis secundum Socin. in l. 1. col.18.cum sequenti.ff.de uulg. ubi latissime dicit hanc esse communem opinionem,& ibi Ias.nume.15. cum plurib. sequen.qui eandem dicit communem opinionem, & Bart. ibi,nume.20.Huius communis opinionis potissimum fundamentum ac uerum est,secundum Socin.& Ias.ubi supra, de text.in l.unica. §. cum autem in superiore. C. de cadu. tollen.inducendo ut ibi per eos, tamen adde aliud fundamentum a nullo ante animaduersum, uerum ac reale,de l. unica.§ in principio.& §.pro secundo,iuncto §.nouissimo, C.de cadu.tollen.nam in §.in principio, & §. pro secundo dicitur quòd excluso eo qui primo nominatus est, taliter quòd transmittere non possit, quia uiuo testatore decesserit,tunc admittitur substitutus,deinde in §. nouissimo. dicitur,quòd si post mortem testatoris ille primo nominatus decesserit,& sic tempore quo transmissio fieri potest, tunc dies legati cedit quo ad transmissionem,& de substituto an admittatur nec ne, uerbum nullum constat, ergo substitutum per transmissionem excludi, quandoquidem cum transmissio locum habere potest de substituto mentio non sit nec eum lex uocat, licet eum uocet cum transmissio fieri non potest. Nec dicatur quòd illud in legatis,secus in hæreditatibus,nam subdit text.in d.§. in nouissimo, quòd hæreditatum non agnitarum quædam transmittuntur,quædam non transmittuntur, significans quòd quando non transmittuntur substitutus admittitur, quando uero transmittuntur excludetur, Idque etiam suadetur ex d.l. unica.§.si autem aliquid sub cõditione,ubi in relictis conditionalibus si primo honoratus pendente conditione decedat,tunc lex uocat substitutum nempe ea ratione quòd constat pendente conditione transmissionem fieri non posse,l.si ita expressum,l.sub diuersis de condi.& demonst.l.si decem cum petiero,l.qui Romæ.§. Augerius.de uerb.sign. l.si pœnam. quando dies leg.ced. & d.§.fin autem aliquid sub conditione, at in quibus casibus transmissio fieri potest,substitutum non uocat,ut in d.§.in nouissimo, in prin. & in uersiculo,hæreditatem ergo &c.

24 *Transmissionis ius cuiusque an sit potentius uulgar.substit.*

Adde quòd † est casus singularis,in quo filius meus mihi hæreditatem, in quo fuit institutus acquirit sine iussu meo,scilicet in l.qui in aliena.§.interdum.ff.de acqu.hære. Alios quatuor casus enumerat Ias. ibidem, col.3. in princ.

25 *Intellectus l.qui in aliena §. interdum.ff.de acqu.haere.*

Adde quòd non solum hæreditatem mihi sine iussu meo, sed etiam sine immissione sua acquirit, ita notant Paul.ibi & Areti. colum.2.in princ.unde infert Paul. contra Barto. quem allegat † quòd non solum acquisitio irreuocabilis, sed etiam reuocabilis acquiritur patri per filium, quod uerissimum esse puto per d.§. interdum, ultra Paul. adde bonum tex.in l.seruo inuito,in prin.ad Trebel. ubi siue hæres iussus sit restituere hereditatem mihi, siue seruo meo, utroque casu restitutio in persona serui me uetante seu ignorante fieri non potest, at mihi utroque casu restitui potest sine consensu serui. † Ecce ut fideicommissum uniuersale, licet reuocabiliter acquiratur tamen acquiritur ipso iure domino per seruum, & pariter per filium patri, nam ut late concludit Ias.post alios, in lege, cum filio,delega.primo.saltem per iudicis officium statim post mortẽ testatoris acquiritur fideicom. uniuersali, cuius ratione fideic. transmittit. Ad idem & tertio est tex. clarus in l. filio,ubi Socin.de cond.& demonst. ubi legatum seu fideicommiss.singulare ipso iure quæritur per filiũ patri, & tamen constat acquisitionem illam reuocabiliter esse,cum pater possit repudiare, Ad idem tex.in l.septima,uel octaua.de leg.1.sed magna controuersia est,utrum in d.§.interdum filio per nepotem acquiratur hæreditas cũ beneficio

26 *Patri per suum filium acquiruntur ura etiam re uocabilia.*

27 *Trãsmittitur fideicommiss. uniuersale.*

28 *Abstinendi beneficiũ competit patri,cui per filiũ fuit hæreditas ipso iure quæsita.*

abſtinendi, necne. Aretin. ibi. col. 2. in princ. tenet quòd acquiratur cum beneficio abſtinendi, niſi pater filium immiſcere iuſiſſet, quo caſu inquit hæreditatem patri per filiũ irreuocabiliter acquiri & utrunque puro uerum, nam ꝙ regulariter patri in terminis d. tex. cum beneficio abſtinendi acquiratur, patet per l. ſi filius qui patri, de uulga. ibi etenim ius dicentis propoſitum eſt liberos oneribus hæreditarijs non ſponte ſuſceptis liberare, at niſi filius abſtinere poſſet, certe filius oneribus hæreditarijs non ſponte ſuſceptis, non liberaretur, quod eſſet contra d. l. Secundo probatur, l. ſiquis filium. §. 1. de acquirend. hæred. ubi filius hæreditatem ex potentia ſuitatis tranſmittit cum beneficio abſtinendi, ſic & in propoſito iſte filius hæreditatem nepoti delatam debet poſſe repudiare, nec dicatur, quòd in l. ſi quis filium. hæres erat extraneus, & ſic hæreditas ſibi mero iure quæſita non fuit ſecus, in d. §. interdum ubi mero iure patri quæſita fuit, nam reſpondeo quòd ſicut extraneus ante additionem hæreditatem nullo modo quæſitam poteſt repudiare, l. ſicut. C. de repud. hæreditat. ita etiam filius hereditatem etiam mero iure quæſitam ante immiſtionem poteſt expernere. l. neceſſarijs. de acquirend. hæredita. §. de his inſtitu. de hæred. qual.

Præterea cum lex ſiquis filium loquatur generaliter, poteſt generaliter & debet intelligi ut procedat etiam ſi is in quem fit tranſmiſſio eſſet de numero ſuorum & neceſſariorum, ut is hæreditatem ad ſe tranſmiſſam meroque iure ſibi quæſitam poſſit repudiare. Poteſt & tertio ponderari, d. l. ſiquis filium, in ratione ſui, dum ait, quòd quæ facultas abſtinendi competit ei cui primo loco debita fuit, eadem competit ei in quem is transmittit, ſed ſi nepos non haberet patrem, poſſet abſtinere, ergo. & is in quẽ tranſmittit uel cui acquiſiuit. Sed certe hoc fundamentũ poteſt contra me retorqueri, nam nepos ille abſtinere non poteſt, ut probatur ſupra, ergo nec is cui acquirit, ergo tene quòd inter minis. d. §. pater poſſit abſtinere, nec alias aperiretur uia qua patres poſſent hæredes neceſſarios auo nepotes facere, eisq; abſtinendi beneficium auferre, licet Paul. in d. §. interdum. teneat oppoſitum & male, ſecundum Aretinum, ibi, col. 2. in princ. Sed certe & Paul. idem tenere uidetur in libro meo. Hoc tamen limita niſi pater iuſiſſet nepotem imminiſcere, nam tunc ſecuta immiſtione irreuocabiliter patri per nepotẽ hæreditas quæreretur ſecundum eũdem Aret. per l. ſeruo inuito, in prin. ad Treb. Vnde infertur magna declaratio ad d. §. interdũ, dum ait patri per nepotem hæreditatem abſque iuſſu patris acquiri, nam eſt intelligendum hæreditatem mero iure abſque iuſſu. Vt autem acquiſitio irreuocabiliter fiat, oportet iuſſum interueuire.

29 *Reſolui poteſt teſtamentum pœnitẽtia filij qui ſe exhæredari aut præteriri conſenſit.*

Caſus ſexageſimus quintus. Teſtamẽtum † rite & recte factum poſtea uitiari poteſt per pœnitentiam filij qui ſe præteriri aut exhæredari conſenſit, ſcis enim communem eſſe ſententiam filij famul. præteritione ab initio teſtamentum ualere non deſinere, quando is ſe præteriri conſenſit, quòd ſi ſui exhæredationi conſenſit, tunc ex poſt facto contra id teſtamentum querela efficax nulla erit, ita gloſſ. communiter approbaa in lege ſi quando. §. & generaliter. C de inoffic. teſtament. de qua diximus plene (quia dubia eſt) ſupra, §. 10. nume. 527. uerſic. modo quæro cum plurib. ſequen. At ea communi opinione (ſine ueri præiuditio) retenta, nos eam limitauimus, ut ſaltem non procederet, quando is filius in tali conſenſu non perſeuerauit per totum tempus uitæ patris, ſed eo uiuo (quo tempore adhuc erat teſtamenti mutandi facultas) pœnituit pœnitentiamque ſuam patri notam fecit. tunc enim per talis pœnitentiæ interuentum illud teſtamentum infirmari inciperet, argum. legis finalis. C. de pactis. & legis qui ſuperſtitis. ff. de acquiren. hæredita. legis ſi quando. §. illud. C. de inofficioſ teſtament. ibi huiuſmodi pacto filium minime pregrauari, quod dic, ut plenius ſupra §. decimo, nu. 530, cum ſequent. verſi denique pro concordia.

30 *Reſolui poteſt teſtamentum*

Caſus ſexageſimus ſextus. † Teſtamẽtum rite & recte factum ſimiliter poſtea poteſt infirmari per emendationem filiæ ob turpitudinem ſuam exhæredatæ iuxta authentic. ut cum de appella. cognoſ. §. cauſas, legẽ ſi filiam, & auth. ſed ſi poſt uiginti, cum utrobique notatis. C. de inoffic. teſtament. Scis enim quòd hodie ſecundum communes opiniones † tam exhæredatio, quam præteritio requirunt iuſtę cauſæ expreſsionem, aliter enim teſtamentum eſt ipſe iure nullum. §. aliud quoque capitulum, in diẽt. authent, ut cum de appella. cog. authent. non licet, & utrobique communiter docto. tradunt communiter doctores in prin. inſtit. de exhæreda. libe. & in lege, maximum uitium. C. de lib. præteri. dixi plene tenendo contra communem, ſupra, §. circa princ. Vnde ſi in initio interfuit iuſta cauſa præteriendi uel exheredandi filiam propter ſuam turpitudinem eaq; laudabiliter uiuo adhuc patre emendata fuit, ea cauſa quæ initio iuſta erat quaſi ad non cauſam modo redacta fuerit, ceſſare uidetur iuſtitia illius exhæredationis uel præteritionis, argumen. legis ſi fullo. ff. de condit. cau. da. l. adigere §. quanuis. ff. de iure patronatus, legis cum pater. §. dulciſſimis. ff. de legat. ſecundo. & quæ latiſsime tradit Andr. Tiraq. de cauſa ceſſante in prima parte, & quod in ſpecie probat. d. §. cauſas, uerſi. 4. uerb. permanſerit. ubi qui ſui turpitudine præbuit iuſtam cauſam ad ſuimet exhæredationem uel præteritionem, is ſi laudabiliter emendatus fuerit, iam non iuſte exhæredatus aut præteritus uidebitur, unde ut ſi initio ſine iuſta cauſa exhæredatus, aut præteritus fuiſſet teſtamẽtum, non ualeret, ita & quando abinitio iuſta cauſa interfuit, quæ tamen poſtea ad non cauſam redacta eſt, iuſtitia exhæredationis aut præteritionis euaneſcit, ſicque teſtamentum infirmari poterit, ut in ſpecie tenuit, ita Alexa. num. 33. in l. 1. ff. ſoluto matrimonio, ubi Claudius, col. 5. & Iaſ. nume. 6. in l. in arenã. C. de inoffi. teſta. Vnde multa bona inferunt, ſed nos ſupra teruimus contrarium. ſin §. 10. num. 612. ubi uide noſtram diſtinctionem.

tum emendatiõe eius qui ob ſuam turpitudinẽ ſue rat exhæredatus.

31 *Teſtamentũ an uitietur ipſo iure, eo quod cauſam exhæredatione, aut præteritione non fuit expreſſa.*

Caſus ſexageſimus ſeptimus. † Teſtamentũ rite & recte initio factum poſtea ſimiliter poſſet infirmari, ſi filius (qui forte uiolentas manus in patrem mouit, uel ſimile quippiam perpetrauit, quapropter iuſte exhæredatus fuit) pœnitentiam egerit, tunc enim quaſi cauſa illa exhæredandi ad non cauſam redigatur, perinde teſtamentum infirmari poterit ac ſi ab initio iuſta cauſa nõ interfuiſſet, ut eſt communis opinio, de qua per Iaſ. in d. l. in arenam, col. ſi. nu. 6. Idem Iaſ. col. 1. in auth. non licet. C. de libe. præter. Idem Iaſ. num. 10. in l. filio quem pater. ff. de lib. & poſth. eſt communis opinio ſecũdũ Eman. Coſtam in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib & poſth. par. 3. nu. 189. firmat eſſe cõem Catellianus Cotta in memorabili incipiente filius f. Franc. Ripa in l. 1. ff. ſoluto matrimo. nu. 31. & tenent alij quã plures quos retuli ſupra. §. 10. nu. 612. cum ſeq. præſertim in uerſi. ſtat ergo, ſed ibi plene contrarium defendimus, nec expedit repetere. Iſte autem caſus eo differt ab eo, quem proxime retulimus quòd ibi filiam in ſemetipſam peccauit, hic uero filius in patrẽ ſuũ (res nefanda) impius extitit.

32 *Reſoluitur teſtamentũ ex poſt facto in caſu de quo hic, ſecũdum communem opinionẽ contra.*

Caſus ſexageſimus octauus. † Teſtamẽtum rite & recte factum poſtea etiam infirmatur, uel infirmari põt, quãdo pater filiũ exhęredatũ adoptauit iuxta l. filio quem. ff. de lib. & poſth. l. non putauit. §. ſi quis filiũ exhæredatũ. ff. de bo. poſ. contra tab. tunc. n. cauſa exhæredãdi, quæ præceſſerat ut cũq; iuſta eſſet, remiſſa tacite a patre uidetur, iuxta. §. fi. inſti. de iniur. & quod tradũt Bar. & doct. in l. 3. §. fin. de adim. leg. & plene Rip. in l. fi. C. de reu. don. ſicq; cũ iuſtitia exhæredationis ratioq; euanuerit, ceſſat uirtus ipſius exhæredationis, & ꝙ hoc teſtamẽtũ põt infirmari, nõ ſecus, ꝙ ſi ab initio nulla iuſta cauſa exhæredandi interfuiſſet, facit l. quidã cum filiũ. ff. de uerb. obli. & quæ ibi traduntur per Bar. nu. 3. & per Iaſ. nu. 14. neq; mouet me d. l. filio, dum in hoc caſu ait exhæredationẽ nocere filio, nam intelligitur quo ad primordialẽ illius teſtamenti firmitatẽ, non quo ad excludendã querelam ut diximus ſupra §. 10. nu. 529. cum pl. præ. & ſeq. ubi uidemus multa ſimilia. Agnoſco tamen ꝙ aliter. d. l. filio. uidentur intelligere Bar. Iaſ. Alciat. Aret. & alij cõiter, ſed minus recte ut nobis uidetur.

33 *Reſolui poteſt teſtamentum, quando pater filium quem exhæredauerat poſtea adoptauit, eſtq; egregia declaratio.*

Caſus

34 Casus sexagesimus nonus. † Testamentum rite & recte factum postea etiam uitiari potest, si illud testator cancellauerit, seu cancellare iusserit. l. proxime. l. cancellauerat. ff. quæ in testamen. delentur cuius rei rationem assignamus supra §. 11. † Tale tamē testamentum non ipso iure infirmatur, sed ope tantum exceptionis secundum glo. cum qua transeunt ibi Bart. Alber. & alij communiter in l. 1. ff. quæ in testamento delentur. Sed quia euenit ut iniussu testatoris tale instrumentum rasum & cancellatum inueniatur interdum anpsumatur iussu testatoris, an uero iniussu eius deletum, uel à quo uitiatum præsumatur diximus supra. §. 17. nume. 60. uersi. deinde & 24. Et in re dubia instrumentum uitiatum, falsum esse præsumitur, ut docuimus supra §. 17. nume. 65. uersi. Item in materia quæstionis. Sed † cancellatione non uitiatur etiam ope exceptionis testamentum quando defuit uoluntas testatoris cancellantis † quia cum insanire cœpisset cancelauit. l. fin. ff. de iniusto rup. Idem ergo si errore cancellauit, ut ibi & l. fin. ff. de hæred. instit. ergo testamentum tollitur sola uoluntate sine facto. lege militis codicilli. §. fin. ff. de mil. test. §. ex eo. inst. quibus modis test. infir. non quoque solo facto sine uoluntate ut modo diximus, sed facto simul & uoluntate tollitur, ut per totum. ff. quæ in te. an. delentur, simile in l. Sancimus. C. de testam.

Resoluitur testamē tum cancellatione.

Cancellatione resolus tur testamentum nō ipso iure, sed ope exceptionis.

Cancellatione per errorem uel insaniam facta, non uitiatur testamentum.

37 Casus septuagesimus. Testamentum † undique solenne postea infirmari potest ex parte in terminis tot. tit. ff. si à paren. quis fuerit manu. quale est cū filius emancipatus fuit non contracta fiducia, isq; in suo testamento legitimam portionem, uel patri suo minime reliquit, uel non integrā reliquit, tunc enim patri conceditur quædam actio, uel quoddam ius (qđ contra tab. bono. poss. appellatur) ad consequendam integram legitimam per quam contra tab. bono. pos. testamentum filij non ex toto infirmatur, sed duntaxat usque ad illam portionem, ita probat l. 1. & l. 2. cū glo. C. de bono. poss. contra tab. liberti iuncta l. 1. in prin. ff. si quis à par. fuerit manu. quòd enim sui iuris fiat siue seruus, siue filius, id simum bonum reputatur, patriaq; potestas dicitur esse res inęstimabilis. l. filius famil. §. secundum uulgarem, ff. delega. 1. & ut seruus, qui tam grandi libertatis beneficio a suo domino & patrono affectus fuit, debet aliquid in suo testamē to ei relinquere (scilicet legitimam, ut in. §. sed nostra, inst. de succes. liber.) sin minus tunc à lege sibi cō ceditur per d. §. sed nostra, cum simi. per contra tab. bono. poss. Ita quoque filius, qui à patre emancipatur simili beneficio affectus & honestatus uidetur, unde similis bono. poss. contra tab. patri emancipatori contra eius testamentum conceditur. d. l. 1. in prin. quę ut ibi exprimitur, ad imaginem illius, quę patronis concedebatur concessa fuit, & ita procedunt tituli. C. & ff. de bonis libertorum. Ast cum cōstet quā diu locus esse potest alteri remedio cessare querelā inofficiosi testamenti. §. tam autem, inst. de inoffi. testamen. l. maximum uitium, ad medium. C. de liberis præt. † Et parentibus qui à liberis suis præteriti fuerunt, uel non iuste exhęredati concedatur querela inofficiosi testamenti. l. nam & si parentibus. ff. de inofficioso testamen. d. §. tam autem, l pater filium, ff. eo. l. cum filium. C. eod. tit. † quo nam modo huic parenti cui satis superque erat ad suam legitimam consequēdam illa bo. po. accommodatur etiam querela inofficiosi testamenti, quæ odiosissima est, ut dd. ll. propositurq; eo colore quasi compos mentis, non fuerit is qui testamentum faciebat, mirantur cuncti, nec ullus unquam in cuius scripta inciderim congruum respō sum dedit. Quid dicendum? † & quidem per interuentum emancipationis solui ius agnationis ignorat nemo in princi. & §. præterea, & fere per totum inst. quibus modis ius patr. potest. sol. & fere per totū. C. de emā. liberorū solumq; ius cognationis inter patrē & filiū emancipatū manebat. Nec dubiū est q̄ inter cognatos nō erat ius succedēdi de iur. ci. abin. ut in pri. & per totū. inst. de succes. cog. &. ff. unde cognati. † Et quibus ius abintestato succedendi nō erat ij longe minus cōtra testamentū succedere poterant. §. eadem hæc, inst. de hær. abin. dum ait, sicut nec abintestato ita longe minus contra tabulas testamenti ad eius bona admittit. & l. in arenam, ubi per Ias. post alios. C. de inoffi. testa. cuius rei ratio perspicua est, quia si ad impugnandum testamentum admitterentur id superuacuum & inane esset, cum rescisso sic testamento ab intestato hęreditas deferretur. l. posthumus. §. si quis ex his, ff. de inofficio. testam. l. 1. ff. de iniusto rup. & inst. de hær. abintesta. in prin. cuius abintestato hæreditatis ita delatę incapax esset id est, minimè uocatus aut inuitatus, ille ergo ad agendum contra testamentum minimè admittendus, † cum tunc demum & non aliter aliquis ad agendum admittatur, si eius interfit l. ex conuentione. C. de pact. l. 1. C. sine censu. uel reli. l. stipulatio ita. §. alteri, ubi per omnes. ff. de uerb. oblig. §. alteri in. de inutil. stip.

Resoluitur testamē tum uoluntate, & facto simul non alterutro tantum.

Resq; ui ex parte posse testamentum filij per patrem emancipatum in casu de quo in.

Apparet ergo ex his † quòd pater emancipator inspecto iure ciuili non poterat aspirare ad hęreditatem filii emancipati abintestato, neque etiam contra testamentum, sed iure tātum prætorio ad dictam bonorum possessionem contra tabulas admittebatur, tum quia eo iure illa naturalis cognatio quæ remanebat inter patrem & filium emancipatum in consideratione erat. §. minus & §. eadem, inst. de hær. ab, & ff. unde cog. & inst. de succ. cogn. tum etiam, quia talis pater emancipator eo prætoris beneficio dignus iudicabatur, ob beneficium emancipationis & libertatis in filium collatum, ut diximus. † Hoc ergo casu à solo prętore per illam contra tab. bo. poss. pater ad emancipati filij successionem ex parte uocabatur, à iure autem ciuili neque per querelam inofficiosi testamenti, neque alio modo inuitabatur. Idq; † regulare erat, uerum parentes solebant aliquando filios emancipare contracta fiducia (hoc est hac lege & pactione ut integrū eis esset ius agnationis ad succedendum liberis sic emancipatis. §. fina. inst. de legi. agn. succes.) & tunc ut abintestato, ita & contra testamentum filiis suis poterant succedere. Vnde si non iustè ab eis essent uel præteriti uel exhæredati, dabatur eis querela: ita procedit. d. l. nam & si parentibus, cum simi. supra allegatis (quarum is est ueriissimus intellectus à paucis nostrorum forte præuisus.) Procedituque generaliter respectu matris & lineę maternæ ascendentium, & etiam respectu reliquorum parentū. Hodie autem etiam respectu patris generaliter procedit, cum semper emancipatio prę sumatur fieri contracta fiducia per. d. §. fina. Sed † an secundum hoc hodie semper cesset & ueluti superuacuum sit beneficium. d. tituli si quis à par. fue. manu. quod omnino nego, nam & si pater incœperit à querela, & per eā expugnauerit filij emancipati testamentum. sicq; totam eius hęreditatem assecutus fuerit, tunc cesset utpote superuacua. d. bo. po. tamen si forte pater à querela repudiatione uel tempore fuisset exclusus iuxta l. si quis filium, ad fi. C. de inoff. test. uel etiam præuentus ab aliis iuxta l. is qui, & l. si pater filium, ff. eodem tunc integrum & utile sibi maneret remedium. d. bo. po. quod si forte incœpisset à. d. bo. possessione, & per eam cōsecutus esset legitimam, id iustius esset dubiū an & tunc ad querelam posset aspirare, cogita † q̄ si dixeris ergo querela concurrit cum. d. bo. po. contra d. §. tam autem, nego quia non pariter, sed alternatiuè tantum hæc remedia ut dixi competunt, & prætrea non inconuenit quòd concurrant, quia querela datur patri quasi successori & hęredi à lege inuitato abintestato. illa autem bonorum possessio. non datur nisi

Succedere qui nequeunt abintestato testamentum impugnare nequeunt.

Agere non licet nisi ei cuius interest.

Emancipator pater iure. ff. iure poterat testamentum filij impugnare nisi per bonorum possessionem contra tabulas ad similitudinem patroni.

Emancipatione contracta fiducia facta potest pater filij testamentum impugnare.

Titulus. ff. si quis à paren. fue. manumiss. etiam hodie utilis est.

Querela an cum bonorum possessione concurrat quæ datur emancipatori.

Resoluitur testamē tum cancellatione.

Cancellatione resolus tur testamentum nō ipso iure, sed ope exceptionis.

Cancellatione per errorem uel insaniam facta, non uitiatur testamentum.

Resoluitur testamē tum uoluntate, & facto simul non alterutro tantum.

Resq; ui ex parte posse testamentum filij per patrem emancipatum in casu de quo in.

Succedere qui nequeunt abintestato testamentum impugnare nequeunt.

Agere non licet nisi ei cuius interest.

Emancipator pater iure. ff. iure poterat testamentum filij impugnare nisi per bonorum possessionem contra tabulas ad similitudinem patroni.

Emancipatione contracta fiducia facta potest pater filij testamentum impugnare.

Titulus. ff. si quis à paren. fue. manumiss. etiam hodie utilis est.

Querela an cum bonorum possessione concurrat quæ datur emancipatori.

Intellect. l. nam & si parentibus, l. is qui. l. pater filium. ff. de inoffic. testamento: in rem. insi. eod. tit.

Emancipatione solui ius agnationis ius.

nisi quasi emancipatori in remuneratione illius emancipationis & beneficij prout hęc ratio expressa est. in d.l.1.in prin.ff.si à parente quis fuerit manumissus unde cum competant diuersis respectibus, vnum remedium alterum consumere non potest, argum.§.fin. inst.si quadr. pauperiem. Præterea † quod in d.§. tam autem dicitur, eum qui ad hęreditatem, de qua agitur alio iure uenire potest, querelam non habiturum intelligendũ est quando sibi aliud præterea iuris ciuilis remedium supereſſet, non sic si iuris tantum prætorij.nam & similiter in l.Gallus,§.ille casus,ibi, nullo iure,ff.de lib.& posth. Posthumum quem constabat de iure prętorio posse hęredem instituí.(l.posthumus.ff.de inofficio.testamen.l.uerum,ff.de bo.po. secundum tab.§.posthumus insti.delega.in princ.inst. de bono.poss.)dicitur tamen non posse hæredem instituí eo respectu q̃ eo tpe de iure ciuili institui non poterat,quinimo non solũ dr nõ potuisse hæredẽ institui,sed etiam nullo iure institui potuisse firmatur quasi iuris appellatione, de ciuili tantum non etiam de prętorio intelligamus etiã si uniuersaliter loquemur,puta per uerbum nullum ius,ut in simili diximus supra.§.21.nume.143.uersi.denique.Pro nobis l. filio.§.contra tabulas.ff.de inoffi.testamen.ubi licet filius emancipatus, qui patrem præterijt liberos habere adhuc patri conceditur d.bono.poss. contra tab. ergo non conceditur ratione,aut iure succesſionis.nã tunc liberi prę ferentur parentibus.d.l.si pater filium l.2.in princi.& §. Vocantur,ff.de bono.possess.contra tab.tam iure ciuili, quàm prętorio,ut dd.iuribus,sed conceditur ea bonorum possessio ad legitimam portionem,quasi debitum quoddam ab antidota,uel etiã iustus,quandoquidem exigitur ab inuito.Ergo ueritas est quòd d.§.tam autem, dum negauit querelam dari quando aliud remedium supereſſet nõ intelligit de dicta bonorum possessione, quinimo non solum id foret extra mentem d.§. sed etiam extra eius uerba,nam ibi dicitur cessare querelam quandiu supereſſet aliud remedium ad consequendam hereditatem,partem ve eius,& non aliter,sed†dicta bonorum possessio non datur ad consequendam hæreditatem ex toto:aut ex parte,sed tantum ad legitimam,de qua ibi, quę indubitanter est pars bonorum non pars hęreditatis,ut patet in d.l.1.in prin.ff.si à paren.quis. iuncto.§.nostra,instit. de succeſſ. liber. nam & generaliter legitimam partem esse non hęreditatis, sed bonorum obtinuit,ut ilico dicam ergo,&c. Ergo.d.§. tam autem,intellexit de illis,qui per aliud remedium uel totam hęreditatem assequerentur, uel partem saltẽ uirilem, iuxta.l.uirilis,ff.delega.prest.cum simi. non de ijs qui partem tantum bonorum consequerentur, ut in terminis d.l.1. Quòd legitima sit quota bonorum tenent Bar.in l.ex facto,magna col.2.ff. de hęre. inst.& in l.Gallus.§.1.nume.14.ff.de libe.& posthum. & est communis opinio,ut dixi supra §.20.num. 211. uersi.legitima liberorum. quod autem diximus per d.§. contra tabulas. intellige, quòd licet emancipati filio competat querela,non definit interea eius etiam patri competere bonorum possessio illa tamen si obtinuerit filius tunc quòd pater per illam contra tabulas bonorum possessio assecutus fuerit restituet, ut ibi dicitur, & expende illum textum in uerb.iure manumissoris, per quem apparet talem bonorũ possessionem nõ iure succesſionis dari, sed iure tantum manumissionis, quasi in eius præmium,quod & rursus ibi probatur in uerb.non de iure testamenti.

Ex† superioribus apparet quòd dum gloss. in d.l. pater filium, tenuit quòd patri emancipatori non datur querela cum habeat & ei sufficiat dicta bonorum possessio,quam gloss.tenet & ait communiter teneri Bart.in l.in suis,nume.9.ff.de libe.& postlum.Alciatus lib.4.parado. ca.16.id quidem uerum non est,imo habebat etiam querelam per d.l.pater filium, ut & tenet ibi Bart.tum in lect.quàm in rep.& etiam Albericus,& Iacobi,de sancto Georgio num.19.

48 *Iuris appellatione leges ciuiles intelliguntur de iure ciuili non de prætorio.*

49 *Legitima est quota bonorum.*

50 *Emancipatori datur hodie querela, ergo qua quæstio.*

Apparet † etiam errasse Paul. Castr.post Raphaelem quem ipse refert, dicentem in d. l. pater filium. quòd ille tex. solum procederet quãdo pater filium coactus emancipauit iuxta. l. diuus. ff. si à par. quis fue. manumi. quasi tunc cum ei denegetur ea bonorum possessio, consequens sit ut querelam habeat; non habiturus si sponte eum emancipasset, quia tunc cum ei concederetur dicta bonorum possessio cessaret querela,sed nihil est, quia sic melioris conditionis esset pater qui coactus filium emancipauit quàm futurus esset si sponte emanciparet, cum illo casu denegata sibi bonorum possessione quæ ad partem tantum bonorum proficere potest, concederetur sibi querela ad totam hæreditatem, hoc autem casu cessa sibi ea bonorũ possessione querela denegaretur,quod est contra d.l.diuus.quæ talem patrem qui coactus emancipauit punire non prẽmio afficere uoluit & prẽterea uehementer restringeretur. d.l. pater filium.ſ. ad casum coactæ tantum emancipationis quæ rarissimè fit ergo &c, vt l.non ad ea.ff.de legib.

51 *Emancipans etiam sponte potest habere querelam contra Fulgos. & Paul.*

Apparet †etiam errasse eos qui tenent quòd quãdo pater emancipator à suis nepotibus emancipati filiis non præceditur tunc datur ei illa bonorum possessio, & denegatur querela,at si ab eis præcedatur tunc ei datur querela, & denegatur illa bonorum possessio, id quod ab omni ratione alienũ est, †cum secundum hoc melioris esset conditionis pater quando à suis nepotibus præcederetur, quàm si à nemine præcederetur, cum illo casu daretur sibi pinguius querelę remedium,isto autem casu debile huius bonorum possessionis remedium, cum totum contrarium respondere iuri proximius esset, licet illud tenuerint Bar.in d.l.in suis, nu.9. & in d.l.pater filium, tam in lect.quàm in rep.& Paulus Cast.ibi nu. 14. & Iacobinus num.19.post Alber. ibi, Vigilius in princ. num.3.inst.de inoffi.te.

52 *Emancipatori qui à nemine præceditur datur querela, contra communem opinionem.*

53 *Emancipatori quia ab alijs præceditur non denegatur bonorum possessio ad imaginem patroni, contra communem.*

Apparet † etiam errasse Ioa. Fabr. in auth.non licet.C.de lib.præt.qui intellexit quòd licet patri exhæredato daretur querela, & denegaretur dicta bonorũ possessio ei prẽterito denegaret querela & daret sola dicta bo.po.,id quod esset ab omni ratione alienum, cum † secundum hoc melioris conditionis esset pater exhęredatus cui cõcederemus pingue remedium querelæ quàm si præteritus esset,cum ei debile remedium dictę bonorum possessio.duntaxat daretur cõtra l.fi.C.de lib. prę t.l.omnimodo.C.de inoffi.test.l.non putauit,in prin.ff.de bo.po.contra tab. & præterea restringeretur misere. d. l. pater filium. Quæ omnia nota,quia nullus unquam hunc nodum ita dissoluit, & ex eo pendet uerus plurium iurium sensus,& hęc adde ad ea quę diximus supra.§.30.nu. 136.cum plu.seq.

54 *Emancipatori exhæredato non denegatur dicta bonorum possessio contra Fabrum.*

55 *Emancipatori prætorio non denegatur querela contra Fabrum.*

Postremo aut emancipatio fit sub hac lege ut patri non reseruetur integrum ius agnationis, sed potius perimatur, aut fit sub hac lege expressa ut tale ius agnationis integrum seruetur patri,aut & tertio neutrum expressum fuit.Primo casu non solum dicta bonorum possessio utilis est sed etiam necessaria, cum patri nullum aliud remedium supersit. duobus uero sequentibus casibus &si non tam necessaria sit, utilis tamen esse non definit, primum quando pater repudiatione exclusus fuerat à querela, deinde quando tempore eam amisserat,ut diximus. Tertio est et utilissima,& in alio,nam si in querela erant alij, qui patri potiores essent iuxta.d.l.pater filium, tunc pater pendente lite ab ijs qui eum præcedebant nota poterit per dictam bonorum possessionem contra tabulas legitimam portionem accipere.d.§. contra tabulas. Simile in l.2.§. si sub conditione.l.3.§. sub ea. ff.de

56 *Emancipatio triplici ter fieri etiam hodie potest.*

ff de bonorum posſesſio. contra tabulas. Hactenus quo ad testamentum filii emancipati, quid autem in testamen. filiifamilias siue ille miles sit siue paganus, diximus.

Huc usque quando à filio siue suo, siue emancipato scriptus esset hæres honestus patre præterito, uel exhæredato quid autem si turpis persona esset ab eo hæres scripta, & tunc si filius erat emancipatus datur patri emancipatori contra eius testamentum dicta bonorum posſesſio ad totam hæreditatem auocandum. l. Pantonius. ff. si quis à pare. fu. ma. Sed si ipse pater turpis quoque esset, uidetur †quòd nõ posset obijcere turpitudinem hæredi scripto argumen. l. in arenam. C. de inoffi. testa. Per contrarium uidetur quòd patri id uitium obijci nequeat, quia liberto & filio semper honesta & sancta persona patris, aut patroni uideri debet. l. ante pen. ff de obseq. sed magis est, ut nequeat pater talem turpitudinem hæredi obijcere, arg. d. l. in arenam. Et ad l. pen. resp. quòd hic non filius, sed eius hæres obijcit dictam turpitudinem, ergo ut si eorum neuter turpis esset, pater bon. poss. ad partem constitutam haberet, ita ad eandem partem modo bono. poss. habebit cum uterq; sit in pari causa turpitudinis, arg. c. in pari, de reg. iuris lib. 6. l. sed & milites. §. coæqualitas. ff. de excus. tut. dixi in simili supra. §. 10. nume. 603. Quid autem si libertus turpem hæredem patrono præterito scriberet, & forte ad uniuersa bona, tũc patronus admitteretur argum. d. l. Pantonius, nisi & ipse patronus turpis quoque existeret, quia tunc ad solam partẽ cõstitutã admitteretur, ut modo dicebamus arg. d. l. in arenã.

57 *Emãcipator pater aut patronus turpis hæredi-bus filij, aut liberti turpitudĩ obijcere nequeunt.*

Denique querela datur primum liberis contra testamẽta parentum, deinde parentibus contra testamenta liberorum, secũdo transuersis contra testamenta transuersorum, sub distinctione tamen ut in l. 1. ff. de inoffi. testamen. l. fratres. l. si fratres. C. eod. §. tam autem, inst. eod. l. 2. l. 3. titu. 8. par. 6. Sicq; †his casibus testamentum undique solenne ex post facto infirmatur, est quartus casus, scilicet per bo. pos. de qua egimus, est quintus casus, scilicet per constitutionẽ, de qua in d. l. Pantonius, est sextus casus, scilicet per eand. bono. poss. quando datur patronis contra testamenta liberorum ad partem auocandam, est septimus casus, quando ipsis etiam patronis ad totam liberti hereditatem auocandam daretur extendendo d. l. Pantonius, quæ loquitur in patre præterito ad patronum præteritum, eritq; utilis declaratio ad titulum. C. & ff. de bono. liber. & §. sed nostra, inst. de succes. libertorum, & patre matreq; præteritis uter eorum possit testamẽ. quærela infirmare, an uterque, tradit Corneus consi. 82. lib. 4. nume. 5. sicq; habes alios septẽ casus, in quibus testa. infirmantur.

58 *Testamentũ ex post facto rumpi in septem casibus hic signatis.*

59 *Intellectus & extensio ad titulos. C. & ff. de bo. lib. & Inst. de succ. liber.*

Casus septuagesimus septimus. † Testamentum, in quo filius præteritus fuit à matre, sicq; subiacet querelę inoffic. testa. (uel etiam si præteritus esset à patre in quibus casibus filio à patre præterito datur querela) † siquidem scienter præteritus fuit resciso per querelam testamento, debentur ab eo legata, & fideicomissa. §. sin autem hæc omnia, in authẽ. ut cum de appella. cogn. Cæterum si ignoranter præteritus fuisset, quia testator eum filium se habere ignorabat, uel mortuum putabat, communis opinio est legata non deberi resciso per querelam testamento, ita cõmuniter Doct. ibi. communiter Doct. in auth. ex causa. C. de liber. præt. præsertim Bal. Sali. Paul. Cast. Alex. Corneus, Iaſ. & Curt. Iuni. ubi Ioan. Ione. hanc dicit cõm. op. nu. 180. Tiraq. de priuil. pię cau. priuilegio 68. Idem in l. si unq, C. de reuo. don. uerb. donatione largitus. ſ. per l. filio præterito, ff. de iniusto rup. facit. l. sicut certi, & l. si cum uel in utero. C. de test. mili. facit, quia si testator nosset se illũ filiũ hẽre nõ forte talia legata in læsionem filij reliquisset. facit l. si ueritas, C. de fideicom. l. eam quam, eod. titu.

60 *Resolutur ex parte testamentum in casu, de quo hic.*

61 *Legata, & fideicomissa rupto ob exhæredationẽ, uel præteritio rem testam. nto, quando testator filiũ se habere ignorabat, an debeantur, ardua quæſ.*

Contrariam tñ partẽ tenent quã plures inter quos ipse Ioan. Ion. ubi. ℣ qui alios refert, adeo ut uix appareat utra pars sit receptior. mouentẽ per generalitatẽ. d. §. sin aũt hęc oĩa, & p l. si. ſſ. de hęr. inſt. ubi uitiato per errorẽ testatoris priore test. uel reuocato p posterius, tũc legata in posterio re testa. ut cunq; p errorẽ facto, non desinunt ualere licet institutiones infirmentẽ, sed sane parũ facit, qa ibi testator errauit solũ quo ad hęredẽ in priore testa. scriptum, quẽ mortuum esse falsò opinabatur, nõ aũt errauit circa legatarios eo testamento honoratos, quos uiuere non ignorabat, & nihilominus uoluit in posteriore testamento legata mutare, quę cum nuda uoluntate etiam non solenni possint adimi, & etiam si coniecturis tantum uoluntas probetur. l. 3. §. sin. l. ex parte. ff. de adim. lega. l. si iure, ff. de lega. 3. eaq; uoluntas etiam ex testamẽto imperfecto colligatur, l. fin. ff. de rebus eorum. d. l. si iure, supereſt, ut in d. l. fina. in comperto esset testatorem noluisse legata in priore testamento relicta præstari, sed tantum ea quæ in posteriore testamento ascripserat, & licet ibi in posteriore testamento scriptus (ut credibile est) fuit extraneus, tamen & etiam in priore testamento non filius, sed tantum cognatus uel agnatus transuersus quidam testatoris fuerat institutus, cuius fauori non tam iudulgendum est quam si esset de liberis aut parentibus testatoris. Præterea ipsimet fuerat legatis in priore testamento oneratus. quid ergo mirum aut iniurium si iubeatur loco illorum legatorum quæ in priore testam. relicta fuerunt præstare legata in posteriore testamento relicta, quę an maiora essent quam relicta in priore testam. ex d. l. fin. non constat nec ibi aperitur, ergo reliquum est ut ille tex. nil ad rem faciat.

† Nec obst. generalitas. d. §. sin autem hæc omnia. nam olim filius siue exhęredatus, siue pro exhæredato habitus, ingratus pręsumebatur si ab ipso non probatur contrarium. l. liberi. C de inoffi. test. unde si se gratum ostendit inde apparuit dementis fuisse parentis sui testam. qui liberis suis ademit quod extraneis concessit, meritoq; quasi dementis iudiciũ et quoad legata infirmabatur per querelam. l. Titia (ubi nuncupatim hæc ratio reddit). ff. de inoff. testamen. Sed hodie liberi exhæredati non præsumuntur ingrati etiam si à patre iusta causa exhæredationis expressa fuerit, nisi ab hærede probetur. l. omnimodo. C. de inof. testam. &. §. aliud quoque, in auth. ut cum de appell. cog. ergo non raro eueniet ut etiam is qui re uera ingratus fuerat consequatur uictoriam in querela inofficiosi testamenti, eo q; eius ingratitudinem hæres probare non potuit, ergo ut hi qui ad querelam uocantur in onere probationis releuentur mirum non est si in alio. ſ. in legatis & fideicommissis præstandis onerentur. l. eum qui. ff. de iureiur. præsertim cum hoc casu non satis certum sit an exhæredatus uel pro exhæredato habitus fuerit ingratus nec ne, unde interea stante hoc dubio & si testamentum quo ad institutiones infirmetur ob honorem liberorum iuxta. d. auth. uerſ. sola enim (dum ait sola enim est nostræ serenitatis intentio iniuriam exhæredationis aut preteritionis à parentibus & liberis auferre) tamen quoad legata non est cur infirmetur, cum in institutione non etiam in legatis honor ille potissimum cõsistat. l. Iulianus. ff. si quis omi. ca. test. itaq; ratio dementiæ interpretatiuè faciebat, olim legata infirmari. d. l. Titia, quæ hodie non tam euidens est olim, unde hodie non infirmantur ratio autem honoris potissimum, non illius pręsumptæ aut fictæ seu interpretatæ dementiæ hodie consideratur, ideo legata non infirmãtur, sed tantum institutiones, uerum ut olim ex præsumptione dementiæ quæ arguebat defectum uoluntatis legata infirmabantur. d. l. Titia. ita & hodie si testator errabat credens filium se non habere (non legaturus ut uerosimile est, si se filium habere sciret argum. l. si unquam. C. de reuo. don. d. l. sicut certi. d. l. si cum uel in utero) par est legata quoque quasi ex defectu uoluntatis infirmari, cum in l. sit quod tam indubitanter consensum excludat quam error. l. si per errorem. ff. de iur. om. iudi. unde non minus utiliter quàm noue si exhæredatus uel pro exhæredato habitus uelit in se ſuſcipere onus probationis † seq; esse & semper fuisse gratum & benemeritum probasset contenderem quod etiam hodie uincendo in querela mota testam. etiam quo ad legata & fideicommissa rescinderetur quasi manifestę demẽtię sit parens qui talem liberum pręterijsset uel exhęredasset, indignusq; esset eo beneficio & dispensatione legis permittentis non tam ex iustitia quàm ex gratia, & indul-

62 *Filius exhæredatus olim præsumebatur ingratus hodie contra.*

63 *Filius si hodie se gratum probat, sicq; testa. euenit patris legata & fidei. non debentur, egregia ammo tatio.*

64 *Intellectus & limitatio noua ad auth. ex causa. C. de lib. præt. cum simi.*

gentia

gentia teſtari, ut ex communi opinione reſoluimus.ſ.§.1. nume.1.nam hoc caſu militat ex integro ratio, de qua in
65 d.l.Titia,ſicq; eo caſu correcta non erit.

Legata pro male ablatis relicta, uel ad pias cauſas, an debeantur à filio per errorẽ patris præterito.

Superiorem autem com.opi.ut quando teſtator filium ſe hꝛe ignorabat reſciſo per querelam teſtamento legata non debeantur, nec fideicõmiſſa limita, ut non ꝓcedat in legatis relictis pro reſtitutione uſurarũ male ablatarũ, & in reliquis ſimilibus, quæ nõ tam dari, quã reddi uiderentẽ iſta eſt cõis opinio quam tenent Bal.Ang.& Imola in l.filio prꝛterito.ff.de iniuſto.rup.Ang.Imola,& Aret.in l.Titius. in prin.ff.de libe.& poſth.Ange.in l.militis codicillis,§.miles in ſupremis.ff.de mil.teſta.Ange.Paul.Alex. Corneus, & Iaſ.in d.auth.ex cauſa, Iaſ.in l.precibus, col.5.C.de impub.Aretin.conſil.92.col.1.Tiraq.de pijs cauſis priuil.68. Quid aũt in legatis relictis ad pias cauſas non quidẽ neceſſarijs, ſed uoluntarijs, an à tali filio per errorẽ prꝛæterito, debeantur? ingens certamen eſt, ut per Tiraq. ibi poſt Bar.in l.1.in 2.quæſt.5.quæſt.prin.C.de ſacr.eccl.poſt plures alios, quos Tiraq.allegat ubi.ſ.& in d.l.ſi unquã, uerb. libertis, in quæſt.de dona.facta eccleſiæ.

§. IX.

1 RESOLVITVR *teſtamentum per contradictionem teſtium in eo adhibitorum.*
2 *Probatio ueroſimiliter tantum non etiam indubitanter concludit.*
3 *Probatio contecturarum impropria non eſt.*
4 *Reſoluitur teſtamentum ſi teſtator hæredem ſcriptum non ultro ſed ad interrogationem alterius nominauit.*
5 *Reſoluatur ne teſtamentum ab eo, qui legitimæ ſupplementum conſequi poterat.*
6 *Querelam an mouere poſſit, qui legitimæ ſupplementum conſequi poſſit, uel è contra.*
7 *Militis teſtamentum reſoluitur nuda eius uoluntate.*
8 *Militis ueterani teſtamentum non reſoluitur nuda uoluntate, idem in pagano.*
9 *Reſolui quare regulariter nequeat teſtamentum nuda teſtantis uoluntate noua declaratio.*
10 *Militis etiã naualis teſtamentum nuda uoluntate reſoluitur.*
11 *Reſolui nequit teſtamentum uoluntate nuda etiam teſtium ſeptem probata, contra nouiſſimos.*
12 *Milites poſſunt hæredis inſtitutionem, & etiam exhæredationem nuda uoluntate facere, licet ea conjecturis tantum probetur. Idem in iis diſpoſitionibus reuocandis.*
13 *Miles ſi unum inſtituat hæredem in re certa, quoad reliqua inteſtatus uidebitur, cum communi opinione contra Iaſ.*
14 *Intellectus l. ſi certarum, ff. de mil. teſta.*
15 *Miles unum hæredem in una re, & alium in alia inſtituit, quo ad reliqua in teſtatus decedit, cum communi contra Iaſ.*
16 *Miles teſtatus iuſta formam l.1.§.ſi ex fundo.ff.de hæred.inſti. reliquum hæreditatis hæredi ſcripto non accreſcit, ardua quæſt.*
17 *Miles an iure commun uſus uideatur.*
18 *Militis in teſtamen.ceſſat ius accreſcendi, licet id ipſe expreſſim nõ cauerit, contra nouiſſ.*
19 *Teſtamentum cum pater facit inter liberos, an poſſit decedere partim teſtatus, & partim inteſtatus, egregia quæſtio.*
20 *Pias ad cauſas cum teſtamur, non poſſumus partim teſtati, & partim inteſtati decedere, contra Cal.Decium, & Cagno.*
21 *Miles ſi cœpit immunitas capitales cum hærede gerere, inſtitutio euaneſcit.*
22 *Intellectus & limi.l.3.§.fin et l. ex parte, ff.de adi.lega.*
23 *Immunitas capitalis quo ad infirmanda relicta, uel inſtitutiones, nõ refert cauſetur culpa teſtatoris an aliunde.*
24 *Reſolui poteſt teſtamentum per incertitudinem emergentem.*
25 *Iudex ut poſſit ſententiam ſuam declarare.*
26 *Legem ſuperioris poteſt inferior declarare ex eo, quòd legislator tacite ſenſit, uel ex eo quod ueroſimiliter diſpoſiturus eſſet ſi de hoc caſu interrogatus eſſet.*
27 *Iudex poteſt legem immutare pœnam addendo, minuendo, uel commutando.*
28 *Legis diſpoſitio ultimis diſpoſitionibus aſſimilatur quoad ſui interpretationem.*
29 *Legem ut iudex poſſit alterare, & interpretari, egregia pugna.*
30 *Intellectus l. ſi.C.de legibus.*
31 *Intellectus.l.nemo,C.de ſententijs.*
32 *Intellectus.l.1.ff.de conſt principum. &. §. ſed & quod principi,inſt.de iure nat.*
33 *Concilij decretum an ſubiaceat epiſcopi diſpenſationi, noua declaratio.*
34 *Inferior factum ſuperioris poteſt declarare, ſed non cum eo diſpenſare.*
35 *Pœnitentiam à Papa iniunctam, an epiſcopus poſſit minuere, egregia quæſtio.*
36 *Ius naturale per poſitiuum immutatur.*
37 *Ius diuinum per poſitiuum immutatur.*
38 *Feſtiuis diebus interdum facimus plectitur.*
39 *Ius diuinum in uarijs ſpeciebus per humanum alteraturum.*
40 *Ius diuinum ut per inferiorem poſſit interpretari uel diſpenſari.*
41 *Intell.l.1.tit.de la audientia lib.2.ordi.l.8.eod. tit.l. 1. tit. delos ſcribanos eod.lib. & in proœmio ordi.*
42 *Papa quo iure & colore detineat Romæ epiſcopos extra ſuas dꝛœe.*
43 *Epiſcoporum reſidentium iuris diuini eſſe declarare, uel non quid interſit.*
44 *Epiſcopus diſpenſare an poſſit circa ius canonicum.*
45 *Reſolui poteſt patris teſtamentum, ſi filius exhæredatus furere cœpit.*
46 *Furore filij turpitudo ſua an purgetur.*
47 *Reſoluitur teſtamen. principis filium ſuum errore prætereuntis.*
48 *Reſoluitur teſtamentum detecto exhæredationis errore.*
49 *Exhæredatio illa cæteri omnes filij exhæredes ſunto, nominatim facta uidetur, contra communem.*
50 *Reſoluitur teſtamentum interdum per iudicis officium, aut doli exceptionem.*
51 *Reſoluitur teſtamentum errore teſtantis.*
52 *Paganus interdum cum duobus ueluti teſtamentis decedit.*
53 *Error nocet in omni diſpoſitione.*
54 *Error iuriſdictionis.*
55 *Error immateria nocet.*
56 *Error in nomine appellatiuo nocet.*
57 *Error in ſangume nocet.*
58 *Error in rationibus calculandis nocet.*
59 *Error in nomine proprio nocet.*
60 *Militis teſtamentum reſoluitur uno anno poſt miſſionem prætexito.*
61 *Lex generalis perſonas priuilegiatas an comprehendat. egregia quæſtio.*
62 *Priuilegiati comprehenduntur ut minores & ſimiles, ſub ſtatuto uel conſuetudine utcunque eſſet contra ius commune, cõtra Bal.Roma.Soci. & Curtium.*
63 *Eccleſias non tenet ſtatutum breuians præſcriptiones, notabilis quæſtio.*
64 *Eccleſiæ an cedat ex pecunia ſua ædificium alieno ſolo impoſitum, ingens pugna.*
65 *Eccleſiæ aut minori an quæratur res empta ex pecunia ſua.*
66 *Minores an comprehendantur ſub ſtatuto quòd præſcriptiones faciat breuiores uel prolixiores, ardua quæſtio.*
67 *Intellectus l.1.teſt. delas præſ lib.5.ordi.*
68 *Dotalia inſtrumenta ſunt regiſtranda, ſi ſtatuto caueatur ut inſtrumenta regiſtrentur, contra Sali. & Tiraq.*
69 *Immunitas alicui conceſſa non tollitur per generalem onerum impoſitionem, cum commun.*
70 *Priuilegio non nocet lex generalis.*
71 *Lex geueralis omnes caſus & perſonas comprehendit, licet diſparis rationis ſint.*
72 *Notarius cui ſuum offi. fuit inter dictum nec ad pias cauſas illud exercet.*
73 *Lex diſponens generaliter, uel etiam ſtatutum an comprehendat caſus ſpecialem rationem habentes, ingens pugna.*
74 *Reſoluitur teſtamentum ſi hæres uiuo teſtatore decedat.*
75 *Reſoluitur teſtamentm ſi defecerit conditio ſub qua hæres ſcriptus fuit.*

76 *Dies incertus pro conditione habetur, ſalt quando reſpiciebatur utilitatem uocati.*
77 *Reſoluitur teſtamentum priuilegiatum ceſſante cauſa priuilegij.*
78 *Intellectus & limi.l.3.C.de inoffic.teſtam.*
79 *Peſtis ſeuientis tempore,an ſolennitas teſtandi remittatur, ingens pugna.*
80 *Lege comprehenſum quid uideatur.*
81 *Peſtis tempore teſtamentum informiter factum poſt annũ euaneſcit,noua opinione.*
82 *Militis filiæfam.inteſtando triplex priuilegium.*
83 *Peculium quaſi caſtenſe quid,& quæ habeat priuilegia.*
84 *Impertis quando ſubueniendum.*
85 *Militis teſt.ameiũ an hodie ſubiaceat querelæ ingens pugna.*
86 *Clerici teſtamen.an ſubiaceat querelæ ingens pugna.*
87 *Clerici iure communi regulariter utuntur.*
88 *Intellectus c.quia nos,de teſtam.*
89 *Intellectus l.ſiliam,C.de inoffic teſtam.*
90 *Reſoluatur nepotis teſtamẽtum filio inſtituto ab hoſtibus reuerſo.*
91 *Homo nouus an uideatur,qui ab hoſtibus reuertitur.*
92 *Prælatus ſine conſenſu capituli poteſt infeudare rem, infeudari ſolitam.*
93 *Conſuetum quid dicatur.*
94 *Exẽptus põt priuilegio ſuo renuntiare in fauorem ordinarij.*
95 *Intellectus.c.ſignificaſti, de foro compe.*
96 *Conſuetudo particularis non tollitur lege generali, licet per eam ad ius commune redigeremur eſtq; egregia quæſt.*
97 *Abſtinendi facultas eſt de iure ciuili.*
98 *Ratio expreſſa in lege pro lege eſt.*
99 *Inſtantia triennalis partium conſenſu non prorogatur.*
100 *Inſtantia litium per ſtatutum breuiata, partium conſenſu non prorogatur,eſtq; ingens pugna.*
101 *Statutum a lege generali differt tanquam plus & minus.*
102 *Intellectus l.ueluti,ff.de iuſtitia & iure.*
103 *Ratio quando unica reddi poteſt,habetur pro expreſſa.*
104 *Statuta recipiunt interpretationem à iure commum.*
105 *Cauſa ordinaria,ut ſummaria fiat,conuentio ualet,egregiaq; quæſtio eſt.*
106 *Cauſa ſumaria,ut fiat ordinaria conueniri non poteſt, contra Ioſſ.& Imolam.*
107 *Prelatus clericis an aſperiorem uiuendi modum in dicere poſſit.*
108 *Reſoluitur teſtamentum ſi teſtes teſtamentarij tempore quo aperitur teſtamentum mortui ſunt.*
109 *Reſoluitur teſtamentum ſi detegatur quòd teſtium duo, uel plures erant ſerui uel fœminæ.*
110 *Reſoluitur teſtamentum in ſcriptis iure regio, ſi detegatur poſtea tabellionem, qui in eo interfuit minus rite creatum fuiſſe.*
111 *Tabellio extra territorium principis qui eum creauit,tabellio non eſt, arduaq; quæſtio eſt.*
112 *Legitimari qui poteſt extra territorium concedentis nõ põt.*
113 *Intell.l.4.& 5.tit.de las excep lib.3.ordi.*
114 *Intellectus.l.3.Tauri.*
115 *Reſoluitur teſtamentum in caſu de quo hic.*
116 *Inſtrumenta confecta à tabellione non rite creato, uel minime creato,non ſunt publica,eſtq; ardua quæſtio.*
117 *Intellectus l.3.Tauri.*
118 *Tabellio alterius tabellionis loco ſuccedens an inſtrumenta à predeceſſore confecta iniuſſu iudicis poſſit exemplare, ardua quaeſtio.*
119 *Inſtrumentum producens tenetur probare tabellionem fuiſſe illum qui illud confecerat.*
120 *Inſtrumentum producens antiquum non tenetur probare tabellionis qualitatem,debet tamen probare quòd ille aliqua inſtrumenta,ut tabellio confecerat.*
121 *Reſoluitur teſtamentum ſi haeres teſtatorem occidit.*
122 *Fiſcus tenetur ad onera cum teſtator ab haerede occiſus fuit eiq; ut in digno abſtulit bona*
123 *Indignus an dicatur haeres,qui teſtatorem merentem occidit,ingens pugna eſt.*

AS V S ſeptuageſimus octauus. †Teſtamentum utcunq; initio undique ſolẽne re uera eſſet, poſtea tamen ſubiacet reſciſioni,ſi forte teſtes in eo adhibiti negent uera eſſe,quæ in teſtamento continebantur (id quod non ſemel accidiſſe uidimus) ita ex cói opi.ſ.inci dente attigimus,& plene reſoluitur Corneus,cóſ.232 in nume.1.lib.1.quinimo per unius ex teſtibus in eo adhibitis contradictionem,fides illius teſtamenti an ualiditas uehementer uacillat, & nutat ut per eundẽ Corneum conſi.319.nume.20.lib.1.ut & in ſimili tra dunt plene Corneus,& Iaſ.poſt alios in l.1.per text. ibi.C.de teſtam.parum enim eſt ius adeſſe ſi non apparet l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tutela,apparere autẽ cuiuſq; rei ueritas non facile poteſt,cũ ſub cęlo hominibus certũ uix aliquid eſſe poſſit,ut Philoſophorum non pauci tradiderunt,& notant Bar.col.2.& no uiores in l.admonendi.ff.de iureiurand. & Doctores per tex.ibi in c.afferte,de præſumpt.† Nec ratio huius rei obſcura eſt,ut enim unius teſtis teſtimonio non cogimur fidem adhibere, quia potuit mentitum teſtimonium dicere, ita & mille teſtes mentitum dicere potuerunt teſtimonium,inſtrumentaq; producta falſa eſſe poſſibile erat, unde nullum unquam genus probationis repertum fuit quod certo & indubitanter,ſed pręſumptiue tantum aut ueroſimiliter rem de qua agitur ſignificet, ut traditur cõmuniter in dictis locis,& diximus plenius lib.4.controuerſiarum,& cõſtat ex lege non ſolum.ff.de act. & obliga. & ex lege an inutilis.ff.de accepti.iuncta lege Labeo,ff.de ſupelect.lega.Cum † ergo omnis probatio quaſi cõiecturis,& præſumptione, aut ueriſimilitudine tantum rẽ demonſtret,apparet ueram eſſe communẽ opin.exiſtimantium coniecturalem probationem non eſſe impropriam,ut diximus.§.17.nume.56.ergo & ſi re uera teſtam. ſolennitatem, & ueritatem habuerit poterit per teſtium malignationem perire.nam& reliquę res & uita hominum huic periculo ſubiacent.

1 *Reſoluitur teſtamẽtum per cõtradictionem teſtium in eo adhibitorum.*

2 *Probatio ueroſimili ter tantum non etiã indubitanter concludit.*

3 *Probatio coniectura rũ impropria nõ eſt.*

Caſus ſeptuageſimus nonus.†Teſtamentum,quod undiq; ſolẽne uidebatur,ſunt qui uelint infirmari eo, quòd teſtator hæredem ſcriptum non ultro nominauerit,ſed nominatum à tabellione confirmauerit, uel nominato à tabellione aſſentitus teſtator fuerit, ut plene diſputat Pet.Philippus Corneus cõſi.232.nu.2. lib.1.Idem Corneus conſi.261.lib 4.num.18.tradunt Doct.in l.iubemus,poſt gloſſ.ibi.C. de teſtamen. per illum tex.traduntq; communiter Doct.per tex. ibi in l.nemo dubitat,ff.de hære.inſtitu.diximus plenius. ſ. §.17.num.55.dic ut ibi.

4 *Reſoluitur teſtamẽtum ſi teſtatorhæredem ſcriptum non ultro ſed ad interrogationem alterius nominauit.*

Caſus octuageſimus.† Teſtamentum ſolenne poſtea per querelæ interuentum.poteſt infirmari etiam ab eo,qui ad ſupplementum legitimæ agere poterat, ut quibuſdam uiſſum eſt,licet non deſint qui aduerſentur, ut tradit Pet. Philippus Corneus conſilio 26.numc.20.libro primo. Nos autem tenemus partem affirmatiuam, ut etiam is, qui ad ſupplementum agere poteſt, hodie poſſit ad querelam inofficioſi teſtamenti tranſuolare. nam ſi mater aliquid minus tamen legitima portione filio reliquit titulo legati non titulo inſtitutionis, quo caſu ualet tale teſtamen.licet querelæ ſubiaceat, ut ſupra diſſeruimus, tunc is filius poteſt, uel legitimæ ſupplementum petere quandiu non probatur ingratus (ingratitudo enim non præſumitur niſi probetur l.liberi.C.de inof.teſt.l.oĩmodo,eod.tit.iunctad.l.om nimodo) uel querelam mouere,ſed certè ſi ipſe probatur ingratus & legitimę ſupplemento carebit, & querelę effectus nullus erit. ſin autem ingratus non probatur,tunc uel legitimæ ſupplementũ petere poterit,uel querelam mouere,per eamq; uirilem portio-

5 *Reſoluatur ne teſtamentum ab eo, qui legitimæ ſupplementum conſequi poterat.*

6 *Querelam an moueré poſſit,qui legitimæ ſupplementum conſequi poſſit, uel è contra.*

nem hæreditatis aſſequi.Ergo ꝛut plenè liquea iſta inuoluta materia,ſunt plures caſus conſiderandi,primus cum ille qui ad legitimæ ſupplementum uel ad querelam aſpirare poterat fuerat hęres inſtitutus,alter quando fuit exhęredatus,tertiusqꝫ ꝑteritus, ultimus qñ caſus fuit mixtus, quia illi tutus fuit & exhæredatus,uel in aliis ſpeciebus ſimilibus. Primo caſu ſi ex integra legitima inſtitutus eſſet expedium eſt,quia ceſſat tam querela quàm legitimę ſupplemẽ tum.l.cum quæritur.C.de inoff.teſt.l.ſcimus.l.omnimodo,eod.l.Papinia.§.quarta,&.§.quam autem quarta.ff.eod.ꝙ ſi ex minore portione q̃ legitima fuit inſtitutus, ad ſupplementum agere non querelam mouere poteſt hodie,licet olim ſecus,ut d.l.omnimodo & auth.ut cum de app.cog.§.ceterum,&.§.ſola enim. amplia et ſi nominatim teſtator iuberet ne ſupplemẽ tum peteret ut.d.§.cæterũ. Secundo caſu qñ fuit exhęredatus querelam mouere pŏt, ſupplemẽtũ uerò pętere nequit,qñ ei nihil relictum fuit,d.l.omnimodo,Idem ſi aliquid relictum eſſet ut ibi. Tertio caſu qñ ꝑteritus,ceſſat ſupplementum qñ nihil ei relictum fuerat, quia quod nullum eſt nõ recipit augmẽ tum aut ſupplementum.l.ſed & ſi manente,ff.de preca.iuncta d.l. oĩmodo ꝙ ſi iure legati aliquid ei relictum fuit(quo caſu adhuc ꝑteritus dr.§.eadẽ inſti. de exhę.lib.Iaſ.in l.ſi.nu.5.C.de bo.po. contra tab.) iure.C.non habebat querelã,ſed tm̃ legitimæ ſupplementum petere poterat.d. l. omnimodo.hodie aut ſi rite & rectè fuit ꝑteritus(ritè,quia expreſſa fuit iuſta cã,rectè,quia uera erat, ſicq; ab hærede probata fuit)& tunc querelã nõ habebit.d.§.aliud quoq;,neque legitimæ ſuppl. ut d.l. oĩmodo, ꝙ ſi rite tm̃ non ẽt rectè ꝑteritus fuit,ſi ipſe moueat querelã excipietur contra eum, ꝙ fuit ꝑteritus, replicabit ipſe ꝙ non recte aut iuſtè ꝑteritus fuit, ſicq; ſi nõ ꝓbetur ab hærede ingratus in querela uincet, conſequeturq; integram uirilem, ꝙ ſi non querelã mouit, ſed tm̃ legitimę ſupplementũ petiit,ſi cõtra eum excipiebat de ſui ꝑteritione,replicabit ipſe de ꝑteritionis iniuſtitia, & ſui ingratitudine ab hærede non probata, ſicq; quaſi iniuſte ꝑteritus obtinebit legitimæ ſuppl.iuſta d.l.oĩmodo,ſed raro inuenietur qui poſſit in querela obtinere & contentus ſit cũ ſolius legitimę ſupplemento.Quarto caſu qñ fuit inſtitutus in minore portione q̃ legitima, & à reliquis bonis fuit expreſſim exhęredatus,uel iuſſus ut cum illo eſſet tacitus & contentus,nec amplius quicquam peteret (quæ paria nobis eſſe vñr) & tunc aut ratio ꝓp quam iubebatur id expreſſa à teſtatore fuit,& ab hęrede probata ſed nõ expreſſa,primo caſu amplius petere non poterit nec ꝓ q̃relã nec ꝓ legitimę ſuppl.d.l. oĩmodo. Scd̃o caſu ad ſuppl.tm̃ agere poterit.d.l.oĩmodo,& d.§.cæterũ.vlt.caſu idẽ.ſ.ꝙ ſuppl.conſequit qa hęres ad id probãdũ etiam ſi uerum fuiſſet nõ admitteꝫ,ut d.l.omnimodo.quę omnia nullibi ſic diluciđata inuenio.

7 *Militis teſtamentum reſoluitur nuda eius uoluntate.*

Caſus octuageſimus primus. † Teſtm̃ initio rite & recte factum poſtea ſolet infirmari per uolũtatis uel pœnitentię teſtatoris interuentũ, quæ licet ut teſtm̃ iure cõi à pagano factum ipſo iure euaneſcat nõ ſufficiat, ſufficit tm̃ ut militis teſtm̃ iure militari factum ualere ipſo iure deſinat, l.eius militis.§. militia miſſus.ff.de mili.teſt. nam ut militis teſtm̃ nuda uoluntate conſtituiť.l.diuus.ff.de mil.teſt.§.plane,inſt. eo.tit. l.1.ff.eod.l.1.& 2.l.quanq̃.l.milites,C.eod. ita quoq; par eſt ut contraria eademq́ue nuda etiam uoluntate diſſolui poſſit.l.nihil tam naturale.ff.de regulis iuris.c.omnes res,eod.tit.l.ſi.ff.de accept.l.omnes populi,ff.de iuſt.& iure.§.ſed naturalia, inſt.de iure natu. Id †quod in ueterano locum nõ habet, cuius teſtamentũ ſemel rectè & rite factum per ipſius pniam ut cunque apertam, certam & indubitatam non euane t etiam ſi palam atteſtetur male ſe inteſtatum decedere,ita tex.in l.militis codicillis.§.ueteranus,ff.de in ili.teſtam.ibi & inteſtatus eſſe maluit,legata tamen infirmãtur,ſimile in l.ex parte.ff.de adim.lega.Idemq; facilius & in teſtatore pagano per cuius pœnitentia, ut cunq; uerbis expreſſis declaratam,teſtamentum ri te fact in non infirmatur.§.ex eo autem ſolo, inſt.qui bus modis teſtam.infirmentur.†Mirãtur cũcti noſtrorum,& recte,nam cum teſtamentum rite & recte factum ſi id te ator poſtea deleuerit, aut cancelauerit infirmetur l.proxime, & per totum.ff.de his, quæ in teſtam.delentur,quomodo tacita illa uolũtas,quæ ex tali cancelatione collegitur ſufficiens eſt ad teſtamentum infirmandum,cum uoluntas expreſſa certa,& indubitata non ſufficiat, at alias expreſſa uoluntas fortior efficatioq; eſſe ſolet quam tacita l. cum ex filio. §.1.ff.de uulgari. Quid dicendum ? & quidem nullus unquam in cuius ſcriptis inciderim ſanum reſpõſum dedit,ſed non in eleganter reſponderi poteſt quòd teſtamentum eſt quædam diſpoſitio, quæ poſt longam obſeruationem,& demum poſt multorum ſolennium interuentum conſumata & perfecta intelligitur, eſtq; ueluti ſpecies quædam à lege ciuili formata,& in eſſe producta,quæ ut nuda uoluntate non perficitur, ita quoque ſola contraria uoluntate nõ redditur infecta. Nam ut ſi uas argenteum conflauens, aut luteum effeceris licet re uera pœnitere cœperis,tamen nõ ideo uas illud infectum redditur niſi & manus admoueas, illudq; fregeris:ita quoque ſpecies illa teſtamẽti,quæ ſola uoluntate non fuit effecta lex quibus,quæ anxie & religioſiſſime naturam imitatur(.§.minorem natu, inſt.de adop.l.adoptio.ff.eod.titu.)ut ſola & nuda uoluntate infecta reddatur non permiſſit,niſi præterea manus admoueas teſtamẽtumq; deleueris.nã ut quod ſemel deberi cępit certis tantum modis à lege inuentis deberi deſinit quos ultra citraq; tollit nequit obligatio l.obligationũ fere.§. placet.ff de act.& obliga. per totum,inſt quibus modis tollitur, obliga. ideoq; dictum eſt obligationem perſonalem eſſe perpetuam l.nemo poteſt,ubi multa per Iaſ.Bar.& repetentes.ff. delega.1. Ita quoque teſtamentum ſemel rite & recte factum certis tantum modis à lege definitis, non etiã alijs,infectum redditur,inter quos non reperitur nuda uoluntas,& pœnitentia teſtatoris,ut patet inſt.qui bus modis teſtamen.infir.cum titulis ſimilibus. quod adeo uerum eſt,ut tale teſtamentum, quo ad hæredũ inſtitutiones,nec ipſo iure tollatur,nec etiam ope exceptionis,ut non obſcure ſignificatur in d.§.ueteranus,& in d.§.ex eo,& in d.l.ex parte, † niſi in milite, ut iam diſſeruimus,quod intelligo non ſolum in terreſtri milite,ſed etiam in nauali,ſunt enim militũ multa genera,quæ enarrantur per Emanuel de à Coſta in l. Gallus,§.& quid ſi tantum,ff.de lib.& poſthu.par.1. nu.63.quibus de rebus inde aliquid.per Tiraq.in legibus connu.glo.5.nu.73.† & mutatio uoluntatis ſm eũ poſt plures quos allegat non probatur niſi ſeptem teſtibus,ſed ſic probata uitiaretur teſtamentum, ut ipſi uolunt,quod nos omnino negamus, niſi aliud adſit adminiculum ut per eund. ibi gloſſ.5. nume.13. cum pl. ſeq.

8 *Militis ueterani teſtamentum non reſoluitur nuda uoluntate,idem in pagano.*

Quod autem diximus hæredis inſtitutionem per militem poſſe nuda uoluntate reuocari, non ſecus, quàm fieri, utrumque intelligendum eſt non ſolum ſi ea uoluntas uerbis nuncupatim expreſſa ſit, ſed etiam ſi tacite & conjecturis colligatur,ut nouiſſime tradit Emanuel à Coſta.in l.Gallus.§.& quid ſi tantũ parte prima.num.31.cum multis ſequentibus,qui firmat ſimiliter exhæredationem à milite tacite & conjecturis fieri poſſe. † Et licet communis opin. ſit quòd inſtitutio in re certa facta à milite nullo dato eohærede uniuerſale non trahatur ad uniuerſum, ut reſoluit Iaſ. in lege prima,nume.10. C. de teſtamen.

9 *Reſolui quare regulariter nequeat teſtamentum nuda teſtantis uoluntate noua declaratio.*

10 *Militis etiã nudis teſtamentum nuda uoluntate reſoluitur*

11 *Reſolui nequit teſtamentum uoluntate nuda etiam teſtibus ſeptem probatis,cõtra nouiſſimos.*

12 *Milites poſſunt hæredis inſtitutionem, & etiam exhæreditionem nuda uoluntate facere, licet ea conjecturis tantum probetur.Idemmet diſpoſitionibus reuocabis.*

13 *Miles ſi unum inſtituat hæredem in re certa,quoad reliqua inteſtatus uidebatur cum cõmuni opinione contra Iaſ.*

milit. tamen contrariam partem tenet Iaſ. ibidem motus per †l.ſi certarum.ff. de milita. teſtam. ubi miles unum hę redem ſcripſit, in rebus urbanis alterum in ruſticis. tertium in cæteris rebus, & ait. l. detrata rerum mentione omnes hęredes uniuerſales uideri, uerũ quaſi iam in uita ab ipſo teſtatore hæreditas inter ipſos diuiſa eſſet ad unũ eorum pertinebũt urbana bona, ad alterum ruſtica, ad tertiũ reliqua ut in ſimili ſit in l. ſi pater. & in l. quæ pater. ff. famil. erciſ. & in l. quoties. C. eod. ficq; tex. ille nihil facit cum teſtator ibi uniuerſa bona ſua inter hæredes diuiſerit, non ſic ſi in una tãtum re hæredes ſcripſerit, quo caſu in re dubia quo ad reliqua omnia bona inteſtatus diſcede re uoluiſſe uidetur. l. ſi miles unum. & l. ex duobus. ff. de milit. teſtat. quæ iura hanc partem apertius probant quã ulla inductione egeant.

14 *Intellectus. l. ſi certarum, ff. de milit. teſta.*

15 † Quid autem ſi unum in una re, alium uero in re altera miles hæredes ſcripſerit, an detracta rerum mentione fiant hæredes uniuerſales? & adhuc Iaſo. ubi ſupra colum. ante penultima contra communem opinio. contendit eos fore hæredes uniuerſales, quod plane ſuſpectum eſt, & cõtra d.l. ſi miles unum. d.l. ex duobus. nec ad rem pertinet. d.l. ſi certarum. ut ſupra oſtendimus. Et ad. l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hęre. inſti. l. ſi alterius. eodem titulo reſponde quòd loquũtur in teſtatore pagano, qui etiam ſi velit nõ poteſt pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decedere. l. ius noſtrum. ff. de regulis iuris, cuius contrarium in milite receptum eſt ut ibi, & iuribus ſupra alleg.

Miles unũ hæredem in una re, & aliũ in alia inſtituat, quo ad reliqua inteſtatus decedit, cum communi cõſta Iaſ.

16 †Denique licet Corneus in d.l. 1. C. de teſtamen. milit. & Cagnolus in d.l. ius noſtrum, firment quòd d. §. ſi ex fundo, locum haberet etiam in milite teſtanti id quod communiter receptum eſſe Cagnolus ait, tamen fortè contraria opinio receptior eſt, & nobis uidetur longe uerior, ut pluſquam manifeſtè probatur in l. ſi duobus. & in l. ſi miles unum ff. de milit. teſtat. id quod tenuit etiam Vigilius in §. hæreditas. inſtitu. de hęred. inſtitu. & alij multi relati per Alexan. Corneum. Iaſo. & Decium. in d.l. 1. C. de teſtamẽt. milit. nec ad rem pertinet quod uulgo dici ſolet † militem in re dubia iure communi uti uideri, nam id etiam regulariter ſuſpectum eſt, & ſaltem in ſpecie propoſita minimè uerum eſt ut plenè diſſeruimus ſupra. §. 24. numero. 41. cum pluribus ſequentibus. Vnde colligitur ſuſpectum eſſe quòd Cagnolus ubi ſupra, nume. 9. firmat quòd † licet miles poſſit facere, ut in eius hæreditate ceſſet ius accreſcendi, tamen de tali uoluntate conſtare & liquere deberet in re dubia, ut niſi ita probent militis hæredes legitimi, tunc pars hęreditatis uacans non deſinat accreſcere hæredi ſcripto in altera hęreditatis parte. id quod nominatim eſt contra d.l. ſi duobus. quæ iubet ius accreſcendi ceſſare niſi ipſe hęres ſcriptus probet militem uoluiſſe ut ius accreſcendi locum haberet, eſt etiam contra. d.l. ſi miles unum.

Miles teſtamẽtũ faciẽs for mam l. 1. §. ſi ex fundo, ff. de hared. inſt. reliquiũ hæreditatis hæredi ſcriptõ accreſcit, ardua queſt.

17 *Miles an in re communi uſus uideatur.*

18 *Militis in teſtamẽ. ceſſat ius accreſcẽdi, licet id ipſe expreſſim non cauerit, contra noui.*

Apparet etiam ex ſuperioribus ſuſpectum eſſe quod Calderinus. conſil. 24. an teſtamentum, colum. fin. & Decius. in d.l. ius noſtrum. prout eos refert & ſequitur Cagnolus. ibi. colum. pen. ſcripſerunt nempè † quòd quando fit teſtamentum inter liberos poteſt pater familiãs qui teſtatur, pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decedere. id quod præterea quòd nimis nouum & ſuſpectum eſt. uidetur etiam contra tex. in l. ſi quando, in princip. cum ſua gloſſ. C. de inoffic. teſtamen. ubi priuilegium incapaci datum ad teſtandum interpretatur ſecundum ius commune, ut teſtetur cum ſolennitate regulari & non aliter, ut ſic ius commune quantominus poſſibile eſt lędatur. quã regulam per multa ſimilia ornauimus infra in lectura d. l. ſi quando, unde priuilegium datum patrifamilias ut eius teſtamentum minus ſolenne ualeat inter liberos, eſt intelligendum in ſuis propriis terminis, ut remittatur ei ſolennitas quę in teſtamenti factione & creatione regulariter requiritur, & in hijs terminis loquitur. l. fin. C. famil. erciſ. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. nec tale priuilegium eſt extendendum de teſtamenti factione, & creatione ad effectus ipſius teſtamenti qualis eſt iſte, ut in eo habeat, uel non habet locum ius accreſcendi. Nam ut aliud eſt hominem naſci, aliud uero poſtquàm eſt natus actiones, uel operationes, uel effectus quoſdam facere, ita quoque aliud eſt teſtamentum inter liberos factũ habere priuilegium in ſui ortu, & creatione, aliud uerò eſt, ut etiam poſtquàm in eſſe productum eſt diuerſos effectus habeat & operetur, quàm reliqua teſtamenta regularia, quoad primum tale teſtamentum reperitur priuilegiatum, quoad ſecundum uerò non reperitur & hic remanet ſub regula d.l. ius noſtrum. non ſecus quàm reliqua teſtamenta. id quod nominatim uidetur probare dicta lex final. ibi ſiue codicillus, ſiue epiſtola, eſſe memoretur, ubi plane ſignificatur quòd uoluntas patris familias inter liberos teſtantis non ſemper ualet ut teſtamentum, nam ſi adfuerunt ſolennia ad teſtamentum, ualebit quidem teſtamentum & pater familias ex toto uidebitur teſtatus decedere, quòd ſi adfuerunt ſolennia ad codicillos tantum non etiam ad teſtamentum ſufficientia, tunc ualebit, ut codicillus non ut teſtamentum, & pater familias ex toto uidebitur inteſtatus deceſſiſſe, ſed nullus caſus reperietur in quo partim inteſtatus, & partim teſtatus decedere uideatur. † qua ratione idem quoque per eadem iura & rationes dicendum eſt in teſtamento facto ad pias cauſas licet etiam in hoc contrarium uoluerint Calderinus, Decius, & Cagnolus ubi ſupra.

Teſtamentũ militis rite & recte factum poſtea infirmabitur per inimicitias capitales inter teſtatorem, & hæredem ſuperuenientes. nam militis uoluntas etiam nuda ſufficit & ad eius hæreditatem concedendam & etiam ad adimendam lege eius militis. §. militia miſſus. ff. de milit. teſta. iunctas lege prima, & lege ſecunda, & lege quanquã & lege milites. C. de teſtamen. milit. lege prima, & lege dius. ff. eodem & in principio & . §. planè. inſtitutio. eodem tit. unde cum per capitalium inimicitiarum interuentum præſumatur mutatio uoluntatis in teſtatore, lege tertia. § . fina. lege ex parte. ff. de adimen. legatis. & ſola hæc uoluntatis mutatio ſufficiat ut hæreditas a milite data adimatur, dicendum eſt eam ademptam uideri, † ut ſic non in eleganter limitetur. dicta lex tertia. §. fina. & dicta lex ex parte ut procedant in pagano tantum non etiam in milite. pro nobis optimus text. in lege ſi certarum. §. ſi eodem teſtamento. ff. de mili. teſtamen. ubi licet in eodem teſtamento paganus quem hæredem ſcripſerat non poſſit utiliter exhæredare, miles tamen id facere poteſt quaſi nuda militis uoluntas ſeruanda ſit in hæreditatis datione & ademptione, non ſecus quam in datione uel ademptione legatorum: unde ut per talium inimicitiarum interuentum legatum ſiue à milite ſiue à pagano datum infirmaretur, ita quoque hæreditas à milite data adempta intelligitur. Pro nobis. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus dum ait, nam quod ademptum eſt nec datum quidem intelligitur.

19 *Teſtamentũ ſi pater faciat inter liberos, an poſſit decedere partim teſtatus, & partim inteſtatus, egregia quæſtio.*

20 *Pias ad cauſas ſi cũ teſtamur, non poſſumus partim teſtati, et partim inteſtati decedere, contra, Cal. Decium & Cagno.*

21 *Miles ſi cœpit inimicitias capitales cum hærede gerere, inſtitutio euaneſcit.*

22 *Intellectus et lim. l. 3. §. fin. et l. ex parte, ff. de adi. lega.*

† Quid autem ſi tales inimicitiæ capitales culpa teſtatoris non etiam hæredis ortæ fuiſſent, an adhuc hæreditas adempta uideretur? & uidetur quòd non. quia hoc caſu legatum à teſtatore pagano datum non reuocaretur ſecundum Bartol. in l. cum in tabulis. §. 1. per text. ibi. ff. his quibus ut indi. ſed Iaſ. tenuit contrarium. in l. ſi filiam. C. de inoffi. teſtamen. cuius opinio uerior eſt per generalitatem d.l. ex parte ut latius diximus ſupra. §. 10. nume. 621. ver. unde infertur, tu ſcis. Et eadem ratione etiam in ſpecie propoſita tenendum eſt hæreditatem à milite datam per capitales inimicitias ſuperuenientes etiam culpa teſtatoris reuocari non ſecus quam ſimile legatum à pagano datum reuocaretur.

23 *Inimicitia capitalis quo ad inſirmãda relicta, uel inſtitutiones, non refert cauſetur culpa teſtatoris, an aliũ de.*

Caſus octuageſimus ſecundus. † Teſtamentum rite & recte factum poſtea ſolet infirmari per certitudinem emergentem, quale eſt, cum Titium fortè hæredem ſcripſi, & poſtea ad meam hæreditatem duo Titii concurrunt contendens eorum alteruter de ſe tantum, non etiam de altero Titio teſtatorem ſenſiſſe ita procedit, lex ſi

24 *Reſolui põt teſtamentũ per incertitudinem emergentem.*

ita fuerit.ff.de rebus dubi.l.duo ſunt Titij,ff.de teſtam.tutela.l.eum qui.ff.ad Trebelli.l.quod de pariter.ff.de rebus dub.l.in ambiguo eod.tit.Q a in re quaſi remedij loco re ceptum eſt,ut etiam poſt confectum teſtamentum poſſit teſtator animum ſententiamq; ſuam declarare, neq; in tali declaratione neceſſum eſt ſolennia,quæ ad teſtameti creationem deſiderantur interuenire,quia qui declarat nõ tã quicq̃ denuo egiſſe quam id quod ant. a factum erat detegiſſe uidetur,elegans tex.in l.adeo.§.cũ quis ex aliena.ff. de acquir.rerum dominio.ita in ſpecie probat. l. hæredes palam §.1.& §.Sed ſi notam.ff.de teſta.ubi multa per recentiores.Neq; id nouum eſt, nam & iudex licet poſteaq̃ tulit ſententiam functus officio ſuo dicatur.l.iudex poſtea q̃.ff.de re iudica.† tamẽ per modum declarationis poterit ultra procedere,ut tradunt communiter Doct.per t.x. ibi ſingulariter in c.ut commiſſi.§.necnon faciendi,ubi etiam not.glo.de hære.lib.6.Innocentius in ca.dilectus col.2.de temp.ordin.Felinus in c.qualiter & quando §.ad corrigendos,col.5.de accuſatio.Decius in c.at ſi clerici,§.de adulterijs,col.2.de iudici.Idem Decius, in c.de cauſis,de offi. delega.Hoc amplius non ſolum ipſam ſententiam,ſed etiã ipſammet ſuperioris legem poſſunt iudices alterare,ut eſt uera,& cõis op.licet.n.legibus oibus obedire debeat ſubditi,ſiue illi iudices ſint ſiue priuati. c.2.de maio.& obe.c. erit aũt lex.4.diſt.l.1.& l.2.ff.de legib.Id quod etiã à iure naturali,uel gentiũ deſcendit.l.ueluti,ff.de iuſt.& iure,ibi ut patriæ pareamus,quod & ab ipſo iure diuino (ut nonnullis uidetur)deſcendere etiam intelligitur.d.c.2.† Tamẽ adhuc iudicibus liberum eſt per modum declarationis leges alterare pœnas legum commutantes,addentes,uel minuentes,iuxta ſubiectam materiam, habita ſpecierum, & perſonarum,locorum,temporum, & cauſarum de quibus agitur diligente ratione,& conſideratione.Cum cuique legis uim obtineat nõ ſolum id qđ uerbis expreſſis nomina tim leges præcipiunt,aut quod ex legis mente & ſentẽtia colligitur,quaſi de eo legiſlator cogitaſſet,licet non ſatis expreſſiſſet,ſed etiam id uim legis obtinere dicatur ꝙ legiſlator neq; expreſſit,nec cogitauit, ſi tamen ita ueroſimiliter iuſturus,ac diſpoſiturus foret, ſi is caſus in mentẽ ipſius ueniret,ut tenet gloſſ.communiter ibi approbata in l.tale pactum,§.fina.ff.de pact.Iaſ.nume.22.cum ſeq.in authen.quas actiones. C.de ſacr.eccleſi.Idem in l.quãuis.C. de fideicom.& in l.de quibus,nume.14.ff.de legibus. Nam & ſimiliter id à teſtatoribus diſpoſitum intelligitur, quod ipſi præciperent ſi ea res, de qua agitur in mentem ipſorum ueniſſet,licet non inueniãtur in ſui diſpoſitionibus tacite,aut expreſsimid prouidiſſe,ut eſt tex.in l.cum auus.ff. de condi.& dem.l.cum autem §.& generaliter.C.de inſt.& ſubſt.l.cum acutiſsimi.C.de fideicom.melior tex. de iure in l.3.C.de inoffic.teſtam.elegans tex.in l. hæredes mei,§.cũ ita,ubi plene per Socin.& Ripam.ff. ad Trebelli. optimus tex.in l.ſi duobus .§. fina.ff.delega.1.dum ait ſi teſtator uoluerit, uel etiã id expreſſerit ubi not.Iaſ.poſt alios.† Nec dubium eſt quin legum & ſtatutorum diſpoſitiones regulentur,& interpretentur ſecundum naturam & interpretationem ultimarum uoluntatum,ut tradunt Gloſſ.Bartol. Cumanus,Alexand.Corneus,& alij communiter in l.1.C. de his quibus ut indignis Gloſſ.& Bartol.in l. in cognitione.ff.ad Syllani. Romanus in l.& ſi pepercit, §. filiusinter medias,columna ſecunda. ff.de liber.& poſthum.& in l.4. §.Cato colum.penult. ff.de uerbor. obliga. Idem Romanus in l.1 colum.4. C.quando non peten. par. Aretinus in l.ſerui electione,poſt princip.ff.deleg.1.per l.Labeo,ff.de ſtatu lib. l.ſeruus hac lege.ff.de manumi. Andræ.Tiraquel. de retract.titu.1.ad fin.nume.13.ex cuius relatione apparet hanc eſſe communem opinionem . Idem in l. boues. §. hoc ſermone , limi.5.ff.de uerbor.ſignifica. Bartol. in l. 2.ff.de in diem addicti.& in l.fina. in fin.ff. de regul. Cato.† Cum inquam diſpoſitum intelligatur à teſtatoribus & a legiſlatoribus non ſolum quod expreſsim,uel tacite iuſſerunt,ſed ẽt id, de quo nunqnam meminerint,ſi tamen ueroſimile eſt quod hodie interrogati de re, de qua agitur ita reſponderent, euenit ut iudices poſsint, & debeant id ſequi quod legiſlatores ueroſimiliter in caſu de quo agit ſi uiuerent præciperent,licet aliqua ex parte id lege generali aduerſetur,iſta eſt uera, & communis opin.quam tenent dd.in l.& ſi ſeuerior.C.ex quibus cauſ.infamia irrogatur,& in l.quid ergo.§. pœna grauior.eodem titul.gloſſ.in l.hodie.ff.de pœnis tradunt dd.in l.1. C.de precib. Imperato.offeren.Innocentius,& alij in c.1.de conſt.Decius poſt alios in cap.de cauſis de offic.delegati. Bald. in dicta lege prima.& in authen.ſed nouo iure.C.de ſeruis fugitiuis, & in l. nullites.C.de teſtam.milit.& in l. clari.C.de fideicommiſſis.Idem Bald. in l.obſeruare §.proficiſci,quæſt.2.ff.de offic.proconſ. Roma.poſt Bald.ibi. in l.quod ſeruius.ff.de cond.ob cauſam.Fulgoſius, conſi.124.præſſupoſitis,col.fi. Panormi.in cap.niſi ſpecialis.col.fina.de offic.delega.Angelus in lege quod ſi nolit.§.qui aſſidua,& ibi. Cæpola.ff. de ædilit.edicto. Panormita.in cap.licet.columna fina. de pœnis. & in cap.2.de delictis puerorum.Roma. in rub.C. qui admit.columna ſecunda . Angelus in tractatu , maleficiorum,uerſi.quas ſi non ſoluerit, columna quarta , & ibi eius additionator.Roma.in rubr.ff.de arbit . columna ſexta. Idem in lege ſi quis in graui.§. utrum,columna final. ff.ad Syllanian.Paris de Puteo de ſyndicatu. uerſic. Iudex fol.24.Paul.Caſtren.& Aretinus in authenti.ad hæc. C.de iudi. Roman.conſi.428.conſiderato Aretinus, in cap. etſi clericos.§.de adulteris.& ibi.Decius de iudicijs.Idem Aretinus conſi.131.Spiritus ſancti,colum.fin. Felinus, in ca.inquiſitionis,columna quinta de accuſa. Decius,in rub.columna ſecunda.lectura.2.de iudi.eſt communis opin . ſecundum eundem in dicto capitulo de cauſis. Marſilius in lege prima §.diuus.ff.de ſcarijs , & in l.prima §. ſed & ſi quis.ff ad leg. Cornel.de falſis.Marſilius, ſingulari.182.iudex non debet.Iaſon,in l.omnes populi,col. fi.lect.1.ff.de iuſt.& iure.Idem in l.qui iuriſdictioni.ff.de iuris omni iud.

Contrariam partem , ut iudex nequeat legem alterare commutando,addendo , uel minuendo tenent Bald. ſibi contrarius poſt Butrica.ibi in lege prima. C.ſi aduerſus delictum . Felinus ſibi contrarius,in dicto capitulo primo , columna 17.Decius. ſibi quoque contrarius in rub . columna tertia. C.qui admitti.& Bald.in dicto §. pœna grauior,& in authen.hodie.C.de iud.mouentur, † quia cuius eſt legem condere,eius eſt eam interpretari , & declarare l.fin.C.de ll. quod neminem iudices me mouere debet,nã cuius eſt legem condere , quòd eius ſolius , & non alterius ſit eam interpretari , intelligendum eſt procedere quoad interpretationem generalem,quam etiam alij iudices ſequi teneantur,ut pote habente m uim legis id quod ipſemet legiſlator non etiam alius facere poteſt,ut d.l.fina. non ſic quoad interpretationem particularem , quæ fit à iudice in lite quoram eo mota , tunc enim ipſe ut quotidie fit poteſt & debet legem interpretare,& declarare,ex ueroſimili mente legiſlatoris, quaſi ipſemet legiſlatorde eo caſu interrogatus,ita reſponſurus eſſet,etiam ſi talis interpretatio , & declaratio aliqua ex parte aduerſetur legi generali,& uerbis ipſius legis,ut in ſimili factum fuit in l. hæredes mei.§.cum ita. ff.ad Trebel. & in l.3.C. de inofficioſ. teſtamen.& in lege prima,ff.de uulga . & in princip. inſt.de pupil. & in lege nam hoc iure.ff.eodem titulo, id quod iure regio Hiſpanorum facilius admittendum eſt,ut in lege undecima titul.1.lib.3. ordina.& in lege fina.tit.de las ſententias.eo.lib. quibus legibus pleniſsima legum interpretandarum facultas iudicibus data fuit . Et in ſimili tradit Iaſo.in l.uinum.numer.24.ff.ſi certum peta.† Et huiuſmodi interpretationes quas iudices facere , & ſolent & debent in cauſis coram eis agitatis , reliqui iudices ſequi & imitari non tenentur,& hoc eſt quos dici ſolet exẽplis non iudicandũ.l.nemo.C.deſent.†licet interpretationẽ factã ab ipſo legiſlatore cũ cauſæ cognitione reliqui oẽs iudices ſequi teneantur, quaſi uim legis hñe intelligãtur , & iſte eſt uerus ſenſus & communis d.l.fin.C. de ll & l.1. ff.de conſti.prin.& §.ſed & quod principi.inſt. de iure natu.& in §.reſponſa prudentium.eod.titu.facit text.ille ſingularis

25 *Iudex, ut poſsit ſententiam ſuã declarare.*

26 *Legẽ ſuperioris poſt inferior declarare, ex eo, quòd legiſlator tacite ſẽſit,uel ex eo quod ueroſimiliter diſpoſiturus eſſet, ſi de hoc caſu interrogatus eſſet.*

27 *Iudex põt legẽ immutare pœnam addendo minuendo, uel cõmutandi.*

28 *Legis diſpoſitio ultra diſpoſitionibus aſsimilantur quo ad ſui interpretationem.*

29 *Legẽ ut iudex poſsit alterare,et interpretari egregia pugna.*

30 *Intell.l.ſi.C. de legibus.*

31 *Intell.nemo .C.de ſenten tijs.*

32 *Intel l.1 ff. de cõſt.principum, et §. ſed, et quod principi.inſt. de iure natu.*

gularis in Ligitur.§.potest.ibi, quoties quis iustis rationibus ductus uel non iustis.ff.de liber.causa. bona gloss.in l.ab excutione. uerficu.perperam, C. quorum appe. non recipiantur.& quod tradunt Ar ti. in l.improbum. colũ.3. C.ex quibus causis infamia irrogatur. gloss.in l.unica.§.h. in fin.gloss.magnæ.ff.si quis ius dicen. non obtempe. & in l.3.§.si quis ignorans.ff.ad Syllania.& glo. fin. & ibi Barto. in l.1.in fin.ff.de abigeis. glo.in l.ex consensu.§.fin. uerbo non recte.ff.de appella.gloss.in l.plagij. C.ad leg.Flauiam, de plagi.Angelus in d.l ex consensu. §.fin. Barto.in l.pen. ff.de adult.Bal.in l.deberi.C.de fideicom.libert.& in l.1.C. ubi caus.ff.at.Felinus in consi.34.non sine colorata,col.pe. Iasconsi.20.pro liberatione,col.penultim.& cons.40. pro fisco,colum.4.lib.3.Paul.Caltren.consi.277.in causa carceratorum.Barto.Veronen.cons.6.veritas, colum. penultim.

13 *Concilij decretum an subtracta episcopi dispensationem reuocauerit.*

Ex superioribus deducitur defendi posse quod Romanus,consi.427.incipit.in terminis,colum.fin. scripsit dum ait,quòd quamuis regulariter episcopus dispensare non possit contra decretum concilij, tamen ex iusta causa potest contra illud dispensare, quod refert & sequitur Marsilius singu 182 iudex.quod intelligendum est habere uim non tam dispensationis,quam mentalis declarationis,quasi licèt id uerbis ipsius Concilij aduersetur, tamen menti & sententiæ ipsius non repugnet, quasi si is casus quo de agitur in mentem patrum qui concilio interfuerunt uenisset, ita quoque uersus.iliter statuerent, licet in reliquis casibus generaliter aliud obseruari uoluissent,itaque Romani, & Afflicti,decisio. quæ in uim dispensationis defendi non potest, in uim tamẽ declarationis uera est,quia ut diximus,qui declarat non tam denuo quid quam egisse, quàm quod iam erat detegisse uidetur.Vnde etiam inferior factum & legem superioris potest declarare, licet cum ea dispensare solus superior possit,ut in d.l.fi. C. de ll. expressius in l.1.ff.de const.princip.& in §. sed & quod principi.inst.de iur.natu.†Et in hunc sensum defendi potest quod gloss.in c.tempora.26.q.7.& Roma.ubi supra,& Marsilius,ubi supra,scripserunt dum aiunt quòd pœnitentiam quam Papa iniungit,episcopus potest deminuere, licèt superioris factum inferior regulariter mutare nequeat, c. cum inferior. de maiorit.& obedien.l. minor autem magi stratus.ff.de minoribus,quæ opinio licet per modum dispensationis,ut diximus,suspecta sit, per modũ tamen mentalis declarationis defendi potest ex uerosimili mente ipsius summi Pontificis.

14 *Inferior factum superioribus potest declarare,sed non cum eo dispensare.*

15 *Pœnitentia a papa iniuncta an episcopus possit mutare, egregia q.*

Vnde dici solet summum Pontificem ius diuinum in totum tollere non posse,illud tamen declarare & interpretari & ex causa moderare & limitare,ac circa illud dispensare posse:ut per Bart.in prœmio.fforum, col.6. Alberi.in prima parte,statu.7.q.Bart.in l.ex hoc iure. & in l. omnes populi.& utrobique omnes nouissimi.ff.de iustit. & iure. Bal.in authent.ad hæc.C.de usur.Bart.in l.rescripta. C.de precib.impe.offeren.Bal.in l.1.C.de iure.aure.anul. Bartol. in l.1.ff.de const.prin. & in l.fi. C.si cõtra ius uel uti publ. Decius consi.112. in præsenti, colum.2. Franc.de Curte. consi.19.uiso primilegio.col.4. & cons.20. Sæpe numero, col.2.Decius in c.quæ in ecclesiarum de constit. Felinus, in c.postulast,col.13.de rescrip.Corneus, consil.189. quãquam.col.2.lib.4.Felinus in c.humilis, de maiorit.& obedien.Ferdinand.Loazes, in consi. super matrimonio Regis Angliæ,dubita.2.2.funda. pro parte affirmatiua. Alexand.

16 *Ius naturale perpetuum immutatur.*

consi.249.pro inuestigatione,colum.3.lib.2. & consil.183. perspectis,col.fi.lib.5.Maria.Socin.consi.28.circa primum lib.1.per tex.in l.manumissiones, & in l. ex hoc iure.ff.de iusti.& iur.& in l.ius autem ciuile,cod.ti. †Hinc descendit quòd licet homicidium iure naturali,& diuino uetitum sit

17 *Ius diuinũ per positiuũ mutatur.*

& punibile pœna talionis,ex causa tamen per legem hæc pœna remittitur,quale est in occidẽte bannitum, & in matio qui uxorem adulteram interfecit, ut plene disseruimus supra §. 7.nume.22.Hinc descendit parricidium facinorum tristissimum interdum impunitum relinqui, ut ibi

18 *Festiuis die*

resoluimus†hinc descendit posse etiam diebus festiuis hominnes facinorosos suspendi,l.omnes.C.de ferijs. Hinc descendit parentibus qui patriæ proditores extiterunt non esse obediendum.†Hinc descendit hostem fallere permissum esse,& alia id genus innumera,quale est quòd fœmina in casibus non possit esse testis, & quòd duobus aut tribus testibus in multis iuris speciebus non adhibeatur fides,quæ omnia & similia ut uidere licet in locis supra allegatis,iure diuino & naturali aduersa pugnantia & contraria esse uidentur,sed tamen ex causa admittuntur & tolerantur per modum declarationis uel dispensationis quæ fit ab inferiore,qualis est lex.positiua, & quales sunt principes terræ † Sed cum ut supra aduertimus inferior circa legem superioris non possit dispensare, non magis quàm eam ex toto tollere, in omnibus his speciebus & similibus,magis est ut induci recte potuerint per modum interpretationis & declarationis, quàm per modum dispensationis quasi his casibus inferior interpretetur & recte q͡d ipsa iustitia diuina, idem quoque statueret, & præceptum generale contrarium his casibus obseruari noluisset .unde licet plerique theologorum in hanc sententiam conuenire uideantur ut episcopi,de iure diuino in suis diœcesibus residere debeant, tamen inferior ex causa potest non per modum dispensationis(id enim non liceret)sed per modũ declarationis præcipere ut alibi ad tempus morentur,†& in hunc sensum sustinetur text. iuris Regij Hispanorum in prœmio.tit.del consegio del rey.lib.2.ordi. & l.11.titu. de la audiencia y chancilleria, lib.2.ord.& l.8.eod.titu.& l.1. tit.de los scribanos de las audiencias.lib.2.ordi.quæ iusserunt ut prælati possent esse præsidentes in conuentu, & tribunali consiliariorum Regis Hispaniæ,& in reliquis tribunalibus quæ uulgo cancillerias appellamus. †Et in eundem sensum summi Pontifices solent non paucos episcoporum & Archiepiscoporum in curia Romana secum detinere,& in alijs locis, ea uidelicet subintellecta occasione quòd ibi sint necessarij aut utiles uniuersali ecclesiæ, eaque utilitas maioris uel non minoris momenti esse uideatur,quam ea quæ contingeret.ex eo quòd tales prælati in diœcesibus suis residerent. †Vnde cum ad concilium Tridentinum anno 1562. a Philippo Hispaniarum Rege potentissimo missus essem, & quo magis episcopi in suis diœcesibus residerent,nec tot episcoporum Romæ morarentur,a suis diœcesibus absentes tractaretur inter patres qui ibi conuenerant quasi ad illius mali medicinam ut iuris diuini esse residentiam episcoporum in suis diœcesibus declararetur, dicebam non multum utilitatis ex tali declaratione profecturum cum adhuc posset summus Pontifex quos prelatos Romæ uolet detinere, declarare ob totius uniuersalis ecclesiæ causam & utilitatem eos ibi commorari oportere,nec de futuros esse in Romana curia uiros qui similibus in rebus pecuniarum quærendarum causa summum Pontificem circumueniant, ut cunq; ille sit uitæ sanctissimæ & inculpatissimæ.

Ex † superioribus etiam descendit quòd licèt episcopus tollere aut dispensare nequeat circa ius canonicum, præcipue consiliare, ut tradunt communiter doct. in c.1. & c.2.& c. quæ in ecclesiarum,de constitu.& in c.quod super his,& in c.cum inferior,ubi late Felin.per text. ibi de maiori.& obedi.tex.in c.post translationem, de renunt.tamen ex causa id potest efficere, ut plerique nostrorum, late dixerunt in d.c.1.de consti.& in d.c.fin. de consuetu. & in d.c.quod super his, de maiorita.& obedi. & in c.2.de proba.& in c.dilecti,& l.fi.de appell.& in d.l. omnes populi.ubi Bal.in 4.col.& Ioan.Baptista de sancto Seuerino. in 38.col.& ibi Iason.in 1.lect.ff.de iust.& iur.Ioan.de Ligna.in d.c.at si clerici,& ibi Panor.& Moder.de iud. Idem Panor. in d.c.fi.de consue. Archidi.in d.c.licet canon. de electio. lib.6.Cardin.in c.studuisti.de offi.lega.Albericus de Rosate,in prima parte statutorum in 7.q.uersi. quid si statutum. Bald.in repet.l.2.ff.de iure iurand.& in addi. ad Speculum, in titul.de feud. Roma. in l.1. ff. de iurisdi.omni. iudi.& in consi.329.incipi.quo ad primum.in 2 col. & in consi.428. incip in terminis, in fin.col. & in singul.486. incipi. Sed an possit episcopus.Andr.Siculus,in d.c.1.& in rub. C.qui admitti.

bus interdum facimus plectitur.

19 *Ius diuinũ in uariis speciebus per humanũ alteratur.*

20 *Ius diuinũ ut per inferiorem possit interpretari uel dispensari.*

21 *Intell.l.1.ti. de la audtẽcia lib.2. or, l.8.eod.titu. l.1. titu. de los scribanos eod.lib. & in prœmio ordi.*

22 *Papa quo iure & colore detineat Romæ episcopos extra suas diœce.*

23 *Episcoporũ residentiam iuris diuini esse declarare uel non quid interfit*

24 *Episcopus dispensare an possit circa ius canonicum.*

mitti,in 24.colum.& in consil.36.incipi. Sapienter columna decimaquinta, volumin. secundo, & in consilio primo, colum.22.& in consi. 76. incip. illud in medium afferam, colum.3.uolum.3.& tenet Iaso.in lege nemo potest lect.2. colum.secunda.ff.de lega.1.Angelus in §.ius ciuile. institu. de iure natur.Rochus de curte in cap.fin. de consuetu. columna 35.Felinus in cap.1.fall.7.de constit.Iaf.in lege prima.C.de precibus Impera.offer. Alexan.in rubric. columna secũda.ff.de off.eius cui mand. est.iur.Lanfran.de Oriano de interpre.statu. columna prima. Alexand. in lege ex duobus.§.& si contratabulas.ff.de uulgari, & in dicta l. nemo potest,col.prima. Idem Alexan.in consil.248. perspectis,colum.4.lib.2.Bald.in cap.1. ut lite non contest. per text.not. in lege,si hominem.ff.mand. ubi procurator generalis ex causa potest indicere procuratori speciali qui illa in re superior uidetur uel potior, ne mandato utatur, Marsilius in l.1.§.fi.ff.de quæsti.Bal.in lege error C.de iur. & facti ignor.Besutius in lege, quòd iussit.ff.de re iudica.

45 *Resolui potest patris testam.si filius exhæredatus furere cepit.*

Casus octuagesimus tertius.† Testamentum solenne postea potest infirmari per interuentum furoris filij exhæredati quasi causa exhæredandi talem filium, & si initio iusta fuerit,tamen per ipsius furoris interuentum satis punitum filij demeritum uideatur,& consequenter amplius per exhæredationem puniri non debeat,quasi causa illa ad nõ causam redacta,iam uideatur†sicque querela id testamentum rescindi posset, si modo uiuo patre filius furere cœpisset,ita tenet,& firmat communiter teneri Iaf. in lege, patre furioso,nu.42.ff.de his qui sunt sui uel alieni iuris per illum textum,dum ait,satis furore ipso punitur.

46 *Furore filij turpitudo sua ad iurgetur.*

Contrariam partem tenent non pauci adeo ut pars hæc contraria receptior (ut nobis uidetur) haberi debeat, ut plenius differuimus supra §.21. nume.256. Possent hæ uarietates in hunc modum conciliari,ut si causa ingratitudinis respiciebat ipsius filij turpitudinem, quia minus erat, uel arenarius(& cetera id genus) tunc per aduentum furoris & iam cessare & satis punita uideatur, quòd si offensam iniuriamque ipsius patris respiciebat,tunc secus, ut in simili distinguimus supra §.10.in repetit.l. quoniam in prioribus,de inoffic.testament.num.612. nec est obscura harũ rerum differentia, ut ex ibi late traditis facile accipietur.

47 *Resolutur testa.principis filiũ suũ errore præteruntis.*

Casus octuagesimus quartus.†Testamentũ solenne põt postea infirmari, ex eo, q̃ princeps per errorem filium suũ præterijsset, si enim scienter eum præteriret testamentum valere in comperto est tum q̃ princeps legibus solutus est.§. final.instit. quib. mod. testamen. in firm. l. princeps legibus, ff. de legibus,tum etiam ad exemplum militis cuius hoc casu testamentum non infirmaret. l. sicut certi. l.si cum uel in utero. C.de test.mil. §.fina. in l. fin. C.de inofficio. testamen.l.fina.C.qui testamen.fa.poss. Nam si potest facere ut testamentum priuati hominis hac de causa non subiaceat querelæ iuxta l.si quando, cum gloss. C.de inofficio. testamen. quanto facilius poterit in sui testamenti conseruationem id efficere. Item quia tale testamentum est informe & nullis legibus subiectum. l.omnium. C. de testa.ut plenius, supra §.26. fere per totum. Sed si per errorem eum filium præterijt, quia eum se habere ignorabat,uel mortuum putabat,tunc credo id testamentum non ualiturum, nec ad illud rescindendum opus esse querela, sed ipso iure nullum esse, unde nec legata aut fideicommissa debebunt, argumen. d.l.sicut certi, & d. l.si cum uel in utero. Et hoc casu legata non deberi ultra dd.ll. probat in l.filio præterito, ff.de iniusto rup. & in l. posthumus, in prin.& §. idem,& circa,& l. si. eod. tit.l.si iure, ff.de leg.3. l.3.§.final.l. ex parte,ff.de adimen. lega. neq; ad rem pertinet.auth.ut cum de appell.cog. §.sin autem hæc omnia. nã procedit quando scienter fieret præteritio non sic si ignoranter & per errorem,non quoq; oberit.l.fi.ff. de hære.instit.nam respo.ut supra in simili plenius egimus.

48 *Resoluitur testa.detecto exhæredationis errore.*

Casus octuagesimus quintus. † Testamentum solenne postea infirmari potest per errorem testatoris circa filij exhæredationem, quale esset eum testator qui plures filios habebat omnesq; ita exhæredauit (cæteri omnes filij filiæq; meæ exhæredes sunto) unum eorum quos re uera habebat, mortuum esse putabat, tunc enim ob personam illius id testamentum periclitaretur l. Titius. in prin. ff.de liberis & posthumis. ibi cæterum de errore testatoris qui proponeretur apud iudicem agi oportere. Sed an tunc testamentum periclitetur ex eo capite quòd testamentum uideatur carere exhæredatione liberorum rite facta, hoc est ex eo quòd illa exhæredatio non rite facta uideatur†an uero ex eo, quòd utcunque rite facta intelligatur tamen ex errore testatoris postea detecto illuxerit contra eius uoluntatem esse illum filium excludi, & communis opinio esse uidetur illam exhæredationem non rite factam uideri, ita resoluimus. supra.§.20.num.54. cum pl. seq. & numero.62. eum seq. sed nos non parum utiliter ostendimus talẽ exhæredationem nominatim factam uideri, uerum si huic filio patris hæreditatem petenti obiiciatur, quòd fuit exhæredatus,ipse per doli exceptionem, uel replicationem patris bona obtinebit, hic enim remedia ordinaria mihi cessare uidentur,nec enim datur ius dicendi nullum,quia ponimus filium rite exhæredatum, nec contratab. bono.poss. † quia ea non datur rite exhæredatis l. non putauit. in princ.ff. de bono. poss.contratab. nec querela inofficiosi testamenti, quia ea non datur nisi contra testamentum eius,qui impius aut ueluti demẽs fuit alienos suæ soboli sine iusta causa anteponendo l.1.2.3.4.ff.de inoffic.testam. l.Titia. eodem tit. in prin.inst. eod. Sed is qui errat, nec fuit impius, nec demens, ergo &c. cum ergo omne adiutorium ordinariũ cesset ad remedium extraordinarium(quale est doli exceptio aut replicatio) deueniendum est, ut in l.1. & fere per totum.ff. de doli excep. & hoc mihi uisus est sensisse iurecon sultus in d.l. Titius dum ait, cæterum de errore testatoris, qui proponeretur apud iudicem agi oportere, quasi omnia remedia ordinaria defecisse ad extraordinariumq; remedium (quale est iudicis officium, aut d. doli exceptio) necessariò confugiendum esse significarit,quod not.quia non inuenio sic declaratum.

49 *Exhæredatio illa cæteri omnes filij exhæredes sunto nominatim facta uidetur contra communem.*

50 *Resoluitur testam.inter pias per iudicis officiũ aut doli exceptionem.*

Denique † ex his patet ſuſpectam eſſe ſententiam, glo. quam ibi non pauci ſequuntur in capitu.de cauſis.de officio, delegat. dum ait quòd partium conſenſu non potest cauſa ordinaria fieri ſummaria, nam cum id pertineat ad lites breuiandas, quod omni iuri ſtudio, & eſt, & eſſe debet,non eſt cur tale pactum non ualeat, præſertim cum in iudicio quaſi cõtrahatur,lege tertia. §.idem ſcribit,ff.de poſiti.nec dubium ſit quin in contractibus uel quaſi homi nis conuentio pro lege ſit. l.contractus. ff.de regul.iuris, dummodo iuri publico non noceat, ut modo dicebamus, maxime quia etiam ſi per talem conuentionem periret ſubſtantia contrahentium adhuc liberum eis eſſet, cum rebus ſuis poſſit quiſquam non ſolum uti, ſed etiam abuti, easque prodigere, l.ſedes ſi lege.§.conſuluit,. ff.de petitiõ.hæred.l.prima. §.penultim. uerb. prodigit.ff.ſi quid in fraud.patr.l.ſed non uſque.ff.ſi quis a pa. fu.manumiſſ.

105 *Cauſa ordinaria ut ſummariam fiat conuentio ualet egregiaq; q.eſt.*

Præterea & fortius omnia iudicia etiam in ſui definitione accommodari debent ad partium conſenſum, & hoc eſt quod dici ſolet omnia iudicia abſolutoria eſſe debere. §.final.inſtit.de perpet.& temporal.actio. ergo multo magis quo ad modum procedendi iudex ad partium conſenſum debet ſeſe accommodare, ſi per hoc reipublicæ aut alteri læſio nulla infertur,hic autem in lite breuianda reipublicæ aut alteri læſio non infertur, ſed potius auferetur. ergo,&c.

†Cauſa autem ut ex conſenſu partium ſi erat ſummaria fiant ordinaria taleque conuentionem ualere tenuit, glo. in clemen.ſæpe,& ibi.Ioannes de Imola, columna quadrageſimaprima, de uerborum ſignificatio. quòd puto ſuſpectum, & in contrariam partem moueor, quia per talem conuentionem ex ipſa litis mora & prorogatione ius publicum quin lædi uideatur (hoc eſt publica utilitas quæ non leui ex parte in litibus breuiandis ſita eſt, ut ſupra oſtendimus)negari non poteſt, ergo talis conuentio rata non erit, dict.l.properandum, dicto capitulo, finem litibus) non magis quam ſi conueniret ut inſtantia triennalis prorogaretur,ut ex ſuperioribus edocemur.

106 *Cauſa ſummaria ut fiat ordinaria conuenire nõ poteſt contra gloſſ. & Imolam.*

Superioribus etiam proximum eſt † quòd licèt prælatus clericis ſecularibus inuitis non poſſit aſperiorem uiuendi modum indicere, ut per gloſſ. & doctores in capitulo, quod omnes, de regulis iuris, libro ſexto.Tamen ſi prælatus duriorem uitam, quæ antea obſeruata fuerat induxiſſet per ſuam conſtitutionem id efficere non prohiberetur, ita uidentur ſentire Felinus & Philippus Decius in capitulo, ad noſtram, de appellationibus. Idem Felinus in capitulo, cum omnes, columna tertia, verſiculo ſecundo probatur, de conſtitutionibus, qua de re tradit multa. Præpoſitus Cardinalis Alexandrinus in capi. ante triennium 31.diſtinctione.

107 *Prælatus clericis aſperiorem uiuendi modũ inducere põt.*

S tat ergo ex ſuperioribus quòd filius ab hoſtibus reuerſus teſtamentum ante rite, & recte factum, ideo non rumpit, quòd non nouus homo aut filius, ſed idem qui antea erat uidetur, quaſi ad priorem conditionem facile reuertatur, quòd in ſpecie probare uidetur, l.ſed nec filius,ff.de iniuſt.tupt.

Caſus nonageſimusquartus.† Teſtamentum quod initio ualuit poſtea infirmatur,ſi teſtes tempore quo aperitur teſtamentum non uiuunt, & ita neqeunt reognoſcere ſuas ſubſcriptiones,iſta eſt communis opinio, quam tenet glo. in l.ſecunda.in princip.uerb.publicum,ff.quemadmo.teſta. aperi.ſequuntur ibi Bald.Angelus,Bartolus,& Imola, glo. in lege publicati. C.de teſtament. & gloſſ.1.in l.1.eod.titu. & ibi Bartolus,Baldus,Angelus,& Salicetus opp.3.& Corneus & pleniſſimè Iaſ.per legem tertiam.§. duæ autem cauſæ.ff.de Carb.edicto, gloſſ. & communiter doctores in lege ſecuuda.C.quemad.teſtam.aperiantur,ſequitur Boerius deciſione 118.& præſuppono aliam quæſtionem,nume.24.

108 *Reſoluitur teſtamentum ſi teſtes teſtamenti tempore quo aperitur teſtamentum mortui ſunt.*

Vnde apparet periculum eſſe in teſtamentis quæ in ſcriptis fiunt,propterea quòd poſtea ſi teſtium uuus uel certi, uel omnes non apparent,uel mortui ſunt teſtamẽtum comprobari non poteſt.

Caſus 95.† Teſtamentũ quod initioualuit poſtea infirmari põt,ſi ex teſtibus in eo adhibitis duo uel plures apparent eſſe,& etiã tpe teſtamẽti fuiſſe ſeruos, uel etiã fuiſſe fœminaſcũ forte teſtamenti tpe uirili habitu amictæ,& inductæ incederent,ita probat text.in l.1.C.de teſta. & in §.ſi quis ex teſtibus inſt.de teſtam. per locum ab incluſione ad excluſionem alterius,nam ſi cũ tali uitio in uno tantum teſte per illa iura diſpenſatur, ergo diſpenſatio ceſſaret in pluribus teſtibus,l.cum prætor.ff.de iudicis, & caſus exceptiuus firmat regulam in contrarium,unde cum ibi diſpenſetur,& excipiatur ille caſus a regula firmior remanet regula in contrarium.l.1.cum ibi plene traditis per Deciũ Mainerium,& Cagno.ff.de reg.iur.l.nam quod liquide.§.ſi ff.de penu lega. Qua ratione (ut nobis uidetur) idem reſpondendum erit in omnibus reliquis uitijs quæ impedimento eſſe ſolent, quominus teſtis teſtamento adhiberi utiliter poſſit, quæ enumerauimus plenè ẽ.lib.2.per totũ.

109 *Reſoluitur teſta.ſi detegatur quòd teſtium duo uel plures erant ſerui uel fœmine.*

Caſus

110 *Resoluitur testamen. in scriptis iure regio si detegatur postea tabellionem in qua in eo interfuit minus rite creatum fuisse.*

Casus nonagesimusextus. † Testamentum in scriptis quod initio ualuit seu ualere uidebatur, postea infirmari potest, si detegatur quòd tabellio qui illud scripserat, & confecerat non erat creatus à principe illius ciuitatis ubi confectum fuit, uel ab illa republica, sed ab alio principe, uel republica extranea, quale esset si creatus à rege Galliarum faceret Hispanię testamentum, uel contra, & quæstionem hanc intellige in terminis iuris huius Regni Hispanorum quo iure in testamentis in scriptis exigitur interuentus tabellionis iuxta Taurinam l.3. nam iure communi diuersum est secundum communem opinionem, ut alibi diseruimus, † & quòd tale testamentum non ualeat uidetur,

111 *Tabellio ex tra territorium principis qui eum creauit tabellio non est arduaq; q.*

quia extra territorium principis eum creantis tabellio nõ potest instrumenta conficere secundum Hostiensem, Antonium & Abb. Siculum in c. cum p. tabellio, de fide instrum. Anton. Butrium in ca. sicut, ne clerici, uel monachi in simili per Marsil in rep. l. fin. num. 19. ff. de iurisdi. omn. iudi. ubi post alios uult † idem fore in eo qui habet facultatem

112 *Legitimus ve qua potest, extra territorium constitutis non potest.*

legitimandi, nam extra territorium illius principis, qui eã concessit legitimare non poterit per Fabrum in l. secundũ diui. C. de donat. Dominicus per illum tex. in ca. Romana. §. fin. de foro compet. lib. 6. Pala. Ruui. in rub. de dona. inter uirum & uxorem. colum. 6. num. 20. ut & alios refert Boerius decisione. 242. & uidetur primo. num. 3. & hæc pars uidetur uerior licet cõtrariam partem tenuerit Imola in d. ca. cum p. tabellio & Antonius in ca. per uenerabilem, qui filij sint legitimi. Bart. & Benedi. de Plumbino in l. apud proconsulem. ff. de manu. uindicta Bart. in l. 2. ff. de offici. proconsulis & legati Abb. Siculus, Gaspar Calderinus, Petrus Ancharan. & Cardin. Zabarella in d. ca. sicut, & hęc est receptior opinio secundum Boerium, ubi suprà. num. 2. & num. 3. quæ defendi potest eo casu quo contrahentes scirent eum non esse tabellionem illius regionis, & uelent eius iurisdictionem prorogare, arg. c. P. & G. de officio delega. cum ibi traditis per doct. & in l. si conuenerit. ff. de iurisd. omnium iudi. secundum eosdem. Id quod nobis uidetur contra d. l. fin. ff. de iurisd. om. iud. & contra gl. communiter approbatam, in simili in §. 1. inst. de uerb. oblig. & contra d. cap. Romana. §. fin. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitris. Tabelliones enim creare publici iuris est secundum Boerium ubi suprà num. 2. qui plenè resoluit, cui iuri publico priuatorum consensũ non derogatur l. ius publicum. ff. de pact. l. priuatorum. C. de iurisdict. omn. iudi. Nec mutat quòd in contractibus ex contrahentium uoluntate omnia pendeant l. contractus, ubi plenè per Decium, Mainerium, & Cagnol. de reg. iur. c. contractus, de reg. iur. lib. 6. l. 1 §. si conuenerit. ff. depositi. Nam & illi nõ possunt facere ut forma non seruata actus ualeat, ita ut si esset forma legis seruata licet ualeat in uim alterius informis dispositionis, ut resoluimus suprà & tradunt Bart. & communiter doct. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & Bar. in l. 1. §. si quis ita. ff. de uerb. oblig. unde is consensus agentium non poterit efficere ut tali instrumento maior fides adhibeatur, quàm adhiberetur cuicunque simplici scri-

113 *Intell. l. 4. et 5. test. de las except. lib. 5. ordin.*

pturæ. † Vnde & si ibi interfuissent uiginti testes & eorũ subscriptiones adhuc ea scriptura, quasi instrumentum publicum non haberet executionem paratã, & ita non minus utiliter, quàm nouè declaro l. 4. & l. 5. titulo de las except. lib. 3. ordin. & ita in omnibus casibus in quibus necessariò requiritur publica scriptura (qui enumerantur per doct. post glo. ibi in prin. inst. de empt. & uendi. & per Iaſ. in l. 2. & 3. C. de iure emphy.) talis scriptura uim publici

114 *Intell. l. 3. Tauri.*

instrumenti non haberet, quod est not. † secundum quæ testamentum in scriptis conditum seu confectum à tali tabellione non ualeret iure regio, & ita utiliter declaratur. d. l. 3. in taurino conuentu edita, & generaliter hæc pars ut similia instrumenta uim publici instrumenti non uideantur habere, non solum uerior sed & receptior nobis uidetur, nam ultra suprà allegatos eam tenent Bart. nume. 35. in l. 1. C. de summa Trin. Idem Bar. in l. nec enim. §. eorum. ff. de adopti. & Albericus ibi numero. 8. & est communis opinio. secundum Panormit. numero. 9. in d. c. cum p. tabellio de fide instr. istis proximus est casus sequens, qui istęc iustiora reddit.

Casus nonagesimusseptimus. † Testamentum iure regio (quod ad testamentum in scriptis conficiendum requirit tabellionem ut d. l. 3.) quod ab initio in omni sui forma ualeret, aut ualere uideretur, postea infirmaretur si detectũ esset tabellionem qui id scripserat non fuisse legitimè creatum, ficq; esse tabellionem non uerum sed putatiuum, nã & generaliter receptum est publica instrumenta à tali tabellione confecta non habere uim publici instrumenti, ita Bart. in l. Herennius. ff. de decurionibus. Iaſ. in l. Barba-

115 *Resoluitur testamen. in casu de quo hic.*

116 *Instrumenta confecta à tabellione nõ rite creato, uel minime creato non sint publica est q; ardua q.*

rius, columna penultima. ff. de offici. præsi. Bernardus Diaz in regula. 347. tenet & ait hanc esse communem opinionẽ. Alciatus de præscript. regula. 3. præsup. 13. num. 15. quam & dicit communem Andreas Tiraquel. post leges connubiales glo. 6. numero. 142. licet Albericus firmet contrariam partem seruari de consuetudine in d. l. Barbarius, columna penultima, quæ iudice Fulgosio ibi usu forensi recipienda est, quam & sequuntur alij plures quos allegat Tiraquel. ubi suprà. numero. 150. quam partem ueriorem, & æquiorem crederem si diu se gessit, ut notarius, ut & talis publica instrumenta sæpe & frequenter scripserat non sic, si aliquantulum duntaxat temporis, ut tabellio se gerere cœperat argumento eorum quæ plenè tradunt omnes docto. per tex. ibi in l. si filiusfam. C. de pet. hæredit. & in l. qui in aliena. §. sed & si non adierit, per text. ibi. ff. de acquir. hæreditate, & in l. 1. & 2. per text. not. ibi. C. de patria potestate, cuius rei quadraginta similia congessit disertissimus Andreas Tiraquel. de præscripti. §. 1. glo. 4. per totam & facit in argum. l. 1. C. de testamen. & d. l. Barbatius, quæ iura ita etiam possunt, & forte debent intelligi, & secundum hanc distinctionem possunt, & (ut nobis uidetur) debent conciliari uarietatis huius rei suprà relatæ, † secun

117 *Intell. l. 3. Tauri.*

dum quæ si hodie inspecto iure nostro Regio Hispanorum iuxta d. l. 3. id testamentum in scriptis factum, & conscriptum esset à tabellione qui iam diu ut publicus tabellio se gesserat firmum esse foreq; testamentum dicerem, quòd si aliquantulum duntaxat temporis pro tabellione habitus fuerat, idq; post testamentum factum detegeretur, testamentum infirmum esse responderem, quod facilius obtineret quando id detectum fuit uiuo adhuc testatore, & quo tempore testamenti mutandi tempus spatiumq; habebat, quod si eo iam mortuo detectum fuit, uel eo uiuo, sed uel ignorauit, uel sciuit eo tempore quo non potuit testamentum mutare, tunc testamenti fauore conseruandi ut eius dispositio sustineatur benignius esset, argumento l. 3. C. de inofficioso testamento. iuncta lege si pars. ff. eodem titulo. & iste casus differt à superiore, quia hic re uera non erat tabellio, sed ibi erat quidem tabellio sed alterius prouincię. Enimuero quo casu testamentum à tabellione conscriptum fuit, eo mortuo eius instrumenta iudicis mandato, aut præcepto alteri tabellioni committenda sunt ut inde assumat, & publicum instrumentum conficiat argum. c. cũ p. tabellio, de fide instrum. Id quod iniussu iudicis si fiat fide caret, & authoritate ut ibi.

Fallit † quando alter notarius defuncti loco in eius officio succedit, tunc enim instrumenta ab officio, & protocolo tabellionis præmortui in cuius locum succedit potest describere, & exemplare etiam iniussu iudicis, nec per hoc fides & authoritas deficiet, ita plene Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de edendo nume. 3. Panormit. in d. c. cum P. tabellio, Ang. in d. §. cogentur. Bar. in l. sciendũ. ff. de uerb. obligat.

118 *Tabellio alterius tabellionis loco succedens, an instrumẽta à prædecessore confecta iniussu iudicis possit exemplare, ardua q.*

Contrariam tamen partem sequũtur communiter doct. ut plene resoluit Boerius decis. 36. & uidetur dicendum quòd si instrumentum, nu. 9. ut per Paul. Fulgosium, Alex. & Iaſ. in 5. not. in d. §. cogentur, & per Felinum in d. c. cum P. tabellio. 4. q. & Iacobinũ de Sancto Georgio in d. §. cogentur, quod dic ut per eos, licet pro priore opinione faciant multa quæ enumerat, & refert plenè Iaſ. in rub. ff. de uerb. oblig. dum disserit ut in omni ferè materia subrogatus sequatur naturam eius in cuius locum subrogatur.

Illud

119 *Instrumentum producens tenetur probare tabellionem fuisse illum qui illud confecerat.*

Illud uero notandum est† quòd licet producens instrumentum teneatur probare tabellionem esse eum,qui illud confecerat, siue sit instrumentum testamenti , siue etiam aliud quodlibet Speculator tit.de instru.editione.§.restat, & §.illud autem notandum est,& ibi Ioan.Andr. in addit. & Imola in l.ad testium §.conditionem.ff.de testamen.Socinus consi.31.lib.1.Abbas,& Felinus in c.1.de fide instru. sequitur,& dicit communem opinio.Boerius ubi supra.nume.10.† Tamen in facto antiquo non est necesse probare illum fuisse notarium,nam id à iure præsumitur,ut est uera, & communis opinio quam tenent Bald.in auth.quas actiones,quæstione fin.C.de sacr.eccle.fi.& in l.comparationes, col.pen.de fide instru.C.& ibi Sali.col.pen.Bald. in l.solen nibus in fin.eodem titu.Riminaldus in l.1.nume.15.C qui admitti.Decius consi.42.uenio ad primum,Boerius,ubi supra,nume.10. Hippolytus Marsilius qui alios allegat sing. 587.qualitas extrinseca,qui ait in practica esse utile.

120 *Instrumentum producens antiquũ non tenetur probare.et abeliomsqualitatem,debet tamen probare quòd ille alia instrumenta, ut tabellio confecerat.*

Limita tamen,ut procedat quando saltem probatũ fuit, quòd ille notarius alia quædam instrumenta publica, uel quæ pro publicis habebantur confecerat, aliter enim non procederet,ut tenet Aretinus col.1.consi.37. sequendo ordinem,& consi.41.Marsilius in sua praxi.§.aggredior, fol. 120.quem refert & sequitur Nicolaus Boerius, ubi.supra. & Alexand.consi.73.ad fi.

121 *Resolutur testamentum si haeres testatorem occidit.*

Casus nonagesimus octauus. † Testamentum quod initio ualuit postea euanescit si hæres occiderit testatorem. l.Lucius,ff.de iure fisci,tunc n.fiscus ab eo,ut indigno aufert hæreditatem,ut ibi,licet tunc† quia culpa hæredis id fit,fiscus onera legatorum,& fideicommissorum subire teneatur,ut ex communi opinione resolut Alexand. in l.recusare §.si fisco.ff.ad Trebel.p tex.ibi & in l.si seruus plurium §.si quis ante.ff.deleg.1.

122 *Fiscus tenetur ad onera cum testator ab haerede occisus fuit ab eoq; , ut in digno abstulit bona .*

Limita† nisi hæres testatorem ob eius culpam occidisset(quid enim si ille hæredis uxorem compressit , quid si patriæ proditor extitit, sicq; bannitus fuit declaratus,& à republica iussum fuit cuiq; liberum esse eum occid re)ita Bart.in l.si ab hostibus §.fina.ff.soluto matrimo. Antonius Gomem in l.80.in Taurino conuentu edita num.64.Et hãc partem ueriorem esse dicit Ias.in l.si ab hostibus.§.fin.supra all qui tamen ait quamplures tenere contra Bart. adeo ut contra eum sit communis opinio,scilicet ut talis hæres sit hæreditate tanquam indignus priuandus & si ob culpã testatoris eum occideret. Quid dicendum ? Et quidem si occisio fuit demeritoria,& per legem punibilis tunc priuatur hæreditate,ut d.l.Lucius,quòd si fuit meritoria,ut si testator fuerat patriæ proditor,& tunc non priuabitur hæreditate,quia potius præmio,quàm pœna dignus est ex communi opinione,de qua per Ias.Ioan. Oroscium , & Castalium,& alios communiter in l.ut uim,ff.de Iust. & iure diximus plene supra.§.7.nume.22.cum seq.facit l.omnes.C. de feriis cum ibi notatis ubi uidetur non posse pinguiorẽ uictimam mactari D.o,quàm ut reus iniquus plectatur,facit l ueluti,ff.de Iust.& iure.ubi ab ordine literæ apparet nos magis debere patriæ , quàm parentibus , ergo longe magis.quàm eis,qui nos hæredes facerẽt.quòd si occisio fuit media hoc est indifferens,aut non quidem laudabilis, sed tolerabilis,& impunita, quale est si hæres testatorem, qui eius uxorem compresserat occidit, & tunc licet cesset punitio ob id,quòd ut legislatori uisum fuit pauci sint, q tantum possint ferre dolorem. l. Gracchus. C.ad leg.Iuli de adulteri.l.Taurina.82.l 2.titu.de los adulterios,lib.8.ordin.l.neque ea.ff.ad leg.Iuliam de adulte. Tamen satis superq; esse debet si per illas leges punitio remittatur absq; eo,quòd.etiam lucrum hæreditatis huic hæredi premature concedatur, hoc est antequam illud habiturus esset si testatorem non occidisset.Et denique(ut nobis uidetur) & si is hæres pœna dignus non sit, tamen lucro huiuscemodi hæreditatis eum indignum iudicarem,sicq; hanc hæreditatem fisco cum oneribus legatorum , & fideicommissorum concederem per benetalitatem d.l.Lucius.Et secundum hanc distinctionem possunt, & debent commemoratæ uarietates ad concordiam reduci.

123 *Indignus an dicatur haeres, qui testatorem merentem occidit,mensputaest.*

Nonagesimus nonus casus in quo resoluitur testamentum est per testatoris adiectionem factam in codicillis,nã si postquam testamento Titium hæredem scripsi in codicillis adieci de Titio nigro non de albo me sensisse,nec Titius niger appareat sed tantum albus , tunc propter illam adiectionem uitiabitur testamentum aut euanescet . quod cessante illa adiectione in Titio albo uires sumeret arg.l.si ita scripsero,ff.de cond. & demon. &.l. illa institutio.ff.de hær.instituen.

Centesimus casus in quo testamentum firmum initio ex post facto potest infirmari est.quando hęredem scripsi ex quota hęreditatis parte uel ex parte bonorum uel ex certo fundo . deinde in codicillis prohibuit ne reliquum hæreditatis illi accresceret . tunc enim infirmabitur testamentum secundum opinionem multorum in l.quoties.§.si duo,post Bar.ibi.ff.de hær inst. & tamen cessante illa adiectione id testamentum firmum foret hærediq; scripto reliquum hęreditatis accresceret ut ibi &.l.1.§. si ex fundo. l.si alterius,eod.tit.

Postremo sunt alij plures casus in quibus testamentum quod initio ualuit ex post facto infirmari potest quos colligere poteris infra lib.seq.§. fin. sub titulo, de his quibus ut indignis,& alios plures colliges supra de succ.crea. lib. 2.fere per totum.& quod supra incidenter attiginus testamentum infirmari per bo.po.contra tab.id latius repetendum duximus peragẽtes materiam bo.po. præsertim illius quæ datur contra tabulas testamenti , ut in residuo huius libri differemus .

§. x.

1 BONORVM *possessio quid sit,cum Ias.Alci. et Corrasio.*
2 *Bonorum possessio quare inducta .*
3 *Bonorum possessio quotuplex.*
4 *Bonorum possessionis quis effectus .*
5 *Bonorum possessio quibus detur.*
6 *Bonorum possessio quando detur.*
7 *Bonorum possessio & hæreditas cur non eodẽmodo diffiniuntur.*
8 *Bonorum possessio & hæreditas assimilantur in multis.*
9 *Bonorum possessio & hæreditas differunt in multis.*
10 *Bonorum possessio ut olim daretur.*
11 *Bonorum. possessio ut queratur .*
12 *Bonorum possessio an hæredis appellatione propriè contineatur ardua quæstio .*
13 *Intell.l in conditionibus,§. si patronus,ff.de cond & demon.*
14 *Bonorum possessio hæredis appellatione continetur ubi est eadem ratio & si materia sit odiosa.*
15 *Rationis patrias admittit extensionem in legibus & statutis etiam odiosis.*
16 *Bonorum ad possessionem non extenderetur lex , consuetudo , uel statutum quod tempus adeundæ hæreditatis coangustasset.*
17 *Hæreditatem si repudiare dicens an etiam bonorum possessionem repudiasse uideatur.*
18 *Triuatio est odiosa sicq; extensiuam interpretationem non recipit, aliud in adutione .*
19 *Bonorum possessor. & hæres differunt uariè .*
20 *Bonorum possessionis in materia stricte intelligenda non continetur hæreditas nec è contra , contra Socinum , & Cagnolum .*
21 *Prætor facere non poterat ut hæres iure ciuili factus , hæres esse desineret ipso iure,cum communi op.contra Cagnolum .*
22 *Prætor non habuit legis condendæ authoritatem contra Cagnolum .*
23 *Intellectus ad titulum.ff.de coniungen.cum emancip.*
24 *Actiones tantum utiles habet qui non propriè sed extensiue à lege muitatur secundum multos nos contra eum communi.*
25 *Bonorum possessio & hæreditas aequantur statè statuto uel cõsuetudine quòd hæreditatis possessio ipso iure hæredi quæratur, quo casu an etiam quæratur quasi possessio rerum in corporalium,ardua quæstio est .*
26 *Statutum factum uel confirmatum à superiore interpretatur ut lex generalis.*

27 *Maioratus rerum non ſolum poſſeſſio ſed & quaſi poſſeſſio tranſit ipſo iure in ſucceſſorem ipſius.*
28 *Intellectus l. 15. Tauri.*
29 *Intell. & extenſio. l. ſi quis in tanta C. unde vi.*
30 *Ceſſionarius gaudet priuilegio inſtrumenti habentis paratam exe cutionem.*
31 *Intellectus & extenſio l. 5. tit. delas except. lib. 3. ordi.*
32 *Maioratus & f udum æquantur.*
33 *Poſſeſſio rerum f udalium an tranſeat ipſo iure in hæredem aut in ſucceſſorẽ maioratus quãdo aliarum rerũ poſſeſſio trãſiret*
34 *Feudalia quando communicentur inter coniuges, & an ueniant. in generali renuntiatione.*
35 *Bonorum poſſeſſionis effectus uarij.*
36 *Ius accreſcendi an detur in querela inofficioſi teſtamenti. cum communi. contra Alciatum.*
37 *Ingratitudo non impedit ſucceſſionem inteſtati cum communi.*
38 *Bonorum poſſeſſio ut ſtatur, uel reſoluatur.*
39 *Bonorum poſſeſſio contra tabulas quando naſcatur.*
40 *Bonorum poſſeſſio contra tabulas in cuius bona detur.*
41 *Bonorum poſſeſſio contra tabulas quibus detur.*
42 *Bonorum poſſeſſio contra tabulas datur exhæredatis, fallit multiplicater.*
43 *Bonorum poſſeſſio contra tabulas non datur inſtitutis etiam ſub conditione pendente conditione.*
44 *Teſtamentum filiofamilias præteriti uidebat de iure prætorio, contra eum. ſed datur contra tabulas bo. po. quæ eſt reſciſſoria, contra communem. unde ſi filius taceat, ſecundum tabulas habebit hæres ſcriptus, non quaſi conualeſcat ſed quaſi ſemper ualuerit teſtamentum, contra communem.*
45 *Bonorum poſſeſſio contra tabulas denegatur præteritis in multis caſibus.*
46 *Bonorum poſſeſſio contra tabulas datur præteritis ſecundum gradus ſucceſſionis legitimæ.*
47 *L. ſi quis filium. C. de inoff. teſtamen.*
48 *Succeſſorium edictum quid ſit.*
46 *Succeſſorium edictum an ſit in bo. poſſ. contra tabulas.*
50 *Succeſſorium edictum an ſit in querela.*
51 *Præteritio nepotum ex filio ſuperſtite habetur pro exhæredatione ſecundum quoſdam, nos contra.*
52 *Querela non datur parentibus præteriti quando filius exhæredatus deceſſit pendente hæredis deliberatione.*
53 *Succeſſorium edictum an ſit in iure dicendi nullum.*
54 *Bonorum poſſeſſionis contra tabulas uarij effectus.*
55 *Bono. poſſ. contra tab. ut reſoluatur uel amittatur.*

AM ſupra incidenter attigimus teſtamenta infirmari ſolere per querelam inofficioſi teſtamenti. & per bo. po. cõtra tabulas, ſed quia tam longa eſt materia querelæ ut integrum librum cõpleat, ideo (&ſi ꝓpria ſedes ipſius hic erat) eam reſeruamus peragendam in ultimo libro ipſius operis, ſicq; modo de bo po. contra tabulas agemus, ſed primum uidebimus quid ſit bonorum poſſeſſio, & quare fuerit inducta, & alia generalia ad hãc materiam ſpectantia.

1 *Bo. po. quid ſit, cum laſ. Alcia. & Corraſio.*

Quid†ſit bonorum poſſ. Reſp. ut l. 3. §. bonorũ. ff. de bo. poſſ. facit l. nil aliud. ff. de uerb. ſig. iuncta. l. hæreditatis appellatione eod. tit. ubi hæreditatis appellatione bonorũ quoq; poſſeſſio continetur, & intellige ꝓ eſt ius nõ quo perſequimur. ſed propter quod perſequimur. ad differentiã bonorum poſſeſſio. hereditatis petitio. de qua in l. 1. & 2. ff. de poſſ. hær. pet. ſimi. in l. 1. de fideic. hær. pet. ita gl. in rubr. C. qui admitti. & in d. §. bonorũ, & gl. 1. in prin. inſt. de bo. poſſ. Iaſ. nu. 8. in rub. C. qui admitti. Corraſ. in l. her. inſtituta. C. de impub. nu. 7. & in l. frater à fratre, nu. 50 ff. de cõd. in de. Alciatus in l. hæreditatis, de uerb. ſig. ff. Quo iure inducta bo. po. Reſpon. prætorio. glo. in rub. C. eod. & in l. 3. §. bonorum. ff. eod. probatur in prin. inſt. de bo. po. &

2 *Bo. po. quare inducta.*

ff. unde cognati. l. 1. ibi, nudam prętorum indulgentiam.

Quare†fuit inductum beneficium bo. poſſeſſionis? Reſp. quo latius pateret ſucceſſionũ poteſtas, ut. §. adhuc iſt. de bo. po. ĩ quo totũ ius uel ampliat, uel corrigit, uel ſimpliciter confirmatur. Ampliat ut l. 1. ff. unde cog. in prin. inſt. de ſucceſ. cog. Impugnat ut in pri. inſt. de bo. po. cõfirmat, ut eo. tit. in princ. & § ſunt aũt, & per totum. C. & ff. de ſecundum tab. intereſt enim cuiuſq; cum hærede decedere l. & quia hoc intereſt, ff. de interrog. act. §. 1. inſtit. quibus man. non licet.

3 *Bonorũ poſſeſſio quotuplex.*

Quotuplex† ſit beneficium bonorum poſſeſ. reſp. triplex, ex teſtamento, ab inteſtato, contra teſtamentum, ut ff. de bono. poſſ. l. ſed cum patrono §. 1. & §. ſunt autem, inſt. de bono. poſſ.

4 *Bonorũ poſſeſſionis quis effectus.*

Cuius† effectus eſt bonorum poſſeſſio, reſp. regulariter bonorum poſſeſſor fit loco hæredis l. 2. ff. de bono. poſſ. §. quos autem inſt. eod. l. j. ff. de poſſeſ. hære. pet. ideoq; agnita bonorum poſſeſſione acquiritur dominium uniuerſorũ bonorum. l. 1. ff. de bono. poſſ. non ſecus quam hæreditatis dominium adita hæreditate l. cum hæredis, in princip. ff. de acquir. poſſ. idq; dominium proprium eſt, ſm communem contra Paul. ibid. ut late ibi per Alexand. & diximus ſupra. §. 1. nume. 12.

5 *Bonorũ poſſeſſio quid detur.*

Quibus † datur. reſp. omnibus, qui ad hæreditatem de iure ciuili uocantur. l. non eſt ambigendum. §. ubicunque de bono. poſſ. ff. & denegatur omnibus quibus hæreditas denegatur de iure ciuili, ut ibid. & l. edicto eod. titu. intelligе, quòd qui ſunt incapaces hæreditatis abinteſtato ex capite non uocationis illi aliquando uocantur à prætore, ut inſt. eod. in prin. & per totum, unde cognati. C. & ff. ſed qui expreſſim, prohibentur ſuccedere de iure ciuili propter ſui delicta, illi nec uocantur à prætore ut dd. ll. facit. l. Gallus. §. ille caſus, ibi, nullo iure, ita gloſſ. in d. §. ubicunq;. qui autẽ prohibeantur, habes per gl. in §. legari. inſt. deleg.

In quorum bon. detur reſp. in cuiusq; patris fam. teſtati, uel inteſtati. l. 2. §. ſiquis deceſſerit, ff. unde legi. l. 3. §. dari. ubi uide de bono. poſſeſſ.

Contra quod detur reſp. ut l. non eſt ambigendam. de bono. poſſ. ff. ubi plene per tex. ibi.

Per quos detur, uel quæratur reſp. non ſolum per noſmetipſos, ſed & per filios, uel ſeruos noſtros. l. filius familias ff. unde liberi. l. 1. §. per ſeruum. ff. de ſuc. edict. l. 11. C. qui admitti, & l. 1. eod. tit.

6 *Bonorũ poſſeſſio quando detur.*

Quando†detur bonorũ poſſeſſio. reſp. ab inteſtato cum primum certum eſſe cœperit inteſtatum patremfamilias deceſſiſſe l. quãdiu. C. qui admitti. l. 2. §. final. unde legiti. ff. contra teſta. ſtatim poſt mortem teſtatoris. l. illud in princi. l. quod uulgo. de contra tab. ff. l. non putaui. §. ſi à proximo, eod. titu. licet in querela ſpectetur aditio. l. filium. §. ſed cũ exhæredatio eod. tit. l. Papinianus. §. ſi conditioni. de inoffi. teſtamen. ff. l. ſcimus. §. illud eod. titu. amplia, ut. l. nã & ſi ſub conditione. ff. de iniuſto rupt. iuncta l. fin. C. de contra tab. ex teſtam. cum primum certum eſſe cœperit teſtamentum non poſſe expugnari, & etiam antea, ut. ff. de bono. poſſeſſ. ſecundum tab. l. 2. §. ſi ſub ea, & §. ſed ſi ſub conditione.

Adde quòd ſunt quinque termini bo. poſſ poſſ. hæreditatis petitio, poſſeſſio bonorum, hæreditas. hæreditatis petitio. bonorũ poſſeſſio quid ſit? reſp. ut l. 3. §. bonorũ. ff. de bo. poſſ. hæreditas quid ſit? reſp. ut l. nil, de uerb ſigni. ff. l. hæreditas. ff. de reg. iur. † Sed quia Corras in l. frater à fratre, prima parte. nume. 48. ff. de condi. indeb. & Alciatus. lib. 3. parergon. c. 3. Curt. Iunior in rubr. C. qui admitti. nu. 25. laborant circa inueſtigandam rationem differẽtiæ quare aliter hæreditas, aliter bonorum poſſeſſio diffiniantur. (cum utraq; eodem modo diffiniri deberet, hac ſola nota addiecta, quòd altera a lege ciuili, altera à lege prætoria deſcendat) nec quicquam boni afferunt, tu dic. quòd iureconſultus uoluit diffinire hæreditatem iacentem dum tradit deffinitionem hæreditatis, ut declarat Bar. in rubr. ff. de acquir. hæred. Sed dum deffiniuit bono. poſſ. retulit ſe ad hæredem, ſeu bono. poſſeſſorem. Sed cur non eod. reſpectu deffiniuntur tam hæreditas, quàm bo. poſſ. reſpondent nouiſſi. quia bo. poſſeſſo incipiebat ab executione petendo decretalem, uel agnoſcendo in iudicio, ut l. 1. §. decretalis. ff. de ſucc. edict. unde bonorum poſſ. deffinitur prout iam decre-

7 *Bonorũ poſſeſſio, & hæreditas cur non eodem modo diffiuntur.*

ta eſt,

ta eſt,& executioni mandata agnitaq; ſicq; eodem modo deſſinitur quo actio,de qua in prin.inſt.de act. ſed hæreditas deſſinitur non prout eſt adita, ſed prout eſt tantū delata,uel etiam nondum delata,ueluti ſi facultas adeundi ſit ſuſpenſa poſthumi pendentia,uel conditione, uel dū filius præteritus poteſt contratabulare, ut lege ſi filius hæres. ff.de liber.& poſthum.l.uentre.ff.de acquiren.hæredit.l.is qui hæres.in princ.eod.l.2.§.ſpectandi de contratab.ff.per rationes ratio,quia bono.poſſ.à ſui origine non erant natiuæ,ſed magis datiuæ,ut per Alex.ubi ſupra Ius bo. poſſeſſ. non aliter cuiquam competebat, quàm ſi extra ordinem,& per quandam indulgentiam a prætore conſequeretur.facit l.1.in princi.unde cog.ff.ibi nudam prætoris indulgentiam,unde antequam decerneretur,non erat delata bono.poſſ.nec in eſſe producta, nec competebat, ſicq; non oportebat, quòd diffiniretur ius quod nondum erat in eſſe productum,nec mutat quod poſtea per Saluium iu reconſultū ius prætorium perpetuum factum eſt,nam adhuc conſeruauit ſuam primeuam naturam,ut non ante uideatur comptere quàm decreta fuerit,hinc eſt quòdante-quam decreta ſit,non pōt.repudiari,quaſi nullo modo cōpetens,uel nata.l.1.§.d. cretalis.ff.de ſu.edict.ut in bo. po. ex natura rei inſit conditio ſi decreta fuerit,quæ conditio impediat eius delationem,tollatq; facultatem repudiandi, argum.l.is qui hæres.de acquir.hæredit.ff.l.ſi ita,§.1.delega.2.ff.nec mutat,quòd etiam antequam decreta ſit poſſit repudiari.l.1.§.qui ſemel.ff.de ſuc.edict.l.4.ff.quis ordo in bono.poſſ.ſeruet,§.ſiquis itaq;.inſt.de bono.poſſeſ.d.l.1.§. quibus,nam reſp. quòd omnia hæc iura ratione peculiari procedunt,de qua in l. quandiu, cum ibi not.ff.de acquir. hæredita.

Tertius terminus eſt poſſeſſoria hereditatis petitio, de qua in l.1.& 2.de poſſ.hereditā pet.

Quartus terminus petitio hæreditatis,quæ eſt actio.§. actionum. inſt.de act.

Quintus terminus poſſeſſio bonorum, de qua in l.3. §. genera.l.1.§.ſi uir.ff.de acquir.poſſ.cuius diffinitionē tradit. Bar.in l.1.col.2.ad fin.ff.de acquir.poſſ.gl.l.1.de acqui. hæred.ſed hæreditas,& bono.poſſ.à petitione hæreditatis & poſſe.hæreditatis petitione differunt, ut ipſum ius ab actione,nam.ut aliud eſt(ut hoc ſimili utamur.)inſtrumentum,aliud res,quæ mediante inſtrumento ſit, ita aliud eſt hæreditas,aliud hæreditatis petitio,uel aliud bono. poſſ. aliud poſſe.hæreditatis petitio,& ut ſupra dixi. † Bo.poſſ. habetur loco heredis.§.1.inſt.de bono.poſſ.concor.l.1.& 2.ff.de poſſ.hære.pet.l.1.&.2.& l.bona,in prin.ff.de bono. poſ & l.hereditatis appellatione,de uerb.ſignifi.facit l.hereditatis appellatio,eod.

Bonorū poſſeſſio,& hæreditas aſſimilantur in multis. 3

Intelligitur multipliciter. primo quoad acquirendum dominium rerum defuncti,l.1.ff.eodem tit. de bono. poſſ.

Secundo quoad actiones actiuas,& paſſiuas transferendas.l.bona. in princ.ff.eodem.iuncta l.1.C.ſi cert.peta.cum concor.

Tertio quoad actiones exercendas.l.1.&.2.ff. de poſſeſſ. hære.pet.

Quarto intelligit in mandato exequendo.l. ſiquis mihi bona.§.ſed quid ſi mandauit,ff.de acquir.her.adde l. diligēter.ff. mandati.

Quinto in conditione impleenda l.is, qui in poteſtate.§. fin.ff.delega.preſt.intellige ſi ſit affirmatiua, ut ibi.idem ſi negatiua l.in cōditionibus §.ſi patronus.de cōd.& dem.ff.

Sexto intelligitur in acquirenda poſſeſſione rerum defuncti,gloſſ.magiſtra in l.fin.C.de edict.diui Adria.toll.ibi, item fideicommiſſarius.

Septimo idem in tranſmiſſione hereditatis glo. approbata in l.emancipata,C qui admitti.

Octauo in modo acquirendæ hæreditatis l. fin. ibi amplectendæ hæreditatis.C.qui admitti.

Nono,in reſponſione poſitionum l.1.C.unde lib. iuncta doctrina Iaſonis.

Decimo in reſtitutione fideicommiſſi uniuerſali l.1.§.bonorum.ff.ad Trebellia.

Vndecimò in tranſlatione actionum. l. quamuis. ff. ad Trebell.

Duodecimò idem quantum ad cōfiſcationem.l.item.ue niūt.§.ſi.iuncto.§.eum antequam,ead. l.vide notabiliter p Iaſ. in l.1. §.bonorum. ad Trebell.ff.

Hęc ſub breuibus tradenda curauimus prætermiſſoque argumentorū ſtrepitu, quia omnia ſuperiora & à noſtrorum pleriſque communiter recepta ſunt, & nihil noui allaturi eramus.

Modo ſupereſt ut uideamus an aliqua ex parte uel ī ali quibus caſibus differant inter ſe hæres, & bonorum poſſeſſor & quidem † differunt inter ſe bo. po. & hæreditas. Primò in acquiſitione quæ fit per ipſum ut l.fin.C.qui admitti. iuncto.§.ſi.inſt.de hær.qualita.l. gerit,de acq. hær.l. 1.§.decretalis,de ſuc.edict.ff.Itaq; ſola animi declaratio in acquir.hęred.requiritur,ſed in acquirenda bo.poſſ.deſide rantur. Primo animi decla. ſecundo ꝙ ea fiat in præſentia iudicis, tertio ꝙ decernatur a iudice ut dd. ll. hodie ſufficiunt duo priora.d.l.fin. 9

Bo. poſſ. & hæred. differunt in multis.

Secundo,in repudiatione per ſe ipſum faciēda, nā licet per alterum poſſit repudiari bon.poſſ.l.1.§.1.&.§. per ſeruum,ſecundum noſtrum intellectum,de ſucceſſo. edict.ff. tamen ſecus eſt in repudiatione hęreditatis. arg.l. Paulus iuncta l.is poteſt.de acq.hær.ff.

Tertio,in acq.her.per filium.l.ſiquis mihi bona,§. iuſſum.ff.de acq.hær.iuncta l.1.C.qui admitti.l.ſi.ff. quis ordo in bo.po.ſeruetur.

Quarto,in acquirenda per ſeruum hæreditatē.l.ſeruus de bo.po.iuncto d.§.iuſſum, iuncta.l.qui in aliena. in prin. de acquir.hær.ff.

Quintò, in iudice acquirente bonorum poſſeſſionem nomine abſentis', quod non reperitur in hæreditate, d.l. ſeruus.§.1.l.bonorum.C.qui admitti.

Alias differentias uide per Signorolū in l.1. nu.1.C.qui admitti per Corras in l.filium quem.nu.50. C.famil. ercis. ꝙ Iaſ.in d.l.1.per Caguolū & Dec.in l.prætor.ff.de reg. iu.

Poſtquam uidimus quemadmodū & quibus in caſibus hæres & bonorum poſſeſſor, item hereditas & bonorum poſſeſſio differant & conueniāt inter ſe,ſupereſt ut uideamus de modo quo olim bonorum poſſeſſio acquirebatur ſeu ad effectum perducebatur. qua in re ſciendum eſt ꝙ olim dabatur cauſa cognita iudice ſedente pro tribunali, l.3.§.ſi cauſa cognita,de bo.poſſ.ff.l.2.§.dies,& §.in bonorum.ff.quis ord.in bo.po.ſeruet.hodie dic ut in l. ſi.C.qui admitti. 10

Bo.po. ut olim dabatur.

Semel debet fieri agnitio bonorum poſſeſſionis cum in ea eſt ius accreſcendi alias ſecus. l. ſed cum patrono, in prin.ff.de bo poſſ.facit l.1.& 2.l. ſi ſolus.l. ſi tu ex parte.ff. de acquir. hære.

Agnoſcitur etiam per ſeruum l.ſeruus.in pr.ff. de uentr. in poſſ. ergo & ſeruus dño iubente repudiauit. l. 1. §. per ſeruum.ff.de ſuc.edict.arg.l.is poteſt de acq.hær.ff.

Per iudicem acquiritur ét abſenti & ignoráti, intelligo ꝙ ipſo demum ratifi cāte erit rata petitio, ut d.l.ſeruus.§. 1.ergo & per fœminā acquiritur.d.l.ſeruus,§.1.ergo & fœminā non impuberem,ut ibid.§.impubes,& conſequenter nec furioſus, ergo pupillo per tutorem, infanti per patrē quæritur.l.ſeruus.§.pen.de bo.poſſ.ff.l.1.ff.de bon. poſſ. in fa. compet. ubi curator furioſo, pater infanti petunt bon. po.mutus,ſurdus,cæcus per ſe poſſunt acqrere.l.2.eod.ti.

Furioſus ratificare uidetur.l.ſi.ff.de bono.poſſ.

Licet autem bonorum poſſeſſio per alium poſſit agnoſci & acquiri,tamen an per alium poſſit repudiari non ſatis expeditum eſt, qua de re habes text. egregium in l.1.§. per ſeruum,ff.de ſucce.edicto,cuius uerba per ſeruum delatam bonorū poſſeſſionem dñs repudiare poteſt, de quo late per Iaſ.in l.legatum.ff. deleg. 1. per nouiſſimos in l.1. C.qui admitti, † & bonorum poſſeſſio acquiritur uolenti non inuito.l.3.§.inuito.ff. de bo.po.l.ſi.C. unde. legi.l.nec emere.C.de iure.deliber.l.ſicut.C.de rep.hæred. 11

Bono.poſſ.ut quæratur.

Poteſt quæ bonorum poſſeſſionem acquirere per ſe & etiam per alium l.3.§.acquire.ff.de bo.poſſ.

Debet

Debet agnosci infra annuum à liberis. l. 1. §. largius. ff. de suc. edict. l. si cohæredi. §. fin. quis ordo in bono. possess. seruet. l. emancipata, C. qui admitti. §. cum igitur, uers. liberis, insti. de bono. posse.

Amplia ut procedat etiam si liberi ueniant ex capite unde agnati, uel unde cognati. l. si cohęredi, §. fin. quis ordo in bonorum poss. seruet.

Amplia ut idem sit in parentibus ut. ibid. & l. 1. §. si. ff. de suc. edict. & d. §. cum igitur.

Tertio amplia ut idem sit etiam si non ex persona sua sed magis ex persona ferui uel filii, filius ueniat. l. 1. §. non solum. ff. de succ. edict. Ratio dubitandi. ut l. si filius patroni. ff. de bono. liber. l. tertia. l. qui liberis. §. hęc uerba, de uulg. ff.

Limita ut non procedat quando filius, licet fuerit uocatus in testamento patris tamen fuit uocatus ad hæreditatem fratris impuberis l. 1. de succ. edict. ff. §. si quis autem. Quod nota. ad l. 1. §. sed neque impuberis. ff. de inoffic. testamento & ad l. qui aliena. §. interdum. ff. de acquirend. hæreditat.

An cognatus debeat agnosci infra centum dies. l. 2. C. qui admitti. d. §. largius. & §. si intra. ead. l. & dicto. §. cum igitur.

Tempus petendi est utile. l. 2. ff. quis ordo. in bonorum posse. seruet. ideo non currit ignorantibus ut ibid. §. scientiam, & §. 1. Nec dubitantibus, ut d. §. 1. facit. l. fi. C. de condi. indebi. Nec impeditis. d. l. 2. §. si uenter, facit. l. contra maiores. C. de inoffi. test.

Item patris scientia filio ignoranti non nocet. l. circa, eod. tit. scientia aũt filij bene nocet patri. l. fin. eod. tit. 2. ut l. 3. C. de hęre. insti. nisi is filius patrem certiorare non potuisset ut. ibidem, quo casu licet filius non petat infra tempus, non nocet sibi nec patri, quia inutilis esset agnitio, si patris non posset sub sequ. ratihabitio.

Item tempus lapsum priori, non nocet posteriori. l. fin. §. fin. ff. quis ordo. in bonorum poss. serue. Similiter in l. cum antiquioribus. C. de iure. delibe. uide l. 1. C. qui admitti.

Item acquiritur per alterum habentem mandatum statim post agnitionem, quod si non habeat, tunc secuta ratihabitione. l. 3. de bo. poss. §. quòd si me mandante, facit l. 1. C. qui admitti. l. fin. ff. siquis ordo. in bo. po. seruet. Ratihabitio autem debet fieri infra tempus agnitioni datum. d. l. 3. §. denique. l. bonorum. ff. rem ratam haberi l. 1. C. qui admitti.

Infanti non acquiritur per matrem l. Paulus. ff. de bo. poss. uide l. seruus. §. ergo & fœmina, eod. titulo.

12 *Bo. po. an hęredis appellatione proprię contineatur ardua quæstio.*

Illud autem dubiũ est, † an hęredis appellatione (quod supra incidenter diximus) bonorum quoque possessor proprie contineatur, & cõis opinio esse uidetur ut non contineatur, ut tradunt cõiter doct. per tex. ibi in. §. quos aũt, insti. de bo. po. gl. quam ibi sequuntur Alber. Bar. Bal. Ang. Paul. Castr. & alij cõiter in l. in substitutione. ff. de uulga. Bar. in l. 1 ff. de uulga. est communis opinio ẽm Ripam in l. 1. § bonorum, nu. 3. ff. ad Treb. Polit. de uulgari subst. col. 21. uers. 3. & illud in disceptationem.

Contrariam partẽ ut etiam proprię hęres esse intelligat tenet Bar. in d. §. bonorum, & in hanc partem inclinat Cagnolus in l. prętor. col. 2. & rursus colũ. fina. ff. de regulis iuris & est communis opinio secundum Iaſ. in l. 1. ff. de vulg. col. 1. Idem Iaſ. colum. 2. & ibi Romanus in l. 1. §. bonorum supra all. ff. ad Trebell. Aretinus in l. 1. not. 1. ff. de uulgari. per Andrę. Tiraquell. de morte parte 2. declaratione secunda, numero septimo. Socinus in l. in conditionibus. §. si patronus. ff. de condi. & demonst. Bar. Bal. Areti. & Alexander in l. 1. C. unde liberi. Bartol. & alij in l. hęreditatis appellatione, ff. de uerborum significat. Philippus Decius. in d. l. prętor. Idem in l. fin. columna 11. C. de edi. diui Adri. toll. ubi Bart. column. penulti. & Fulgosius numero. 17. & Iaſo. colum. 6. Ruinus consilio 143. delictum de quo queritur, colum. 3. lib. 5. Iaſo. in l. neque is. §. hęres institutus. ff. de acquiren. hęredit. Alexan. in l. 1. column. 5. C. qui admitti, Idem Alexand. in l. emancipata, eod. tit. Idem in l. cum antiquioribus, col. fin C. de iure deliberam.

13 *Intell. l. in conditionib. §. si patronus. ff. de condi. & dem.*

Prothæc posteriore parte affirmatiua allegatur d. §. si patronus, qui licet nostris hanc ad rem efficax uideatur, tamen parum urget, quia ibi patronus aliberto fuit prætertus, & legatum relictum sub conditione hac, si patronus hæres non esset, qui cum eo testamento hæres scriptus non esset, impossibile erat, quòd hæres iure ciuili existeret, sed tantum de iure prætorio, per contra tab. bono. poss. iuxta l. 1. & per totum. C. si quis à paren. fuer. ma. per totũ. C. de bono. pos. contra tab. liberti per totum. ff. de bono. liber. &. C. eod. tit. Vnde ex mente testatoris necessum erat, ut ea conditio ad bono. pos. non etiam ad hæreditatem referreretur ne alias effectu careret, nihilque operaretur. Constat enim omnem dispositionem, ita interpretandum, ut aliquid operetur, etiam si per hoc à proprietate sermonis recedatur. l. si quando, cum gloss. C. de inoffic. testam. in cuius interpretatione id in numeris ornamus exemplis. l. fundus, qui locatus. ff. de fund. instr. l. quibus diebus. §. dominus, ubi etiam notat Soci. ff. de condi. & dem. Allegatur secundo d. §. bonorum, sed ibi erat eadem ratio. nam ut hæres pro nullo, aut minimo lucro missam uerosimiliter faceret hæreditatem, iuxta tex. in prin. inst. de l ge Fal. l. 1. in princi. ff. ad Treb. ita & bonorum possessor pro nullo, aut minimo lucro eam repudiaret, nisi & in ea locus fieret Falcidiæ, ita procedit d. §. bonorũ, qui loquitur in Trebelianica.

Allegatur tertio d §. sed quid si mandauit, sed & in eo est si aduertis eadem ratio, quæ in hæreditate, & ita etiam procedunt reliqua iura, quæ pro hac parte adducuntur.

Pro parte negatiua, ut non sit proprie hæres, quæ longe uerior uidetur est text. apertus in §. quos autem. inst. de bonorum poss. Facit etiam tex. in d. l. prætor. expressius in l. 1. §. decretalis, ff. de succes. edict. ubi bonorum poss. non tam ipso iure competere uidetur, quam ex dispositione hominis, sicq; non ex legis dispositione. nam post mortem ejus cuius de successione agebatur, non quisquam continuo ad bonorum possessionem uocari uidebatur cum effectu, sed necesse erat, ut per prætorem bonorum possessio ei cõcederetur, ueluti hominis, aut iudicis interlocutione. Quinimo id decretum seu interlocutio non nisi habita longa causæ cognitione concedebatur, ut in l. 3. §. si causa cognita. ff. de bonorum possess. & iudice pro tribunali sedente id fiebat, ut ibi, & l. 2 §. dies, &. §. in bonorum. ff. quis ordo in bonorum poss. seruetur, licet hodie id aliter fiat, ut in l. fi. C. qui admitti. Ergo cum quis primũ mortem eius, cuius de successione agebatur sciebat, continuo poterat hæreditatem adire, sicq; dominium hæreditatis sine ullo facto hominis alterius acquirere. l. cũ hæredes, in prin. ff. de acquir. possess. iuncto. §. fin. inst. de hære. quali. non sic in bonorum possessione, cuius agnoscendæ, perque agnitionem eius dominium consequendi, facultas non erat, nisi cum ambagibus supra memoratis. Quinimo & postquam iam à iudice causa cognita decreta erat bono. possessio, non tam dominium rerum directum, aut actiones directas, quàm solum utile dominiũ actionesq; utiles cum possessione & administratione bonorum assequebatur, ideo dictum est non tam uerum hæredem eum fieri, quàm hæredis loco constituti d. l. prætor. l. 1. ff. de poss. hæredi. peti §. 1. instit. de bono. poss. l. 2. & l. bona, in prin. ff. de bo. pos. Nec dubiũ est multum interesse utrum quis habeat iura directa, an uero utilia tantum essecq; non ignobiles harum rerum differẽtias, quas enumerant Barto. Iaſ. & alij in l. cum filio, ff. de lega. 1. Vnde inter hæredes, & bonorum possessores sunt plures differentię, ut supra ostendimus, & tradunt Iaſ. colum. fin. & Decius per tex ibi in l. 1. C. qui admitti. † ergo reliquum est aliud esse hæredem, aliud bonorum possessorem, sicq; hæredis appellatione non proprie bonorum poss. contineri. Adhuc † tamen hæredis appellatione à lege, uel statuto prolati bonorum possessor, contineretur, ubi esset eadem ratio, siue ea lex fauorabilis esset, siue odiosa. fauorabilis, ut in terminis dicto §. bonorum, ut supra induximus, odiosa, ut interminis authenti. de hæredib. &

14 *Bonorũ possessio hæredis appellatione non continetur ubi est eadẽ ratio, etiã si materia sit odiosa.*

Contrariam partem ut etiam a remotioribus relictum uideatur, tenent gloss. in l. 1. §. fin. ff. deleg. 3. & ibi Dinus & Bar. & idem Bar. in l. cum pater. §. cum existimarent, ff. de leg. 2. Bar. consi. 204. factum tale est, Salice. Fulgo. & Corn. num. 6. in d.l. non iustam, & hoc forte receptius est, tñ distingue tres casus, nam aut uniuersaliter dixi in codicillis quisquis mihi hæres erit, bonorumve possessor fidei eius committo, & tunc omnes gradus uenientium abintestatis onerati uidentur per l. siquis cum testamentum de iure codicillo, aut nominatim & specialiter onerati existentes in primo gradu, ueluti Titius & Mæuius si mihi hæredes erunt eorum fidei committo, uel ita ab illis qui sunt in primo gradu legitimorum relinquo, & tunc sequentes in gradu non onerantur, ut l. 1. §. fin. de lega. 3. ibi ab eo qui primo gradu ei succedere potuit, facit l. non nunquam. ff. ad Treb. quòd si non uniuersaliter reliquit, nec etiam nominatim, sed indefinite seu simpliciter, puta in codicillis, dixit legitimus hæres meus centum dato, uel cẽtum Seio dari uolo, & tunc teneo gloss. d.l. 1. §. fin. contra glo. l. non iustam, ut omnes gradus onerati uideantur, moueor per l. si pater in fin. ff. de fideicom. libe. & per l. abintestato. ff. de iure codicil. in quibus fideicommissum simpliciter relictum fuit. Adde l. eam quam. C. de fideic. in uerb. simpliciter iunctis his uerbis, uel ab his qui bona intestati tenent, ubi in testamento solenni non iure adoptatam quasi filiam iure adoptatam instituit, quod quidem testamentum propter errorem testantis non ualet iure testamenti, & sic non ualet quo ad institutionem directam, iuxta l. si pater. C. de hære. insti. sed tamen ualet in uim codicillorum, quo fit, ut sicut codicillis hæreditas per fideicõmissum dari potest. §. pen. inst. de codicil. ita & per fideicommissum hæreditas in tali testamento relicta fideicommissario debeatur ad quã præstandam non solũ teneretur hæres illa scripta eo casu quo testamentum omnino (quod eueniret adoptione ualente) ualeret, sed etiam ad eam præstandam omnes abintestato uenientes onerati uidentur, & sic probatur ibi, ꝙ fideicommissum uniuersale simpliciter (uel codicillis, uel eo testamento quod uim tantum codicillorum habet) relictum debetur ab omnibus uenientibus abintestato. Ad idem l. si plures, de leg. 3. ff. nec dicatur, ꝙ ibi loquitur in pluribus gradibus ex testamento, nam idem & in pluribus gradibus legitimorum, nisi detur ratio diuersitatis argu. l. cum precibus. C. de inoffi. donat. Adde nam primo nominatus censetur magis dilectus, l. Publius, de condit. & demõstra. in §. 1. ꝙ ergo ab obtinente primũ locum præstari uolui facilius ab obtinente locum remotiorem, & in hac ratione fundatur, l. licet Imperator, de leg. 1. quę idem disponit in pluribus gradibus ex testamento, adde aliam rationem, nam si quando uniuersaliter grauaui legitimos id expeditum est, ut dixi per l. si quis cum testam. nullum, ergo idem si indefinite quia indefinita æquipollet uniuersali, l. si is qui ducenta. §. utrum, ff. de rebus dubi & ita in proposito arguit consultus in d.l. si plures, loquendo in pluribus gradibus ex testamento, tenendo hanc partem ad rationem gloss. l. non iustam, ꝙ talis est quem non honorari non possum grauare, sed licèt tacite honoratus uideatur legitimus obtinens primum locum, secus in remotioribus, ergo grauari non pót, respondeo id nego ꝙ remotiores non uideantur honorati, nam imo uidentur per rationem quam supra signaui, ideo grauant ut ll. supra allegatis. Non quoq; obest. l. 6. §. 1. d. legat. primo, ubi dicitur † ꝙ ut onus cuiquam imponi possit, non sufficit ꝙ ad eũ bona mea peruenerint nisi & iudicio meo peruenerint, sed ꝙ per repudiationem seu mortẽ præcedentis consequor, id magis casu quàm iudico testatoris conseq uideor, ergo &c. Sed resp. ꝙ imo & casu & testatoris iudicio cõsequi uideor, nam & si plures gradus feci substitutorũ cui dubium quin uel nouissimi fideicommittere possim, licet is hæreditatem absque beneficio fortunæ cõsequi non potuit, cum necessaria esset precedentium exclusio. Et ut intelligas fac tres casus, nam aliquando cõsequor & casu & testatoris iudicio expresso, ut in præcedẽti exemplo, & tunc sine dubio possum grauari non solum expresse sed etiam tacite d.l. licet Imperator. l. cum pater. §. abinsti tuto, de leg. 2. d.l. non iustã. Aliquando consequor & casu & legis dispositione quę in uoluntate testatoris præsumpta fundatur, ut puta, si in remotiori gradu legitimorum eras, & tunc similiter possum grauari, ut per superiora fundam. †Aliquando & tertio nec consequor testatoris nec legis dispositione in tacita testatoris uoluntate fundata, sed consequor solo casu, & tunc non possum grauari, d.l. 6. deleg. 3 ꝙ autẽ ibi consequar, solo casu patet, quia ibi consequor hę reditatem, propterea ꝙ Stichum emi, quæ emptio facta non fuit testatoris uel legis dispositione, itaq; nó propter testatotis, uel legis dispositionẽ, sed propter dispositionem seu factũ meũ & uendentis consequor hæreditatem: Præterea ibi tantum abest, quantum adest, quia si cum Sticho habui hæreditatem, certe etendendum est me pluris emisse Stichum propter hæreditatem quàm alias empturus essem, est ergo perinde ac si hæreditatem emissem, quo casu nullus diceret emptorem hæreditatis grauari posse a testatore facit optimus tex. in l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testam. uerbo aduentitio lucro.

51 *Legitimi ut possint onerari.*

52 *Intell. l. 6. ff. delega. 3.*

Illud autem prætermittendum non est † ꝙ quanuis nominatim relicta ab instituto controuersum sit, an a cohærede uel substituto repetita intelligantur, qua in re parte negatiuã tenuerunt Bar. Angelus, & Alex. in l. licet Imperator. ff. de lega. 1. Imola in l. si duobus, §. 1 ff. de lega. 1. per l. 1. §. id ꝙ ex substitutione, l. in ratione, §. quod uulgo. ff. ad legem falcidiam, & d.l. licet Imperator, & partem affirmatiuam tenuerunt Christophorus de Castelli. & Cumanus, & Paulus Castrens. in d.l. licet Imperator, tamen si tale relictum erat ad pias causas, nulla controuersia est, quin a cohærede, & substituto repetitum intelligatur, ita Romanus in authent. similiter. C. ad legem falcid. 15. speciali per tex. quem dicit singularem in l. 4. § Lucius. ff. de alimen. & cib. leg. ubi etiam Bar. & idem Bar. in l. Mela. in princip. cod. tit.

53 *Piæ causæ fauore aut alimentorũ relicta nominatim ab uno a comunelo uel substituto censentur repetita.*

Soci-

Socinus in tract. fallentiarum priuil. gio. 35. uerb. pia cauſa. Alex. ubi ſuprà. col. pen. Idem Alex. & Iaſ. in l. ſi duobus. §. 1. ff. de leg. 1. Decius conſi. 182. in caſu occurrenti. Iaſ. in l. ſi fundum. §. Stichum, col. 1. ff. de legat. 1. Decius conſil. 273. in caſu, col. 1. & hæc communis opin. procedit etiam in alimentis ſecundum omnes doct. in locis ſuprà allegatis per d. §. Lucius, & per Andræam Tiraquel. de priuilegijs cauſæ piæ priuil. 36. ſecundum quem (poſt Bart. in l. alio hærede. in prin. opp. 1. ff. de alim. leg. per tex. ibi, & l. libertis. §. fin. eod. titulo l. 1. C. de fideicom.) † legatum, ſiue alimentorum, ſiue piæ cuiuſcunque cauſæ relictum ab eo quē non honorauit non deſinit ualere, quaſi ab ipſo hærede repetitum intelligatur, quanuis regulariter contra, ut in l. ſi. in fine. C. comm. de lega. l. ab eo. C. de fideicomm. §. 1. inſt. de ſingulis rebus per fideicomm. relictis. §. in primo. C. de cad. toll.

Alimentorū & piæ cauſæ fauore relicta etiam nominatum à non honorato repetita ab hærede uidentur.

54 Illud autem dubium eſt an fideicommiſſum uniuerſale piæ cauſæ relictum tranſeat ipſo iure ad illam piam cauſam, id quod uoluit Bart. in repet. l. 1. in 6. q. 5. q. principalis, & ibi Bal. col. 13. C. de ſacroſan. eccl. Idem Bal. in l. id quod pauperibus. q. 17. C. de epiſc. & cleri. Anchara. & Imola in c. cum ſibi. de teſtam. Idem Imol. in l. Centurio. col. 20. ff. de uulga. Bal. in l. pen. in prin. & rurſus in §. cum autem. C. ad Trebell. & in l. fin. q. 2. C. de addict. diui Adria. toll. Idem Bal. ad Speculatorem. tit. de teſtam. uerſi. fi. & in conſi. 58. uiſo teſtamento. ut refert Andr. Tiraquel. de priuil. piæ cauſæ. priuilegio. 39. Paul. & Iaſ. qui hanc ſententiam receptā dicit in l. fin. per tex. ibi. C. de ſacroſan. eccl. Matheſilanus. in ſingul. 42. nota quòd ſi hæres rogatus. num. 1. Bart. in diſputat. incipiente filium adulterum teſtator inſtituit. Alexan. in l. 1. §. ſed quoties. ff. ad Trebellian. & eſt communis opi. ſecundum Saray. in add. ad Matheſ. ubi ſuprà Corneus conſi. 201. licet uideatur, col. 1. lib. 1. Idem Corneus in l. eam quam fallen. 21. C. de fideicommiſſ. Firmianus in tract. de epiſcopo. 4. parte. q. 31. lib. 4. & Corneus. conſi. 307. lib. 3. † Piam autem cauſam accipere debemus eccleſiam, aut monaſterium ita Speculator de inſtrumen. edi. §. nunc uero aliqua. uerſi. & ſcias quòd inter Bald. in authen. ſimiliter, & ibi Roman. C. ad leg. Falcid. Idem Roman. conſi. 235. quo ad primum.

Eccleſia eſt pia cauſa.

Hoſpitale ē pia cauſa.

Idem † ſi hoſpitali relinquatur, ita Archidia. in ca. ſi ex laicis. 10. q. 1. Corn. q. 140. circa col. 2. lib. 1. Decius conſilio 273. in caſu propoſito. in prin. per l. orphanotrophos. & l. Sancimus. C. de ſacroſan. eccle. l. omnia. ubi Bar. C. de epiſcopis, & cleric. Specu. ubi ſuprà. Alexan. conſi. 210. ſtatutis in prin. lib. 2.

Fraternitas eſt pia cauſa.

Idem † in relicto fraternitatibus, ſecundum Abb. conſi. 31. ad claram. col. 2. lib. 1. & conſi. 32. circa duo. lib. 2. Decius conſi. 72. uiſo puncto. col. 2. qua in re quamplures tenent contrarium, ut per Andr. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ. in præfa. uerſi. item relictum fraternitatibus.

Pauperes ſunt pia cā.

Idemq; † in relicto pauperibus ſecundum Specula. ubi ſupra Bal. in d. auth. ſimiliter. & ibi Roman. in repeti. col. 1. Bal. & Paul. Caſtr. in l. illud. col. 4. C. de ſacroſan. eccl. Idem in relicto pro anima. ita glo. in l. ſi quis Titio. ubi Bart. & alij. ff. de legat. 2. Bart. & Bal. columna. 2. in lectura. C. de ſacroſan. eccle. Corn. conſi. 38. colum. 3. lib. 3. & conſi. 322. ardua. columna. 4. eodem libro. Socinus, & alij plures relati per Andræ. Tiraquel. ubi ſuprà. uerſicu. item relicto pro anima.

Contrariam tamen partem, ut fideicommiſſum piæ cauſæ relictum in eam non tranſeat ipſo iure, tenent Bal. columna 4. & Fulgoſius columna fin. in l. fin. C. de ſacroſan. eccleſ. Idem Bald. in lege eam quam in prima lectura C. de fideicommiſſ. Roman. in repetit. d. authent. ſimiliter in 21. ſpeciali. circa ultimas uoluntates, & rurſus in l. 1. §. ſed & quoties. ff. ad Trebellia. Et huic opinio. adſentire uidetur Iaſon. in d. l. fin. num. 11. & Saray. ubi ſuprà. & hæc pars uerior uidetur per tex. in l. omnibus. ff. ad Trebel. & in l. Sancimus. C. eodem tit. & quia generale eſt fideicommiſſum uniuerſale accipiendum eſſe de manu hæredis, ſicq; in legatarium ipſo iure non tranſire, l. ille a quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebel. l. 1. in prin. l. reſtituta, l. facta fideicommiſſi reſtitutione. ff. ad Trebel. §. reſtituta. inſtit. eod. tit. Nec dubium eſt, quin leges generaliter diſponentes quales ſunt ſupra dictæ comprehendāt omnes perſonas caſus & cauſas, ut cumque priuilegiatas, ſi in ea re, qua de agitur non reperiuntur habere peculiare priuilegium, l. in fraudem, in fin. ff. de mil. teſtam. Decius conſi. 5. & rurſus in l. ex teſtamento. C. unde liberi. Alcia. lib. 4. paradoxorum. 10. c. Idem Decius in l. 1. col. 2. & in l. nemo poteſt. ff. de regu. iur. Andræ. Tiraquel. de præſcription. §. 1. gloſ. 11. Decius in cap. 1. colum. 3. & in c. ſedes apoſtolica, colum. 5. de reſcrip. Bald. in dict. l. in fraudem. Nec ad rem pertinet text. dict. l. fin. in quo repoſitum eſt vnicum fundamentum eorum, qui contrariam partem tuentur, nam quod ibi dicitur ex ſolo titulo conceſſionis ſine traditione ius, dominiumque tranſire in eccleſiam, id intelligendum eſt, quando mens, & animus concedentis fuit vt directo & citra alterius mediæ perſonę interuentum acquiſitio contingeret eccleſiæ, non ſic quando voluit vt de manu alterius caperet, & ſic per obliquum, ut iuribus ſupra alleg. & hoc probat ſi recte inſpiciatur. c. ſi pater. de teſt. lib. 6. Nec æquum eſt ſpecialitatem, d. l. fin. extendere cum iniuria hęredis, contra l. ex facto. ff. de uulga. præſertim nulla lege inuniti, contra l. illam C. de collation.

Sunt tamen plures caſus in quibus fideicommiſſum uniuerſale tranſit ipſo iure, vt tradunt Barto. & alij per text. in l. pen. §. fin. C. ad Trebel. gloſſ. & dd. in l. 1. §. res quę. & in §. quoties. ff. ad Trebell. regulariter tamen fideicommiſſarius ante reſtitutam hæreditatem ius non habet in re ſecundum Paul. conſil. 131. lib. 1. Saray. ubi ſupra per dict. l. facta, & dict. l. reſtituta, † nec pro pia authoritate poteſt capere bona hereditaria, l. Paulus. ff. ad Trebel. & ibi Alexā. Decius, conſi. 438. accurate. Alexan. conſi. 32. viſo proceſſu. quinimo ſi propria authoritate caperet iure ſuo priuaretur, vt tradunt dd. per text. ibi in l. non eſt dubium. C. delegatis, niſi ſibi data eſſet licentia a teſtatore, nam tunc impune poſſet, ita Angelus, & Alexan. in dict. l. Paul. per l. Titia. §. Lucius. ff. deleg. 2. Iaſ. in l. nemo poteſt. ff. deleg. 1. Cumanus conſ. 114. Anton. col. 3. Decius conſi. 318. viſa. col. 1. Ioan. Dilectus, de arte teſtandi, titu. de ſubſtitu. cautel. 32. Decius, conſi. 131. reuocatur, col. 2. & reſtitutio hereditatis, quo ordine, & modo fieri debeat tradit Petrus Ferrarius, in ſua practica, in libello quo agitur ex ſubſtitutione, col. fina. ſecundum quę iudicandum erit, quando quove tempore, aut modo falcidia his in caſibus deducenda ſit.

55 *Fideic. quādo poſſit pro pria authoritate capere fideic.*

Deniq; † licet in fideicommiſſarium vniuerſalem non tranſeat dominium ipſo iure, vt edocti iam ſumus etiam ſi eſſet pia cauſa, in eam tamen ex ſolo contractu regulariter tranſit dominium per d. l. fin. C. de ſacroſan. eccleſ. gloſſ. & dd. per tex. ibi in l. 1. C. de dona. quę ſub modo, unde ſi eccleſię res vendita ſit, & poſtea alteri tertio ab eodem venditore & vendita & tradita ſit, prior eccleſia præfertur, quia prius illius rei dominium quæſiuit, ſicq; ceſſat hoc caſu, l. quoties. C. de rei vend. vt eſt communis opinio doctorum poſt gloſſ. ibi in d. l. fin. verbo in rem quod obtinet etiam ſi alteri eccleſię ea res uēdita & tradita fuiſſet, ut uoluit d. gloſſ. quam ibi ſequuntur Bart. & alij, & gloſſ. in l. ſiue autem. §. ſi duobus. & ibi Bald. & Angelus. ff. de publi. in rem. actio. Ioan. Andr. & alij. in c. continebatur. de his qui fiunt a præl. Bal. in authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. & communiter dd. in d. l. quoties. Quinimo per contrarium ſi eccleſia, uel pia cauſa eadem rem ſemel uni, & deinde alteri uendidiſſet, & poſteriori emptori tradidiſſet prior emptor potior eſſet, ita Hoſti. & Ioan. Andr. in d. cap. continebatur. Imola. in c. illuſio. nota. 1. de renunt. Roman. in d. auth. ſimiliter. 12. ſpeciali, circa contractus, & conſil. 293. circa.

56 *Eccleſiae an ſubiaceat l. quoties. C. de rei uen.*

57 *Eccleſiae uē didit duobus uter eorum præferatur ardua quæſtio.*

Contrarium tamen ut emptor poſterior cui res tradita fuit, præferatur tenent Anto. Cardin. Floren. Panor. & Imola, ſibi contrarius in d. c. continebatur. Iaſ. in d. l. fin. col. pen. Andr. Tiraquel. de priui. pię cauſę, priuilegio 107. Idem Iaſ. in

in d.l quoties col.5.quæ opinio uerior est per regulam generalem d.l.quoties.a qua hæc exceptio dilucide non reperitur probata, nec dubium est quin ut iam attigimus l. illa generalis compræhendat omnes personas casus & causas, utcunque priuilegiatas si in ea re de qua agitur non reperiuntur habere speciale priuilegium prout in specie nostra non reperitur d.l.in fraudem.in fi.ff.de milit.testam.& quia fieret iniuria posteriori emptori diligenti, qui forte non emeret nisi traditionem sibi factam utilem fore putasset. Hactenus de falcidia, & Trebellianica sub breuibus egimus, quia ad eius materiam spectantia plura differuimus suprà de succ. progressu lib.3.§.6.& §.7. unde quæ hic desunt petenda sunt is.

§. XII.

1 *Successorium edictum non erat olim in capite suorum cũ doct. de iure ciuili.*

2 *Successorium edictum de iure ciuili non erat de capite agnatorũ in caput cognatorum, sed tantum de iure prætorio.*

3 *Successorium edictum iure etiam prætorio dabatur de capite agnatorum ad alios agnatos si erant proximiores, quam cognati cum Pheoph. contra Iaf. & Curt. Iuniorem.*

4 *Agnati post suos uocantur, fallit in octo casibus.*

5 *Mater repellitur a successione filij impuberis si ei tutorẽ nõ petijt.*

6 *Filius ex capite cognatorum admittitur ad successionem matris intestatæ. quod uarie intelligitur.*

7 *Accrescit conuicto portio uacans, quod uarie intelligitur.*

8 *Filia quæ iuramento legitimæ patris successioni renuntiauit, an ea à legitima priuetur, ardua quæstio.*

9 *Renuntiatio casuum fortuitorum an noceat.*

10 *Renuntiatio simplex hæreditatis facta post mortem patris an noceat quo ad legitimam, ardua quæstio.*

11 *Intell.l. si quando.§. fin. C. de inoffic. testam.*

12 *Lege maiestatis in crimine an bona damnatorum reseruentur liberis ante delictum natis, ardua quæstio.*

13 *Legitima an assignetur filio etiam uiuo patre post eius monachismum uel damnationem, & quid in alimentis, ardua q.*

14 *Mors ciuilis non exequatur morti naturali, nisi in casibus à iure expressis.*

15 *Legitimam, uel Falcidiam traditam in uita, an repetere possimus, ardua quæst.*

16 *Donare causa mortis an filius familias patri suo possit ipso authore, ardua q.*

17 *Decretum an cesset, ubi pater filio author est ad alienandũ, ard. q.*

18 *Legata & fideicom. an hodie conseruentur rupto testamẽto ob filij uel posthumi præteritionem erroneam, ardua q.*

19 *Intell. nouus ad c. Raynutius de testam.*

Cvm superioribus libris pleniſſimè edocti fuerimus testamentarię successionis materiã cumq; post eam sequẽtẽ locũ capiat legitima successio iuxta l.quandiu.ff.de acq. hæredit. de ea, ut modo peragamus consequens est.

DE SVCCESSORIO EDICTO.

ET LEGITIMA SVORVM AGNATORVMQVE SVCCESSIONE.

SVB HOC TITVLO PROMISCVE DE liberorum & parentum & transuersorum abint. successione differuimus, quia id subiecta materia exigit.

1 *Succ. edictũ non erat olim in capite suorum cũ doct. de iure ciuili.*

Svccessorivm edictum erat de capite suorum in caput agnatorum l. defunctis, de legit. hær. C. ratio, quia licet l. ciuilis non cogitasset suos repudiaturos (cum eos necessarios faceret) tamen cogitauit eos ex capite impotentiæ posse excludi sicq; hæreditatem ab eis ad agnatos transtulit, idem de iure ptorio l.1.§. quibus. de succ. edi. ff. l.1. si tabulæ testa. nullæ ext. ff. sed de gradu suorũ in alterum gradũ suorũ non erat successorium edictũ de iure ciuili, l. qui se patris, in prin. C. unde libe. Ratio, quia ius ciuile non cogitauit futurum ut repudiassent sui, quos necessarios faciebat, erat tamen de iure prętorio, d.l. qui se patris, in fin. Secundo de iure prætorio, quia sui non erãt necessarij, ideo cogitauit prætor futurum, ut sui abstinerent, sicq; transtulit hæreditatem in sequentes. non quoque de iure ciuili nec prętorio est edictum successorium de persona in alteram personam, sed tunc datur ius acc. l. unica. C. quando. non petẽ. par. l. si ex pluribus, ff. de suis & legitim. §. fin. de S.C. Orfici. in fin. sed erat edictũ successoriũ de pſona in eandẽ pſonam, l.2. in pr. unde leg. ff. l.1. §. sed uidẽdũ, de succ. edict. ff.

2 *Succ. edict. de iure ciuili non erat de capite agnatorũ in caput cognatorum, sed tantum de iure præt.*

Nec erat successorium edictum de capite agnatorum in caput cognatorum inspecto iure ciuili, quia cognati eo iure erant incogniti, in pr. inst. de tert. erat tamẽ de iure prętorio argum. l.1. §. quibus. ff. de succ. edict. & §. sunt igitur, inst. de bono. possessio. non quoque erat edictum successorium inter agnatos de gradu in gradum de iure ciuili, ut §. placebat, inst. de leg. agnato. successi. erat tamen de iure prætorio, ut post exclusionẽ proximi agnati tũc cognati admittunẽ, nec statim inuiteẽ fiscus ut p hoc me harũ essent cõditionũ cognati remotiores q̃ agnati, licèt & ꝓximiores essent, & ad onus tutelarũ obnoxij, sicq; erat duplex iniqtas ſm intellect. doct. in d. §. placebat, & Iaſ. n. 30. in l. q ſe prĩs, ubi Curt. nu. 15. & in rubr. C. de succ edict. aliter & me ius sentit ut prętor post exclusionẽ agnati ꝓximioris, tũc successoriũ edictũ policeat tã agnatis, q̃ cognatis ut si reperiant pares in gradu pariter cõcurrant, q̃ si agnati gradu sint ꝓximiores spferant, si aut remotiores excludant. Nec obst. tex. in d. §. placebat, ibi cũ satis, nã sensus est absurdũ esse q̃ ut prætor edictũ successoriũ in capite cognatorũ policebat, nõ etiã eundẽ cõcederet in capite agnatorũ qbus utpotè oneribus tutelarũ obnoxijs fuit merito cõsulendũ, cõsuleẽ ergo ibidẽ de iure ciuili, an sit successo de persona in eandẽ pſonam uel in aliã, dic ut supra, & ita tenet Theophilus in dict. §. placebat.

3 *Succ. edict. iure etiãprætorio dabatur de capite agnatorum ad alios agnatos si erant proximiores quã cognati cum Theoph. contra Iaſ. & Curti. iun.*

Deficiẽtibus suis uocanẽ agnati, in pr. inst. de legit. agnat. successio cõcor. l.1. C. vñ legit. l.2. in prin. cod. ti. l.1. §. post suos, l.2. in pr. ff. de suis & legiti. Ratio dubitãdi qa uidebãt q̃ parẽtes post suos nõ trãsuersales uocarent, auth. de functo ad Tertul. auth. cessante de leg. her. Sol. hoc tẽpore cessabat successio ascendentiũ, nã filius mĩi erat tĩn cognatus, at respectu pĩs aut erat filius f. & nil suũ hẽre poterat, aut emãciparus, & tũc pĩ quo ad eius filii successionẽ extraneus erat nisi cõtracta fiducia emãciparet. §. fi. inst. de leg. agnat. succ.

4 *Agnati post suos uocantur fallit in octo casibus.*

Primo limita hanc conclusionẽ, ut in l.1 §. sed uidendum de successo. edict. ff. l.2. in prin. unde legitim.

Secundo limita ut in l. fi. ff. de succ. edicto.

Tertio limita, ut in l. post consanguineos, in prin. .. §. post suos. de leg. hẽre. ff.

Quarto limita, ut in §. fi. inst. de leg. agnat. successio.

Quinto limita, ut per totum ad Tertul. ff. C. & inst.

Sexto limita ut per totũ ad Orfici ff. C. & inst.

Septio limi. ut d. auth. de fũcto, & d. auth. cessãte. l.7. Tau.

Octauo limita, ut ff. siquis a par. fuer. ma. p totũ iuncta l. cũ in adoptiuis, in pr. iũcto §. sed ne articulũ, de adop. & §. ſ3 siqdẽ, & §. pẽ. inst. de her abin. & §. ſ3 hodie, inst. de adop.

Dũ aũt diximus q̃ post suos uocanẽ inuitanẽq; agnati ad successiones eorũ q̃ intestati decesserũt, uel q̃ nullũ oino testam. fecerũt, uel q̃ si qd̃ testam. fecerũt id aliqua rõne euanuit, ut ĩ pr. inst. de hær. abint. l.1. ff. de iniu. ru. id itelligẽ dũ est, ut ex capite agnatorũ mĩ iure nouo iuiteẽ ad filiorũ intestatorũ successionẽ, ut p totũ. ff. C. & inst. ad Tertul. tĩn ei mater repellitur à successione impuberis nisi tutorem petierit. l.2. ff. ad Tertul. §. cõfestim, & §. fin aũt nõ petierit, & inst. de S.C. Tertulliano, in pr. intellige q̃ repelliẽ a successione impuberis intestati ut ibi. Secundo in successione ex testamẽto, ut l. sciãt, C. de legit. hẽredi. Tertio in matre ad secunda uota trãseunte, l. omnem. C. ad S.C. Tertul.

5 *Mater repellitur a successione filij impuberis si ei tutorem non petijt.*

Quarto repelliẽ a successione rerũ singularũ, l. fi. §. hæc aũt mater. ff. qui petant tut. cum glo. ſua.

Quinto in curatore petendo, l.1. ff. qui petant. tut.

Sexto in matre quę non petit tutores cõfirmari l. credendum, in prin. eod. tit. nam etiam his caſibus mater a filij ſucceſſione repellitur ſecundum communem opinionem.

Limita primo. Si impubes moriatur poſt pubertatem l. matris. C. ad S. C. Tertullia.

Limita ſecũdo. Niſi mater eſſet minor l. 2. C. ſi adu. deli.

Limita tertio. Niſi non ageretur de directa hereditate, ſed fideicommiſſaria l. fin. quis petant tutores. §. ſed ſi mari tus, quod intellige ſecundum glo. ibi, quando pubes deceſſit, uel intellige generaliter, & tunc ratio eſt, ut l. unum ex familia. §. ſi de falcidia. de leg. 2. ff.

Limita quarto. Vt l. cum a matribus. C. qui petant tut.

Limita quinto. Niſi filius habeat alium legitimum tuto rem. l. fin. 2. reſponſo. ff. qui petant tuto.

Limita ſexto. Niſi prœuenta fuerit mater ante moram l. 2. §. ſed ſi forte, ad S. C. Tertull. ff.

Limita ſeptimo. Niſi omiſſerit bono conſilio ne filius legatum amitteret d. l. 2. §. tractari, in iis enim omnibus caſibus, & ſimilibus magis communiter receptum eſt per iura ſuperius allegata, matres nó repelli à liberorum ſucceſſione eo prętextu ꝙ tutores eis inpuberibus non petierint. Et quod diximus nó repelli, quando bono conſilio petere deſierunt, idem probatur in ſimili in l. multi non notæ cauſa. ff. de lib. & poſth. & in l. filijs matrem. C. de inoffic. teſta. in cuius materia id latius differimus.

6 *Filius ex caſu agnatorum admittitur ad ſucceſſ. matris inteſtatæ quòd uarie intelligitur.*

Denique † ut mater admittatur ad ſucceſſionem liberorum per Tertullianum ita & liberi ad ſucceſſionem matris per Orficianum, ut in prin. inſt. de S. C. Orſici. per totum. C. eod. tit. & ff. ad S. C. Tertull.

Ratio, quia correlatiuorũ, &c. p l. 1. ubi Bar. de cupreſſis lib. 11. §. fin. quib. mo. toll. obl. inſt. l. fin. de accept. ff. l. ſi pa ter puellæ. C. de inoffi. teſt. l. de fideicõmiſſo. C. de tranſact.

Secũda rõ decidendi, ut l. nã & ſi parẽtibns de inof. teſt. ff.

Tertia ratio, ut l. ſcripto. ff. unde liberi.

Quarta ratio, ut l. fin. §. 1. de cura. furio. ff. l. fin. de codicil lis. C. l. & quia. ff. pro ſocio gl. l. 3. C. de iur. & fact. ignoran.

Quinta ratio, ut l. iſti quidem. ff. quod metus cau. & inſt. de noxalibus act. §. fin.

Sexta ratio, ut l. unica. C. qui ante aper. tab. uide Tiraq. in l. ſi unquam, in prin. C. de reuoc. donatio,

Intellige quãdo mater eſt ingenua l. 1. in prin. ff. ad S. C. Tertull. Idem ſi libertina l. 2. in pr. eod. ti. Idẽ ſi ſerua ſi tñ moram in libertate fidei paſſa eſt l. fin. C. eod. ad S. C. Orfi.

Quarto in ſucceſſione abinteſt. ut in prin. inſt. de Orfici. ibi inteſtatarũ, & ibi, legitima. iũcta l. 3. §. de illo, proſocio. ff

Quinto, idem in ſucceſſione etiam ex teſtamento, ut d. prin. inſt. de S. C. Orfici. ibi, legitima, iuncta l. lege. obuenire, de uerb. ſign. ff.

Sexto, idem in hęred. contra teſtamertum l. cum filium C. de inoffic. teſtam.

Septimo, idem in nepotibus, ut in prin. inſt. de S. C. Orfici. & in fin. Itẽ quia liberorũ appellatione, &c. per l. liberos, de ſenatorib. l. ſed ſi hac. §. liberos, de in ius uocãdo. ff. l. ſi dotali. ff. de iure doti. l. iuriſc §. parẽtes, de grad. l. libe rorũ l. cognoſcere, de uerb. ſig §. fi. inſt. ꝙ teſt. tut. dari poſſ.

Octauo, idem ſi ſint in aliena familia, ut in princ. inſt. de S. C. Orfi. ſed an tunc pręferantur agnati uidetur ꝙ non, ut §. eos, de ſucceſſ. cogna. inſt. & §. admonendi inſt. de her. abinteſt. Puto contrarium, ut in prin. inſt. de S. C. Orfici. ibi, pręferuntur. Ad contrarium reſp. ꝙ loquitur inſpecto eo tempore quo per ius ciuile non uocantur, non quoque per prętorem niſi ex tertio capite unde cognati, ſed modo ſuc ceſſit tertium ius, quod eos admittit quaſi legitimos.

Nono Intellige etiã in filijs poſthumis l. 3. C. de inoffi. teſta. l. poſthumus, in prin. uerſi. ſimiliq; modo. ff. eod. expreſſius in l. 1. §. ſed & ſi matris. ff. ad Tertul. Idẽ iure ptorio l. 1. §. ſi qua, unde cogn. ff. l. 2. §. fin. cum l. ſeq. ff. unde legi.

Decimo intellige quòd admittuntur de iure ciuili, ut l. 3. C. ad S. C. Orfici.

Vndecimo, ꝙ etiam iure prætorio ut per gloſſ. ibid.

Poſtremo intellige ꝙ non ſolum admittitur ad ſuam uirilem portionem, ſed etiam ad portionẽ cõiuncti, quæ ſibi accreſcit, ſi quando uacare cepit, ergo hoc in caſu.

7 *Accreſcit coniuncto portio uacãs quod uarie intelligitur.*

†Portio uacans accreſcit coniuncto, l. uni. §. in primo, & §. pro ſecũdo, de cad. toll. C. auth. hoc amplius. C. de fideic. §. fin. inſt. de S. C. Orſiciano. l. ex pluribus. ff. de ſuis & legit. Ratio dubitandi, quia limitata cauſa, &c. l. age. C. de trãſact.

Secunda ratio ut l. ſi duobus, de teſtam. milita. ff.

Tertia ratio ut §. ſin autem ad deficientis, C. de cad. tol. Ratio decidendi ut l. non iuſtã, ibi contẽplatione iudicij, C. ad Trebel. ubi uide.

Secũda ratio ut l. ſi Titio & Mæuio, §. Iulianus, deleg. 2. ff. iuncto prin. inſt. de uulg. & l. uni. in prin. C. de cad. tollen.

Tertia ratio quia portio accreſcit portioni nó perſonæ, l. ſi totam, deacquiren. hęredit. ff.

Quarta ratio quia accreſcit ad ſimilitudinem alluuionis, l. ſi Titio. ff. de uſufruct.

Quinta ratio, quia eadem hęreditas non debet diuerſo iure cenſeri, l. eum qui ędes, de uſucapion. ff.

Sexta ratio quia abſurdum eſt eiuſdem hæreditatis, &c. §. his ita, de cadu. tollend.

Septima ratio, quia nemo poteſt pro patre teſtatus, &c. l. iuris noſtrum, de reg. iuris.

Intellige primum in ſucceſſione abinteſtato, l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis & legitim. & §. fin. inſtit. de S. C. Orfici.

Secũdo in ſucceſſione ex teſtamẽto. l. nõ iuſtã. C. ad Treb. d. §. his ita, l. ſi Titio & Mæuio. §. Iul. & l. Celſus. §. quòd ali cui s delegat. 2. ff.

Tertio in ſucceſſione contra teſtamentum. l. ſi ponas, §. fina. de inoffic. teſtament. ff.

Quarto in ſucceſſione prętoria, l. 3. §. fi. l. ueluti, de bon. poſſ. ſiue ab inteſtato deferatur, ut ibi, ſibi ex teſtamento, ut l. unica. C. quando non peten. part.

Quinto, in diuerſis hæreditatibus, l. quidam elogio. C. de iure delib. l. qui patri, de acquir. hæred. ff.

Sexto, quòd tranſit ad hęredes, ut §. fi. inſtit. de S. C. Orficiano, & d. l. ſi ex pluribus.

Septimo, ꝙ procedit, licet ſit unitum cum iure ſubſtitutionis, l. teſtamento. C. de impub. l. ſi quis hęres inſtitutus de acquir. hæred. ſecundum Bart. & cõiter doct. utrobiq;.

Octauo in portione uacãte nõ ſolũ ex cauſa repudiationis, ſed etiã eo ꝙ nulli unq̃ fuit data, l. 1. §. ſi ex fundo. de hær. inſtit. ff. ſicq; in uacante ex defectu diſpoſitionis.

Nono ꝙ accreſcit cũ onere, d. l. Cel §. fi. d. §. Iul. d. l. nõ iuſ.

Decimo, ꝙ accreſcit inuitis, l. ſi duo. l. qui ex duabus, §. fin. de acquiren. hęred. ff.

Vndecimo, etiã in portione cuius repudiãdæ teſtator ta cite facultatẽ dedit, arg. l. 2. cum glo. de acq. hær. ff. l. ſi ſolus in pr. eod. d. l. quidã elogio, ſicq; in portione uacante ex defectu diſpoſitionis uel ex tacita teſtatorũ pmiſſione. Idẽ in uacante cõtra expreſsã teſt. diſpoſitionẽ, arg. tex. ubi per Dec. in l. ius nãm, ff. de reg. iur. iũcta l. nemo põt, deleg. 1. ff. Tertiodecimo in repudiata portione ab ipſo inſtituto, ut d. l. ſi tu ex parte, l. filius qui ſe paterna, de acq. hær. ff. itaq; in portione repudiata ab ipſo cui acreſcit ſiue ex ea tñ eſſet inſtitutus, & aliã haberet iure ſubſti, d. l. ſi tu ex parte, ſiue ex repudiata, & etiã alia ab initio eſſet inſtitutus d. l. quidã elogio, ſiue quo ad repudiatã ſubſtitutũ haberet, d. l. ſi ſolus, ſiue etiã co hæredẽ. d. l. ſi ſolus. 2. reſp. Is etiã ſi eſſet coniunctio tantum legali s d. l. ſi ſeruus communis ab extraneo, de acquiren hæred. ff.

In oĩbus. n. his caſibus & ſimilibus magis cõiter receptũ eſt portionẽ repudiatã accreſcere cõiuncto, nõ aũt fiſco de ferri, licèt in contrariũ fortiter faciat tex. in l. ſi Titio & ei, ff. de leg. 2. & in l. huius modi. §. quidã Titio. ff. de leg. 1. ſed reſponde ut late diſſeruimus in materia iuris accreſcendi.

8 *Filia quæ iur. amento legitimæ patris ſucceſſioni renuntiauit an etiam a legitima priuetur an dua q.*

Adde ꝙ †ſucceſſione patris inteſtati uel etiã teſtati nõ ptiuatur filia quo ad legitimæ ſuæ ſupplemẽtum, quæ cum dotem acciperet a patre renuntiauit patris hereditati cum iuramẽto, hęc eſt cõis op. eo caſu quo fieret renũtiatio iurata uiuo adhuc patre, ita tenent Barba. conſ. 55. lib. 2. Georgius Nata in rep. c. quauis pactũ, de pact. lib. 6. colum. 8. & hanc partem tenẽt, & firmat communiter teneri Nicolaus Boerius deciſione tertia, numero 10. allegat idem tenere

Lud.

Ludo.Roma.consi.478.hęc mater istarum spuriarum, Zabarela consi.60.col.2.& consi.97.Oldral.consi.41.& consi.132. & alias consului,Guilielmus de Cuneo,Bar. & Angelus, in l.de his.ff.de trans.& hanc partem tenere uidentur, ibi Albericus,& Bal.& tenent Salicetus, Paulus Castrēsis & Iaſ. in l.ſi quando.§.& generaliter,per tex.ibi.C.de inoffi.teſt. Decius conſi.339.quæritur, numero quinto.

Contrariam tamen partem tenent non pauci relati per Boerium ubi ſuprà,& per Andręam Tiraquellum in l.ſi unquam,uerbo reuertat.1.C.de reuo.don. & hęc pars ut etiā ſibi noceat quo ad legitimam ſupplendam (iudice me) uerior eſt,nam legitima dicitur eſſe pars hereditatis, uel ſub hereditate contenta l.ſi quis in ſuo, in princ.ff.de inoffic. teſtam.ergo qui futurę patris hereditati, uel ſucceſſioni renuntiat, non dubium eſt quin legitimam compræhendat non ſecus,quàm reliquas partes paternæ hereditatis,nam rei ſimpliciter prolatę appellatione de tota re intelligendum eſt,totaq; & cum omnibus ſuis partibus comprehenditur l.ſi quis cum totum.ff.de excepț. rei iudicatæ l. hæc ſcriptura l. ſi ſeparatim.ff.de condit.& demon.l. ſi pluribus .ff.de lega.1.l.Męuio,in prin.uerb.totus.ff.de lega.2.l. conjunctim,in uerbo ſolidam rem, & in uerbo totam hereditatem,ubi tex.ſingul.ff.de lega 3.l.unica.§.ſin uerò nō omnes.C.de cad.tollen.§.ſi eadem res,inſt.de lega.l.1.§.interdum,in uerb.in ſolidum l.inde Neratius, in uerbo totius.ff. de uſufr.accreſc.optimus tex.in l.qui uſumfructum, ubi elegānter Bar.in ſimili.ff.de uerb.oblig. & ibi etiam multa per Iaſ.ergo filia quę patris hereditati futuræ cum iuramento renuntiauit quin ex ui, & proprietate ſermonis ab uniuerſa totaue hereditate diſceſſerit non expedit dubitare, ſicq; in eo tantum quęſtio manebit an ea renuntiatio. quæ uniuerſam hereditatem, & ſic etiam legitimam ex ui uerborū comprehenderat,ex mente tamen & ſenſu renuntiantis ſit reſtringenda ad uniuerſam quidem hæreditatem dempta legitima,& quòd reſtringenda non ſit,probat text.in d.ca. quanuis pactum, qui apertius (ut nobis uidetur) loqui non poſſet, probat etiam tex. in ratione ſui in l. Titius, in prin.ff.de lib. & poſth.& de individuo eſt tex. in l. ſi quando.§.illud, in uerbo non agnouerit patris iudicium .C. de inoffic.teſtam. ubi qui patris iudicium agnouit à patris uniuerſa hereditate excluditur,ſicq; etiam à legitima non ſecus,quam à reliquis bonis. Tenendo hanc partem parum ad rem pertinet l.fin.C.de non num. pecu. ubi qui cum iuramento promiſit ſe rediturum, quod mutuo acceperat, non prohibetur opponere exceptionem non numeratę pecunię,nam ille tex.loquitur in terminis lōgē remotis, ſicq; ad noſtrum caſum uix eſt,ut poſſit accommodari. Prętereà ex diuerſis non fit illatio l.fin.ff.de calumn.Prętereà & euidentius peculiare priuilegium eſt in materia non numeratę pecunię,& in eius exceptione, ut procedat ſolummodo in contractu mutui,non etiam in reliquis contractibus,ut tenent communiter doctores per tex. ibi in l. generaliter. C. de non numerata pecunia. Vnde ſi cum iuramento dixi me debere tibi centum (ex cauſa uel emptionis, uel locationis,uel mandati,uel ſocietatis, uel legati, uel fideicommiſſi,uel donationis,uel cuiusq; alterius actus)non potero opponere exceptionem non numeratæ pecunię, quinimo compellendus generaliter,aut regulariter ſum ad ſoluendū ut ibi. Idq; procedit etiam ſi ſimplex pronuntiatio,& ſermo fuerit,& non iuratus ut ibi, quanto ergo magis ſi iuramentum interſit,ut in ſpecie noſtra.Adhęc ratio de qua in d.l.fin.ex toto ceſſat in ſpecie noſtra,ibi enim quia plerunque in uſu eſſe ſolet,ut qui mutuum anxiè poſtulant, chirographum quo confitentur ſe recepiſſe,& ſe reddituros pollicentur,prius ad creditores mittant, q̄ ſibi pecunia numeretur,ſicq; eueniebat frequenter ut ea pecunia ab eis repeteretur,quam nondum receperant,ideo ne indebitè exigeretur ab eis,quod nunquam acceperant, data & cōceſſa fuit contra propriam confeſſionem exceptio illa, quia prę ſumitur numeratum non fuiſſe,niſi per creditorem numeratio probetur,quę preſumptio,& ſi interſit iuramētum integrè adeſt,quę ratio(nullus ē, qui nó uideat)ut ceſſet omnino in ſpecie noſtra, non ſecus, quàm ceſſat in reliquis omnibus diſpoſitionibus,in quibus ea præſumptio,aut interpretatio a lege non fit,ſicq; ligat iuramētum, & nedum iuramentum,ſed etiam ſimplex locutio, ſic ergo & in ſpecie noſtra, &c. Neque † ad rem pertinet quod traditur per Angelum, Alberi. Iaſon. & alios in l. ſed & ſi quis .§. quæſitum .ff. ſi quis cauti. p. r eundem Iaſon. in l. 1. colum. fina.ff.ſi quis in ius uocand.non ierit dum tenent(multis tamen repugnantibus per Iaſonem, ubi ſupra relatis) renuntiationem caſuum fortuitorum, qui enumerant r in dicto titulo.ff.ſi quis cau.non nocere niſi caſus enumerentur ſpecifice,ut in ſimili in c. qui ad agendum, de procura. lib.6.nam illud ut modo dicebam non pauciores (ut dicebam)forte impugnant, quam teneant, & prætereà id quando nullum interfuit iuramentum, & poſtremo illud longè diſtat a materia noſtra, quia illud in caſibus fortuitis renuntiandis, hic in hæreditate renuntiata,ubi caſus fortuitus nullus eſt, ſicq; ex tam diuerſis non fit illatio,l.fin. ff.de calumni.& eſt peculiaris quædā ratio in caſuum fortuitorum renuntiatione, quia cum raro eueniant faciliores ſunt homines in eis renuntiandis, ſperantes nunquā tales caſus euenturos,ideo eis ſubueniendum eſt, argum. dict.§.quæſitum, l.quæ fortuitis. C.de pigno.act.non ſic in ſpecie noſtra, ut patet prę ſertim cum ſit probabilis ſpes liberorum quo ad ſucceſſionem parētum, l.ſi poſt mortem, ubi not.Iaſ poſt alios.ff.de leg.1.facit in ratione ſui.l.unū, ex familia. §.ſi rem.ff.de leg.2. ad d.l.ſi quando.§. fin. C.de inoffic.teſt.reſp.ut in quæſtione ſequen.

9 *Renūtiatio caſuum fortuitorum non noceat.*

Hactenus quando cum iuramento facta fuit renuntiatio, † quid autem ſi ſimplex renuntiatio fuit facta tamen poſt mortem patris, nam eo uiuo non ualeret per dict.l. ſi quando.C.de inoffic.teſtam.§.illud l.pactum dotali.C.de collat.l fina.l pactum, quod dotali. C.de pactis, l.fina.ff. de ſuis & legiti.& talis renuntiatio quo ad reſiduum hæreditatis dempta legitima, ſi fiat uiuo patre ſecundum omn s ualet per d.§.illud, & §.& generaliter,in d.l. ſi quando, in eoq; tantū quæſtio eſt an etiā quo ad legitimā noceat, cui nó noceret, tenent Rom.Odofre.& Bar.in cōſilijs ſupra allegatis,& Boerius in d.deciſione.3.num.7. & num.10.& ex preſſius Salice.& Paulus Caſtrenſis, & Iaſ.in d.§.& generaliter per text. ibi,Decius conſil.339. quæritur, nume.5. Guilielmus de Cuneo, Albericus, Bald. & Angelus in l.de his.ff.de tranſact Mouentur per iura & rationes quas in ſuperiore quæſtione confutauimus quas repetere non expedit.Mouentur etiam per d.§.& generaliter,qui textus dilucide contrarium probat.tantum abeſt ut eorum opinionē tueatur, ait enim text. quòd ſi filius cui a patre in teſtamento relictum fuerat, agnouerit ſeu acceptauerit, licet olim patris teſtamentum neq; querela impugnare poſſet, neq; amplius petere ut in l.Papinianus.§.ſi conditioni,l.pē. §.fi.& l.fin.ff.de inoffi.teſt l.parentibus. C.eod. titu. tamen hodie & ſi ādhuc teſtamētum querela impugnare nequeat, tamen amplius petere poteſt hoc eſt legitimæ ſupplementum,ut ibi ſubdit text. non adijciens nullā ſibi ſupereſſe de repletione quęſtionem,quo caſu palam uult ſibi etiā quo ad legitimæ ſupplementum nocere.† Dicet quis non abnegamus quin ſibi etiam quo ad legitimam noceat, quando ei eius ue ſupplemento ſpecifice renuntiauit, ſed in eo dūtaxat quæſtio eſt,quid ſi hereditati uel ſucceſſioni generaliter aut indefinite renuntiauit,quo caſu communis opinio ſupra relata uult quo ad reſiduum bonorum tantū non etiam quo ad legitimam ſibi nocuiſſe per d §.& generaliter,dum ait id quod ſibi relictum eſt agnouerit, & forte ſecuritatem hæredibus fecerit,non adijciens nullam ſibi ſupereſſe,&c.Ex quibus uerbis tria colliguntur quorum duo ſunt expedita,ſed tertium eſt ſatis ambiguum,nam quatenus ait id quod relictum ſibi eſt agnouerit,uult quòd relictorum agnitio non noceat quo ad legitimæ ſupplementū, licet olim ſecus.ut ſupra dixi.Quatenus ait nó adijciēs nullam ſibi ſupereſſe de repletione quæſtionē,uult q̄ ſi ſpecifice legitimæ aut eius ſupplemento renentiauerit, ſibi noceat, quod & omnes admittunt. Quatenus uero ait, &

10 *Renūtiatio ſimplex hæreditatis facta poſt mortem patris an noceat quo ad legitimā, ardua quæſtio.*

11 *Intellec.l.ſi quando, §. fi.C.de inoffi. teſtam.*

fortè ſecuritatem hæredibus fecerit, intellexit communis opinio. ſi prà relata ſenſum eſſe, quòd dixit filius, hæc uerba aut æquipollentia ſtote ſecuri, quòd iſtis ex bonis, aut hæreditate amplius non petam, & quòd tamen adhuc potuit legitimæ ſupplementum petere. Sed certe illa uerba poſſunt intelligi altero de tribus modis, uel quòd hæredibus dedit chirographum, aut ſchedulam quo quave, id quod ſibi à patre relictum fuerat ſe recepiſſe ab hæredibus agnoſcebat, id quod appellatur ſecuritatem facere argum. l. in contractibus. C. de non num. pecu. uel ſecundo poteſt intelligi, quòd hæredibus fecit ſecuritatem de non impugnando, aut expugnando teſtamentum, & is ſenſus eſt multum probabilis, quia congruit ſubiectæ materiæ, & titulo illi, qui eſt de inoffic. teſtam. iuxta l. Imperatores. ff. de in diem addictio. l. ſi uno, in prin. ff. locati. & in his duobus caſibus non impeditur petere legitimæ ſupplementũ, quia ſaluo manente teſtamento, legitimæ ſupplementum aſſequimur, ut in l. omnimodo, & l. quæ nuper. & l. quoniam in prioribus. C. de inofficioſo teſtamento l. ſcimus, in prin. eodem tit. & iſto ſecundo caſu erat non leuis ratio dubitandi, quę colligitur ex d. l. ſi quando, in finalibus uerb. C. de inoffic. teſtam. & ex. §. noſtra. inſt. de ſucce. liber. & per totum. C. de bonorum poſſ. contratab. liberti. iuncta glo. ibi in l. 2. Nam qui legitimæ ſupplementum petit contra partem teſtamenti aliquantulum uenire uidetur, ſicq; contra teſtamenti tabulas agere uidetur, ut dd. ll. ſed tamen non excluditur quin ſupplementum petere poſſit, quia eius ſecuritas, uel promiſſio erga hæredes eſt intelligenda iuxta ſubiectam materiam illius tituli, ſicq; quòd non querela euertet teſtam.

Cæterum interpretari (ut ex tertia expoſitione dicebamus) quòd ſecuritatem facere eſt hereditati renuntiare, & quòd nihilominus poſſit petere legitimæ ſupplemẽtum certè id eſſet directo uenire contra ſuam renuntiationem, ut in ſuperiore quæſtione oſtendimus, unde ea interpretatio intolerabilis eſt, & ſic à ſenſu & mente illius textus (ut nobis uidetur) longè diſtat præſertim, quia eſt contra textum expreſſum in d. l. ſi quando. §. illud, in uerb. non agnouerit patris iudicium, qui textus ut in continenti per d. §. & generaliter, qui ſtatim ſequitur corrigatur minimè eſt uero ſimile, præſertim cum non exprimatur ſatis dilucidè l. non ad ea. ff. de condition. & demonſtrat. Vnde (iudice me) per omnes rationes, & iura in ſuperiore quæſtione relatas, tenendum eſt filiam, qui hæreditati patris ſine iuramento poſt eius mortem renuntiauit nocere ſibi etiam quo ad legitimam eiusve ſupplementum, idemq; ſi ſic uiuo patre cum iuramento renuntiaſſet, quod facilius obtineret ſi, & poſt mortem patris, & cum iuramento renuntiaſſet.

Denique ſunt & alij caſus in quibus liberi à legitima
12 ſuorum parentum ſucceſſione repelluntur, nam † & ſi liberis, & parentibus abinteſtato hodie reſeruari bona damnatorum ſecundum quandam diſtinctionem certum ſit, ut tradunt communiter doctores per text. ibi in authen. bona damnatorum. C. de bon. damnatorum, & communiter doctores per text. ibi in authent. ſed hodie. C. de donatione inter uirum & uxorem, tamen excipitur crimen læſæ maieſtatis per l. quiſquis. §. 1. C. ad legem Iuliam maieſt. id quod intelligitur quoad liberos natos, aut ſuſceptos poſt tale crimen commiſſum, quaſi antea nati non puniantur, ita uoluit ſentire glo. in d. l. quiſquis. §. emancipatio, in uerbo non ualeat.

Læſæ maieſtatis in crimine an bona damnatorum reſeruentur liberis ante delictum natis, ardua q.

Contrarium tamẽ ſignificat glo. in d. l. quiſquis, in uerb. minus, quam ſequuntur doct. communiter ibi, eſtq; communiter approbata ſecundum Cifontinum in l. 4. col. 3. inter leges Taurinas. ſequuntur Imola, & Alex. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell. & quid in alteutra pars tot habet fautores, ut nouiſſimè Ioannes Oroſius in l emancipatum. ff. de Senatoribus poſt plures quos refert & affirmet eſſe qui uelint communem eſſe opinionem, ut filij nati ante cõmiſſum crimen tale non puniantur, atque rurſus eſſe etiam qui aſſeuerent receptiorem eſſe opinionẽ, ut filij etiã ante crimen commiſſum puniantur. non ſecus quàm ſi poſtea nati eſſent. Sed iudice me ea pars tutior eſt, quę habet natos ante crimen commiſſum ſubire pœnas, de quibus in dict. l. quiſquis, non aliter atque ij qui poſtea naſcerentur per generalitatem dict. §. 1. qui palam truncaretur, ſi aliter intelligeremus, facit l. præcipimus. C. de appellat. l. in frandem, in fin. ff. de milit. teſtament. ibi quia generalis erat illa determinatio: facit quia qualitas adiuncta uerbo debet intelligi ſecundum tempus uerbi, l. in delictis. §. in extraneis. ff. ſi ex noxali cauſa agitur l. miles. ff. de milit. teſtamen. tradunt Bar. & plene Ripa in lege ex facto, in prin. per text. ibi. ff. de uulgari. unde cum in dict. §. primo, definiatur filios facinoroſi, ac delinquentis eſſe illa pœna puniendos, de filijs, quos tempore quo delinquit habebat, intelligendum eſt, quinimo de illis multo magis, multoq; facilius quàm de alijs qui poſtea nati fuerunt. Aſtringitur is ſenſus, quia filij iam nati tempore facinori potuerunt eſſe conſcij illius maleficij, uel forte (quòd deterius eſſet) auxiliares, ſicque in eis eſſet longe maior ratio, quàm in poſtea natis, qui nec auxiliares facinoris, nec conſcij eſſe potuerunt, & hæc ratio multum conſideratur in ſimili per Iaſ. circa intellectum l. proſpexit, ff. qui & a quibus, in lege non dubium. C. de legibus, dum ait, quòd pœnam illius legis non ſine cauſa ſubeunt ſerui etiam extra prouinciam exiſtentes, quia facile a reliquis conſeruis ſuis potuerunt eſſe certi de illo maleficio, ſic ergo, & in propoſito noſtro, cum filij iam nati potuerint eſſe uel conſcij, uel forte patris auxiliares maior ratio in eis eſt, quàm in poſtea natis qui nec conſcij eſſe potuerunt, nec auxiliares. Ad dictam legem emancipatum, reſp. quòd loquitur in terminis longe diuerſis, unde ex diuerſis non fit illatio, l. fina. ff. de calumn. gloſſ. in lege creditori, ubi per Iaſ. ff. de op. no nun.

13 Retenta tamen opinione exiſtimantium ut filij ante facinus admiſſum nati non puniantur, uel (quòd facilius eſt) in reliquis delictis capitalibus, quæ tamen non adimunt uitam, ſed uel libertatem, uel ciuitatem, iuxta l. ſi quis filio exhæredato. §. irritum. ff. de iniuſto rupto, lege quædam ſunt, ff. de pœnis, §. maxima, & §. minor, inſtitu. de capit. dimin. lege Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liberis & poſthumis, in quibus caſibus interdum bonis ſuis ſacinoroſus ſpoliatur, quæ liberis eius applicantur, iuxta diſtinctionem de qua per doctores, per text. ibi in dict. authentic. bona damnatorum, & in dict. authentic. ſed hodie. Quæritur an fiſcus teneatur his liberis, uiuo adhuc eorum patre legitimas aſſignare, & pro patre affirmatiua facit gloſſ. in capit. tranſmiſſæ, qui filij ſint legitimi, quæ uult poſt patris monachiſmum legitimam filijs, uiuo adhuc patre monacho deberi, & cum dict. gloſſ. eſt communis opinio, ut firmat Baldus nouellus de dote, colum. 3. par. 1.

Legitima an aſſignetur ſi filio etiã uiuo patre poſt eius monachiſmũ uel damnationẽ & quid in alimentis, ut dua. q.

Contrariam tamen partem ut filius teneatur mortem patris naturalem ſpectare, quando ille monachus erat, tenent Salicetus & pleniſſime Iaſ. in authentic. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſi. qui firmat hanc eſſe receptionem opinionem, eſtq; receptior opinio ſecundum Deciũ, in capitu. in preſentia, de probatio. nume. 67. & tradit Couarruuias in capitulo, quia ingredientibus, nume. ſeptimo, de teſtament. & hæc poſterior pars ut receptior, ita & uerior nobis uidetur, per regulam generalem, quæ habet uiuo patre legitimam filio non deberi, l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collation. bonorum, lege cum quæritur, & authentic. no uiſſima, & authentic. unde ſi parens, & lege parentibus. C. de inofficioſ. teſtament. §. quantitas. inſtitu. de lege falcid. lege cum quo. §. fina. ff. eodem titulo. l. Papinianus. §. quarta, & §. quoniam autem quarta, ff. de inofficioſ. teſtament. a qua regula is caſus non reperitur ſatis dilucide exceptus ergo regulæ ſtandum eſt, & quia lex generaliter diſponens caſus utcunque alijs in rebus priuilegiatos comprehendit, ſi ea in re qua de agitur, non reperiuntur habere peculiare priuilegium, lege in fraudem, ad fin. ubi not. Baldus. ff. de milita. teſtament. ibi quia generalis erat illa determinatio, Decius in l. 1. & rurſum in l. nemo poteſt, ff.

de

de regulis iuris, Idem Decius consil. 5. & iterum in l. ex testamento. C. unde lib. Tiraquel. de præscript. §. 1. gloss. 11. Alciatus lib. 4. parad. cap. 10. Sed per patris monachissimum non reperitur speciale priuilegium hac in re datum filijs ergo, &c. † Et quia mors ciuilis morti naturali non exequatur nisi in casibus à iure expressis gloss. in c. susceptum, de rescript. lib. 6. quæ communiter approbatur, ut per Costam, in l. Gallus. §. & quid si tantum, par. 2. ff. de libe. & posthum. in princi. & Vincentius Hercul. columna. 1. & Ripa. nume. 11. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. Alex. in d. §. & quid si tantum, nume. 5. Socin. in l. cum auus, nume. 103. ff. de cond. & dem. ergo tenendum est post patris, siue damnationem, siue monachismum legitimamante eius morte nato filio non deberi à fisco, uel à monasterio, alimenta in utroq; casu debebuntur, & hoc casu sustineri possunt sententiæ contrariæ.

14 *Mors ciuilis non exequatur morti naturali, nisi in casibus à iure expressis.*

15 *Legitimam, uel Falcidiã tradiã in uitam repetere possumus, ardua quæs.*

Illud autem non est prætermittendum, † quòd & si uiuo patre filio legitima non debeatur (ut proxime diximus) tamen si pater sponte sua filiofam. suo inter uiuos legitimam donauit, & tradidit statim ualet donatio, quãuis regulariter si pater filio suo quem in potestate habet quid donauerit, ea donatio non ualeat statim, sed demũ morte confirmetur. l. donationes quas parentes, C. de donatio. inter uirum & uxorem, itaim specie, ut donatio legitimæ statim ualeat tenuit Angelus in l. si non mortis causa, ff. de inofficio. testamen. & uidetur sentire Butrigarius per tex. ibi in lege. si quando. §. illud, C. de inofficio. testamen. sentit Bartol. in l. in quartam. nume. 10. ff. ad legem Falcid.

Contrariam tamen partem, ut talis donatio nõ ualeat, tenet, & firmat esse communem opinionem Ioannes Baptis. Cacialup. in repet. l. frater à fratre, quæstion. 25. ff. de condi. in deb. qua de re per Iaſ. ibi columna penultima, ubi etiam Corrasi. & hæc posterior pars uerior uidetur, & forte receptior per regulam generalem d. l. donationes quas parentes, C. de donatio. inter uirum & uxorem, & quia illa generalis determinatio non potest non hunc quoq; casum comprehendere sinon reperiatur nominatim, & dilucide exceptus d. l. in fraudem, ad fi. ibi quia generalis erat illa determinatio, ff. de militari testamen. & quia cum legitima filio non debeatur uiuo patre, si pro legitima ei quicquam datum fuerit nihil impedimento est, aut esse potest, quin pater illud possit, uel iuris authoritate per iudicem repetere per conditionem indebiti, ut per totum, ff. & C. de cond. indeb. uel etiam propria authoritate, cũ inter patrem & filiumfamilias lis nulla esse debeat. l. lis nulla, ff. de Iudi. sicut enim una eademque persona. l. fina. C. de impuberum, l. in suis. ff. de lib. & posthum. & licet quod in diem certum debetur ante illum diem solutum non repetatur, tamen aliud est si sub conditione, uel in diem incertum deberetur l. stipulatio ista. §. inter certam, ff. de uerbo. obligatio. ergo cum legitima à patre filio non in diem certum, sed uel sub conditione, si pater prior decesserit, uel in diem incertũ debeat d. l. 1. §. si impuberi, cum concor. supra alleg. ff. de colla bonorum. supereſt, ut datum ante diẽ repeti possit, cum qui ante tempus soluit plus soluisse uideatur, sicq; repetere possit. §. plus, inst. de act. Ad l. cũ quo, de peculio. §. fina. ff. ad leg. Falci. resp. quòd & ibi posset repetere testator ab hærede quod ei quartæ nomine tradidit. si uelit. Idem posset facere pater intetmnis dicti §. illud. Idemq; fit in fortioribus terminis, in l. 1. ff. de cond. cau. data, quod in numeris probatur speciebus, & exemplis in l. uideamus, ff. de usuris, ergo si pater filiofamil. suo legitimã donauit, & tradidit ideo dicimus non ualere donationem, quia irreuocabiliter non ualet, cum sine dubio pater eam reuocare, & repetere possit. Quid è contra si filiusfam. patri suo causa mortis donauit, & sane † filiusfamilias non potest donare causa mortis patri ipso auctore gl & Bar. in l. 1. ff. de authori. tut. communis secundum Soci. post Imõ. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Treb. dicit communem Corne. consi. 204. lib. 1. Deci. consi. 245. col. 3. & consi. 279. col. 2. Iaſ. in l. Senium, col. fin. C. qui testa. fa.

16 *Donare causa mor. an filiusf. patri possit ipso au more ard. q.*

possi. dicit communem Bald. in pluribus consiliis quæ citat Tiraq. post ll. connubiales glo. 6. nu. 114. quia inter dantem & accipientem debet esse distinctio personarum, ut plene tradit Iaſ. per tex. ibi in l. 1. C. de seruis fugit. Idem Iaſ. post Bar. & alios in l. cum filio, col. 4. ff. de lega. 1.

Contrariam opinionem ut filiusfamilias possit donare patri se auctore dicunt communem Iaſ. col. 1. Ripa nume. 12. in l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad Trebel. tenent plures Relati, per Gual. de arte testandi tit. 1. caut. 1. nume. 4. ubi dicit primam opinionem esse communem plures relati per Tiraquel. ubi supra. dicit communem Benedict. in c. Raynutius, de testam. in uerbo mater insuper nume. 46. Facit pro prima parte, nam si mulier nequeat testari sine consensu consanguineorum, tunc ipsis non posse consensu & authoritate sua aliquid relinquere Bar. in l. 1. num. 6. ff. de autho. tut. sequuntur plures relati per Tiraquel. post leges connubiales glo. 3. nume. 112. & est communis opinio secundum Ripam in d. §. fuit quæsitum, colum. 2. ubi dicit communem Iaſ. colum. 1. & Deci. consi. 612. Gual. de arte testandi tit. 1. caut. 2. num. 4.

Adhuc tñ prior pars ut talis donatio ualeat & uerior, & æquior uidetur, omnia enim censentur permissa quæ non reperiuntur expressim prohibita. l. nec non, §. quod eis. ff. ex quib. cau. mai. l. sepulchro, statuas, C. de religio. sed q̃ filius ut reliquis de consensu patris ita & ipsi patri donare possit, nullibi satis dilucide reperitur prohibitum, ergo intelligendum est esse permissum, præsertim cum donationẽ causa mortis a filiofamilias factam tunc demũ ualere si patris consensus affuisset, ob ipsius patris utilitatem inductũ fuerit, ad quem aliter omnia bona filii morientis iure peculii iureq; patrio peruentura erant. l. si pater. ff. de castr. peculi. ergo id in patris lesionem conuerti esset, contra. l. quod fauore, ff. de legib. l legata inutiliter. ff. de lega. 1. Facit nam omnis prohibitio facta fauore alicuius de uoluntate & cõsensu ac dispensatione illius cessat & habetur pro infecta l. quoties ab omnibus, ubi multa per Iaſ. C. de fideicommiss. bonus tex. in l. non ideo minus, C. de procuratoribus, & & quisque potest renuntiare suo fauori. l. penul. ubi multa in simili per Iaſ. C. de pactis. sicq; &c. facit l. filiusfam. §. Dui. ff. de lega. 1. l. cum pater, §. rogo, & §. mando, ff. de lega. 2. in prin. inst. de mandato. l. Titio centum, in prin. ff. de condit. & demon. Ergo cum uerosimiliter nulla alia ratio reddi possit, quare filiusfamilias mortis causa consentiente patre donare possit (aliter autem non possit) nisi mera ipsius patris utilitas, eaq; causa pro expressa haberi debeat, argumento glo. not. in l. quanuis, C. de fideicomm. quam Iaſ. ibi multis ornatam reddit, consequens est quòd is patris consensus ipsiusmet fauore desideratus ei nocere non possit, sed potius prodesse, unde ut si eius consensus nulla unquã lege desideraretur, tunc filiusfamil. patri suo causa mortis non secus quam aliis imo facilius & iustius quam aliis donare posset, ita quoque & hoc casu eius consensu interueniente, non secus quam aliis imo facilius quam aliis donare causa mortis poterit, quinimo (ut nobis uidetur) patri cã mortis is filius familias donare inscio & ignoranti poterit, quasi consensus patris tunc demum exigi uideatur, cum alteri filius donatum uelit, non sic si ipsi patri. Nam solennitas quæ in actu fauore alicuius exigitur, si non interfuit actui qui tamen satis cessit in commodum illius, non infirmat actum. l. non eo minus, C. de procur. sic ergo & consensus patris ob eius utilitatem desideratus & si cesset non nocet quando ipsi patri fiebat donatio. Confirmatur per rationem expressam in d. l. non eo minus, dum ait minoribus enim ætas in damnis subuenire non in rebus prospere gestis obesse consueuit, quę ratio cum sit generalis & sit expressa in lege, habetur pro lege generali uere & nõ interpretatiue, & decisio loco exempli est glo. in auth. de hære. abin. §. fin. in uerb. ordine Bald. in l. fin. ff. de hær. inst. Idem in l. maximum uitium. C. de lib. præte. Alex. Corne. Iaſ. Cur. tius iunior. nume. 15. in l. humanitatis, per tex. ibi. C. de impub. Decius, & Purpuratus, in l. fina. per tex. ibi. C. de pact. Georgius nata. in c. quãuis, num. 32. de pact. lib. 6. ergo ibi habemus

habemus tex. generalem vt ſolennitatis omiſſio quæ fauore alicuius deliderat̃ non noceat ſi actus ceſſit in utilitatem illius,id q̃ in ſpecie tenent Aretinꝰ rub.ff.de lib.& poſthu.Decius in l.hac conſultiſſima.C.qui.teſt.fa. poſ. Idem in c.2.col.2.de teſtibus Abbas.in c.fin §. his autem, de off. de lega.Bar.in l.1.§.ſed ſi filius,ff.de lega.3.

17 *Decretũ an eſſet ubi pater filio author eſt ad alien.idum ard.q.*

Illud autem dubium eſt,† pater ut filio ſuo authoritatẽ & conſenſum ut mortis cauſa ſibi donet̃ prẽſtare poteſt, ut proxime diximus, an ita etiam ei poſſit authoritatẽ prẽſtare ad bona materna alienanda ſine iudicis decreto, & q̃ poſſit tenet Azo.in ſumma.C.de bon.quæ lib.nu.11.Bal.& Iaſ.in l.prẽſes.col.2.C.de tranſa.Bal.in l.fi.§. fin autem,C. de bon.quę libe.eſt communis ſecundum Deci.conſi.209. Hippoly.ſingul.498.Carol.Ruinus.conſil.101.num.2.lib.5. Caſten.in conſuet.Burgundiæ.§.6.nu.14

Contrarium ut pater non poſſit ſine decreto alienare tenet Salicetus.in d.l.prẽſes.ubi Iaſ. col. 2. Crotus in . l. frater a fratre.col.12.ff.de condi. indebi. Tiraq. in l.ſi unquam.num.29.C.de reuo. donat. in prin. ubi ait hanc opinionem communem per l.1.C. de bon. mater. & in l. cum emancipatis .C.de prẽd.minorum & in l.ſi pupillorum.§.ſi pater,ff.de rebus eorum.concorda tamen ut per Iaſ.in l.filius fam.§.Diui.col.fi.ubi Loazes.nume.32.ff.de leg.1. Sed in hoc egregio articulo tu conſidera patrem , quo caſu in bonis filii ſui habet uſumfructum, legitimam quoque bonorum adminiſtrationem habere ut fere per totum. C. de bon.mater.& in l.fin.fere per totam.C. de bon. quæ liberis , ſicque in eo concurrunt duæ qualitates , prima patriætatis (ut ita loquar) altera legitimæ adminiſtrationis , ſicque non bene ſequitur reliqui legitimi adminiſtratores non poſſunt alienare ſine decreto , ergo pater legitimus adminiſtrator ſimiliter non poterit,nam in patre adeſt altera qualitas patriætatis quæ in reliquis legitimis adminiſtratoribus non eſt,Præterea pro hac parte videtur tex. expreſſus in l.fin. ff. de rebus eorum , ubi pater conceſſit iuſſitq; prędium a curatoribus filii ſui alienari , & lex ait ualere alienationem etiam ſine decreto , hoc amplius lex ait eam alienationẽ ualere etiam ſi in teſtamento minus ſolenni id permiſſum aut iuſſum foret , quia ex minus ẽt ſolẽni teſtamento colligitur uoluntas defuncti ut ibi, & in leg. prima,& ſecunda,& l.ſi ueritas.C. de fideicommiſſ. l.in teſtamento.ff. de fideicommiſſ.liber. ergo ſi patris uoluntas etiam minus legitima uel minus legitime probata , hanc ad rem ſufficiens eſt , quanto magis quantoque facilis ubi eſſet certa , & indubitata prout eſt in ſpecie noſtra , & ita per illum text. tenebam de ſucceſſio. crea. lib.1. §.decimo,numero. 72. ampli. 15. Sed modo ſum in contraria opinione, neque text. ille quicquam facit , quia generale eſt in quolibet teſtatore etiam extraneo qui minoribus , quos hæredes inſtituit,uel legatis aut fideicommiſſis honorauit,potuit facultatem dare, uel eorum adminiſtratoribus , ut prædia a ſe eis relicta ſine decreto alienentur lege prima,& le. ſecunda. C. quando decreto opus non eſt,l.prima.§ 1.ff.de rebus eorum,facit.l.fin.C. de rebus alien. non alien. in re enim ſua quilibet eſt moderator & arbiter.l.in re mandata,C.mand. etiam abutẽdo tex. egregius in lege,ſed & ſi lege.§. conſuluit,ff.de petit. hæredita. ibi dum re ſua ſe abuti putant , lege non uſque , ff. ſi à paren. quis fuerit manu.le prima.§. penultim. in uerb. prodegit,ff. ſi quid in fraudem patron. merito ergo teſtator rebus ſuis quas minoribus conceſſit poteſt quam ei libuerit legem imponere , ſic procedit lex final. C. de legat. l. quoties, & fere per totum. C. de donation. quę ſub modo,ergo dicta leg.final. ff. de rebus eorum non in qualitate patriætatis nititur , ſed in ſola qualitate teſtatoria (ut ita loquar) & quòd qualitas patriætatis hanc ad rem non ſufficiat,habes text. expreſſum in l.ſi pupillorum . §. ſi pater . ff. de rebus eorum , & in lege tertia. C. de prædiis minorum ubi pater qui non erat filii ſui tutor , non potuit fundum filii eiuſdemque pupilli ſui ſine decreto alienare , ſicque etiam utraque qualitas & tutoria , & paterna ſimul non ſufficiunt,ut ſine decreto poſſit alienari fundus,qui ab ipſo patre ipſi filio conceſſus datusq; non fuerat, & licet illi iura uelis inielligere quãdo pater erat erga illum filium uſus beneficio emancipationis,replicabo quòd propter beneficium emancipationis, quod contulit in talem filium(beneficio enim afficitur filius , qui emancipatur,l.cum oportet.§.cum autem.C.de bono. quæ lib. l.1.in prin.ff.ſi à par.quis fue.ma.)plus liberiusq; ſibi liceret deberet bona filij ſui alienare ſine decreto,quam ſi nullum tale beneficium in filium contuliſſet. Neque ad rem pertinet,quòd illa iura loquantur quando pater uſum fructum non habebat in prædijs filij ſui,quę alienare ſine decreto uolebat:nos autem loquimur quando uſumfructum habebat,nam replicabo q̃ poteſtas alienandi ſine decreto anguſtior eſſe deberet,quando pater uſumfructum habet in prædio,quod alienare ſine decreto uult , quàm ſi uſumfructum non haberet, quia cum non habet uſumfructum ad alienandum non procedet , niſi ob ſolam filij ſui utilitatem ſolicitus : cum uero habet uſumfructum forte ad alias ſuas neceſſitates ſubleuandas uolet uendere commoditatem uſusfructus ad ſe pertinentis, ut pecuniam inde redactam in alios uſus conuertat,& denique is caſus & ſi nulla lege dilucide definitus eſſet , nullus negaret argumentum illinc ſumendum,ubi legum definitio uicinior,ac ſimilior eſt.l.non poſſunt l.neque leges.ff.de legibus l.quæritur.ff.de ſtatu hom.l.ſi Titio.ff.de uſufru.l.ad eo.§.præterea,ff.de acqui.rerum dominio.§.præterea.inſti.de rerum diui.Nec dubium eſt quin deciſio d.l.1.§.1.ff.de reb. eorũ. & d.l.3.C.de prædi.mino ſit uicinior , & ſimilior caſui noſtro,quam ulla alia,ergo ei accedere easq; imitari deberemus,& tandem pro nobis ſtat regula , nec exceptio bene probatur,& licet pater alijs in rebus reperiatur priuilegiatus,tamen hac in re non reperitur,ergo comprehenditur ſub regula:l.in fraudem,ad ſin.ubi Bal.ff.de mil.teſtam. Decius conſi.5.& in l.1.& in l.nemo poteſt.ff.de regul.iur. Tiraquel.de præſcr.§.1.gloſſ.11. Quinimo patri hac in re reperit per iura ſupra alleg.denegatum ullum priuilegium tantum abeſt,ut in ea priuilegiatus uideri poſſit.

18 *Legata, & fideic.an hodie conſeruẽtur rupto teſtam. ob filij uel poſthumi prætermiſſionẽ erroneam, ar dua quæſt.*

Inteſtatus† decedit paterfamilias,qui teſtamento ſuo filium in poteſtate præteritum reliquit l.1.ff.de iniuſto rup. l.inter cętera,& l.antepen.cum l.ſeq.ff.de lib. & poſthum. in princ.inſt.de exhære.libero.Idem ſi poſthumum præterijt,& poſtea poſthumus natus fuit,ut dd.ll.& l.poſthumorum,ff.de iniuſto rup.§.poſthumorum,inſt de exhær.libero.in prin.inſt.de hær.abinteſt. Id quod olim ex toto contingebat hodie autem ſolæ inſtitutiones,& ſubſtitutiones directæ uitiantur.legata fideicommiſſa,& cætera omnia teſtamento contenta firma permanent , auth.ex cauſa, & in corpore unde ſumitur.C.de lib.præteri.quod obtinet quãdo teſtator,uel filium,uel poſthumum præteritũ reliquit, quem ſe habere non ignorabat , quid autem ſi ignorabat adhuc ſub iudice lis eſt.ut per Dynum,& Bald.in l.filio pterite,ff.de iniuſto rup.Cynus,Petrus de Bella perti.Odofre.Iacob.Butrig.Bart.Bald.Alber.Sali.Angelus,Fulgoſius, Paul.Caſtr.Alexan.nume.14.Corneus,Iaſ.Cartius Iunior, nume.17.& nu.23.ubi plene per Ioan.Igneum in d.authẽ. ex cauſa,Andræas Tiraquel.in l.ſi unquam, C.de reuo.do. in uerb.donatione largitus,nume.211.Guliel.Benedi. in c. Raynutius,de teſtam.in uerb.in eodem teſtamento relinquens,nume.111.Fran.de Ripa,in l.fina.C.de reuo. donat. quæſt.21.& quæſt 19.Iacobinus de Sancto Georgio.nu.18. in d.authen ex cauſa,& rurſus in auth.non licet,nu.3.eod. tit.& tam in poſthumo ignoranter prætcrito, quàm etiam in filio ignoranter,aut errore prętcrito,nam uariant Doctores,(alij tenentes utroq; caſu procedere d. authen. ex cauſa,alij affirmantes utroq; caſu d.auth.ceſſare,alij contendentes differentia eſſe inter filium errore prætcritum , & poſthumũ)ut uix appareat utra pars receptior ſit. Nos in hac ſumus ſententia,ut ſi filium quem mortuum putabã prætcrii,aut eum me genuiſſe ignorabam (quòd forte mater,uel alius eum occultauerat) tunc teſtamentum etiam quoad legata,fideicommiſſa,& reliqua omnia infirmetur, ceſſetq; d.authen. ex cauſa , quia cum ſit correctoria iuris antiqui,

antiqui,ut in l.Titia.l.mater decedens,in fin.ff.de inofficio. teſtamento potius coangustanda,quàm porrigenda eſt, ca. cum expediat,de electio.lib.6.l.ſi quando,in princip.C.de inofficio.teſtamento.Et ſatis ſuperq; eſſe debet ſi ut regulariter olim legata,& fideicommiſſa infirmabantur.d.l. Titia,d.l.mater, ita hodie regulariter ſuſtineantur per d. authen.quę quidem ut patet,& colligitur,ac ſignificatur, in corpore unde ſumitur facta fuit ad titulum de inofficio.teſtamento hac in parte corrigendum, non ad alios titulos euertendos, aut ad alias leges delendas. Nec dubium eſt teſtatoribus errantibus diuerſimode ſubueniendum eſſe, & per diuerſas leges,& titulos,quam eiſdem ſcienter, & mala mente liberos exhæredantibus, uel prætercuntibus. l.ſicut certi.l.ſi cum uel in utero, C.de teſtamen.mili.l.Titius,in princip.ff.de liber.& poſthum.l.multi.ff.eod.titu.l. filijs matrem, C. de inofficio. teſtamen. & quando parens ſcienter & mala mente filium iniquè prætericit quaſi in odium teſtatoris teſtamentum euertitur.l.1.2.3.& l.4.l.mater decedens.l.Titia.ff.de iniuſt.rup.& quia Iuſtinianus illud odium certis in caſibus porrexit,in authen. ut cum de app.cogno.§.aliud quoque,ideo tale odium ilico leniuit, & moderauit in§. & hæc quidem de parentum,& in dicta authenti.ex cauſa,quia odia ſunt reſtringenda.cap. odia,de regu.iur.lib.6.l.cum quidam.ff.de liber.& poſthu.ſed quando ob fauorē ipſius teſtatoris teſtamentū reſcinditur(quale eſt cum per errorem filium prætericit) tunc ipſi teſtatori utilius eſſe dico etiam quoad legata & fideicommiſſa teſtamētum infirmari,ne fiat contra eius uoluntatem,ſi filius parte bonorum paternorum careat,non forte cariturus ſi teſtator eum ſuperſtitem ſciret,ut in ſimili ait.l.uerbis ciuilibus,ff.de uulg.Ergo,ut data ſcientia teſtatoris quo minore ex parte reſciſio teſtamenti ſit, eo magis ſubuenitur teſtatori,ita & dato eius errore quo magis ex integro teſtamen.infirmatur, eo magis teſtatori ſubueniri intelligendum eſt, facit etiam l.fina.ff.de hæredib. inſtitue.l.ſi iure, ff.delega.3.facit quia quando teſtamentum ex defectu uoluntatis, etiam in minima parte deficit, non ſubſtinetur etiam inter liberos,l.ſi quis cum teſtamentum,ff.de teſta. dixi,de ſucceſſ.crea.lib.2.§.21.nume.45. ergo quod Iuſtinianus,in dicta authenti.ex cauſa fauore teſtantis induxit non eſt in eorum odium conuertendum,contra l.quod fauore.ff.de legibus.l.legata inutiliter, ff. delega.1.l. legata inutiliter,ff.de adi.lega. Quid autem in poſthumo? & quidem ſi teſtator nondum erat uxoratus, non poteſt uideri mala mente poſthumum prætericiſſe, ſicque ſubueniendum ei eſſet, ut in ſimili,in l.ſi unquam.C.de reuoc.donatio.Vnde eadem ratione dicerem teſtamentum ex toto infirmari, quòd ſi is teſtator iam tempore teſtamenti uxorem habebat,ſi mala mente poſthumum prætericit, quia ſciebat uxorem prægnantem eſſe, diuerſum eſſe uidetur, quàm ſi,uel prægnans nó eſſet,uel ipſe id ignoraret,quod
19 dic,ut per Doct.ubi ſupra.

Intell.nouus ad c. raimutius de teſt.

Denique † cum ut diximus inteſtatus decedat, qui filium ſa ni.filiamve prætericit, quæro in terminis. c. Raymutius, de teſtament. an ſit ſupplenda, & ſubintelligenda illius filiæ inſtitutio quandoquidēm de ea ibi non apparet? & ſupplendam eſſe firmat gloſſ. ibi, & tenet ibi Guilielmus Benedictus, in uerbo. eodem teſtamento relinquens,nume.10.& nume.20. & eſt communis opinio, ſecundum Philippum Francum ibi,columna prima, & ſecundum Alexand.conſilio 70. columna tertia lib.2. Iaſo. numer.30.in authenti. nouiſſima, C.de inoffi. teſtamen.

Contrariam tamen partem, ut ſupplenda non ſit filiæ hæredis inſtitutio quaſi eius inſtitutio iure canonico neceſſaria non ſit, ait eſſe communem opinionem Benedictus, ubi ſupra,id quod uerior eſſe puto noua ratione, quia teſtamentum de iure canonico intelligo eſſe in forme minimeque egere ea ſolennitate, ut teſtatoris liberi inſtituantur, non magis, quam egeat reliquorum ſolennium,ſicq; intelligo iure canonico ualere teſtamentu,ſine ulla hæredum inſtitutione, ut plene egimus de ſucc.crea. lib.3.§.21.in princip.

DE SVCCESSIONE COGNATORVM.

1 *COGNATI qui dicantur.*
2 *Cognatatorum ex capite plures ueniunt.*
3 *Succeſsio ab inteſtato uſque ad quos gradus porrigatur.*
4 *Gradus quid ſit.*
5 *Gradus cognationis ad quid inſpiciatur.*
6 *Statutum ſororem à fratris ſucceſsione excludens non conuertitur, ardua quaeſtio.*
7 *Statutum fœminas a marium ſucceſsione excludens an ſit fauorabile,ardua q.*
8 *Statuta odioſa quando recipiant interpretationem extenſiuam not. quaeſtio.*
9 *Statutum excludens fœminas dotatas a ſucceſsione,non intelligitur de materna.*
10 *Subſtitutio tacita quando inducatur,ard.q.*
11 *Succedere ut debeant pater & mater filio inteſtato,ard.q.*
12 *Naturali filio ut pater ſuccedat uel contra.*
13 *Filij fratrum an in capita ſuccedant abinteſtato,ard.q.*

OSTAGATOS & eos qui agnatorum loco ſunt admittuntur cognati, † & cognati ſunt qui per fœminam iunguntur inſtit. de ſucceſſione cogno. §. eos,& inſt.de Senatus conſult. Tertul. in pri.l. Iuriſconſult.§. 1. uerſ. qui autem per fœminas, ff. de gradibus. Cognati dicuntur quaſi cōe naſcendi initium habuerint ut l.1. ſecundo reſp.ff. unde cog.l.non facile,§. cognati,ff. de gradibus. Poſt pſonas ſupra enumeratas ad ſucceſſionem inteſtatorum cognati admittuntur ēt iure regio l.5.&.6.tit.13.par.6.& in princ.inſt. de ſucc.cogna.& per totum.ff.unde cognati. 1 *Cognati qui dicantur.*

Ratio dubitandi, quia cognati non ſunt cogniti de iure ciuili,inſt.de Senatuſconſul.Tertull.in princip.l.1.in princ. l.hac parte, in princip.ff. unde cognati l.Iuriſconſultus. in prin.ff.de gradibus.Facit.§.emancipati,inſt. de hered. quæ ab inte.

Ratio decidendi, quia prætor ſola naturali æquitate & cognatione inſpecta &c.l.1.ff.unde cognati in prin.ibi, nudam prętorum indulgentiam.l.2.in prin.ibi,naturali æquitate,& inſt.de ſucceſ.cogna. in prin.ibi,naturalis cognatio. Ratio ſecunda ut d.l.2.in pri.ibi,quos ſanguinis tó uocat.

Primò † intellige in filiis qui ſunt tantum cognati poſt emancip.tionem,ut.§. emancipati, inſt. de ſucceſſ. cogna. præſertim ſi tempore mortis illius de cuius hæreditate agi tur erant in aliena familia,§.admonendi,inſt. de here.quæ ab inte.&.§.liberi quoq;,inſt.de ſucc.cog. 2 *Cognatatorū ex capite plures ueniunt.*

Secundò intellige in nepotibus & deinceps per fœminam deſcendentibus l.nepotibus,C.unde legitimi.Iaſ. nume.10.in l.unica.C.quando non pet. part. & l.Modeſtinus, ff.unde cognati.

Tertiò intellige in agnatis capite diminutis. l. 1. in fine unde legit.ff.l.legitimis.ff.unde cogn.

Quartò,in cognatis uero ſanguine coniunctis l. hac parte,in princ ibi,quos ſanguinis ratio uocat ad hæreditatem. ff.unde cog.& inſt.de ſucceſſ.cogn.in princip.ibi, naturalis cognatio.

Quintò idem in cognatis per adoptionem.l.1.§. cognationem,ff.vnd. cogna.l. non facile,§. cognationis, de gradibus. ff.

Sextò in cognatis etiam capite diminutis l. capitis diminutione,ff.unde cogna.à contrario ſenſu.§.fin.inſt. de leg. agna.ſucceſsio.§.quod autem,inſt.de capit.diminutio.

Septimò in cognatis etiam naſcituris l.1.§. ſi quis proximior,&.l.inteſtata,ff.unde cogna.

Octauò in cognatis qui ſunt apud hoſtes l. 1. §. ſi quis apud hoſtes,ff.eod.tit.

Nonò in cognatis uulgo queſitis inſt.de ſucceſs. cogn. §.uulgo,& l.Modeſtinus,ff.eod.tit.und.cogna.

Decimò

Decimò in ſpuriis.l.ſi ſpurijs,eod.tit.ff.

Et liberi uulgo quæſiti poſſunt ſuccedere tã matri quã cognatis maternis.§.nouiſſime,de S.C.Orfici.inſt. &.§. licet.inſt.de Senatuſcoſ.Tertulli.l.1.§. ſed & uulgo,ff.ad Tertulli.& inſt.de ſucc.cogna. §. uulgo.intellige in ſucceſsione ab inteſtato ut ibi.

Secundo intellige in ſucceſsione ex teſtamento arg. l.iubemus,& l.humanitatis.C.de naturalib.l.legem, eod.ti.expreſsius in aũt.licet,eod.ti. & in auth. quib. mod.nat.effici ſui.§.ſi uero filios,&.§.ſi.& l.6.Taur. & l 1.tit.5. part.4.l.5. &6.tit.19.part.4.intellige in duab.uncijs hodie et ex toto.

Secundo ut l.conficiuntur,de iure codicill.ff.

Tertiò in ſucceſsione contra teſtamentum ſecundum quoſdam,quod eſt falſum ut per gl.in l.1.in prin.ff.de contratab.pro qua facit l.iubemus, ibi, ſi uoluerint,l. humanitatis,ibi,ſi pater uoluerit.C.de natur. lib.

Quartò intellige in ſpurio l. ſi ſpurius,ff. unde cognati. eſt autem ſpurius ut l.1.tit.15.par.4.

Aliud in inceſtuoſis,auth.ex complexu.C.de inceſt.nup. & in auth.quib.mod.nat.eff.ſui.§. fin.

Idem in alimentis ut tenet glo.in l.fin.C.de alendis lib. text. in authen.licet de nat. lib. C. nam de legitimis liberis non eſt dubium. l. ſi competenti.l.fin.C. de alendis lib.l. ſi quis a liberis.§.fin.ff. eodem. Etiam ſi liberi ſint ſui iuris ut ibidem.§.ſed utrum,ſed & hæredes tenentur in caſu ut ibidem.§.item reſcriptum. Fallit quando filius habet unde ſe alat.ut ibidem.§. ſed ſi filius, Idem ſi ſcit artificiũ unde ſe alat.ibid.§.deniq;. Idem ſi fuit patri ingratus l.fin. C.de alendis lib.d.l. ſi quis a liberis.§.idẽ iudex. Fallit qñ non conſtabat ꝙ eſſet de liberis ibid.§.ſi uel parens l.3.C. eod.Fallit in inceſtuoſis & nefariis d.aut.ex complexu.hodie ſecus,ut ibidem per glo.& Bar.ſed & parentibus. debebitur l.1 & 2.C.de alẽd.lib.d.l.ſi quis a liberis,in pri. &.§. parẽs,ſed & a matre debent alimenta.§.ergo & matrẽ,ibid.

Agnati †ſuccedunt abinteſtato uſq; ad decimum gradũ, cognati regulariter uſq; ad ſextum; & aliqñ uſq; ad ſeptimum.§.ſi.inſt.de ſucc.cognato. Dic.ergo hac in re ꝙ inter deſcendentes & aſcendentes ultro citroq; in infinitum datur ius ſuccedendi abinteſtato arg.l. nec non,ff. ex quibus cau.maio.iuncta l. Imperatores.ff. de indiem addict. facit. §.ſi.de ſucceſ.cognato.inſt. ſed agnatis uſq; ad decimũ gradum ut.dd.ll.intellige etiam de iure prætorio ut ibid. & l. octaui. unde cogn.ff. ratio quia æquiparantur ius prætorium & ciuile in ſucceſsionibus.ff.de gradibus l.iuriſcõſultus. in princ. Item quia ubi datur ſucceſsio ciuilis ſemper datur prætoria.l.1,ff. ut ex legibus Senatusve conſult. &c. cognatis autem uſque ad gradum ſeptimum ut. d.§.fin. Secundo ut l.non facile, in prin.ff. de gradibus, & intelligo ꝙ rerum natura ideo ultra eum gradum conſiſtere non patitur quia alias impedirentur nuptiæ,ſicq; hominum propagatio tñ inter uirum & uxorem, non eſt numerus.in ſucceſsione libertorum eſt in quinto gradu, at non intelligas inter ſe ſed reſpectu patronorũ.inſt.de ſucc.liber.§.multis.

3 Succeſsio ab inteſtato uſque ad quos gradus porrigatur.

In ſucceſsione ſeruili inter ſe ad ſimilitudinem ingenuorum l.iuriſconſultus.§.1.uerſ.non parcimus.ff. de gradibus iuncto.prin.illius legis, ergo.idem fortius in ſucceſsione libertorum inter ſe.

In ſucceſsione in feudis dic ꝙ extenditur uſque ad ſeptimum regulariter.c.1.de ſucceſsio. feudi c.1.§. hoc autẽ ſciendum, qui feud. dare poſ. fallit.&c. ut per Couarru.in tract.de ſucc.abinteſta.num.12.

In ſucceſs militis qui capitaliter damnatus fuit ex delicto militari uſque ad quintum gradum ut l.2. de ueterano. & militum ſucceſsio.ff.Habes ergo uſq; ad quot gradus extendatur ſucceſsio inter deſcendentes.Secũdo inter agnatos. Tertio inter cognatos. Quarto inter uirum & uxorẽ. Quinto in libertis reſpectu patronorum. Sexto in ſeruili cogna.Septimo in cognatione libertorũ inter ſe. Octauo feudorũ ſucceſs Nono in ſucceſ. neteranorum & militum.

4 Gradus quid ſit.

Et † gradus dicitur ad ſimilitudinem ſcalarum.l. iuriſcõſultus.§.gradus,ff. de gradibus.

Et cognatio dicitur quaſi uere initiũ naſcendi,l.1. reſp. 1.ff.unde cogn.l.non facile.§. 1,ff. de gradibus, cognatio miſq; nomen naturale eſt,l.iuris conſultus.§. 1. uerſic.alterum,de gradibus.ff.& nomen cognationis eſt duplex l.non facile.§.cognationis ſub antia, de gradibus.ff.inter cognatione,& agnationem hoc intereſt,ꝙ quicũq; eſt agnatus is & cognatus eſt.non è contra l.pen.ff.unde legiti.l.iuriſcõſultus.§.inter agnatos.ff.de gradibus.

5 Gradus cognationis ad quid inſtituatur.

Graduum†cognationis notitia eſt effectus multiplicis, primo,ut intelligatur ad quem pertinet hæreditas illius, de cuius ſucceſsione agitur d.l.iuriſconſultus in uerb. hæreditates.pertinet enim hæreditas ad proximum cognatũ, l.1.§.proximus,ff.unde cogn.§.proximus.inſtit.de legiti. agnat.ſucceſſio.l.2.§.hæreditas.ff.de ſuis & legiti.

Secundo idem in bonoram poſſeſſion. quæ ex proximioribus deferuntur d.l.iuriſconſultus.d.l. 1. §. proximus, ff.unde cognati.

Tertio propter tutelas,ff.de tuto.iuriſconſultus,in prin. facit l.quo tutela,de reg.iur.ff.in prin.inſt. de legiti.patro. tute.& in prin.deleg.pare.tute.inſt.

Quarto propter nuptias l.non facile.§.1.ff.de gradibus l.nuptiæ.2.ff.de ritu nupt §. ergo non omnes inſt. de nupt. & utrobiq; gloſ.ait,ꝙ & ſi hodie Adam uiueret nubere nõ poſſet l.& nihil.ff.de ritu nup.

Quinto propter teſtium depoſitiones l.lege Iulia. ff.de teſtibus d.l.iuriſconſultus,§.præterea.

6 Statutum ſororem à fratris ſucceſſione excludẽs non conuertitur. ard.q.

Iuxta ſuperiora ſciendum eſt,ꝙ ſtatutum excludens ſororem à ſucceſſione fratris inueitati non cenſetur excludere fratrẽ à ſucceſſione ſororis,Bal.in l.lege duodecim tab. nume.4.C.de legit.hæred.Alex.in §.ſacram.num.5. ubi Iaſ. nu.26.uerſi.Tertia concluſio.in l. inter ſtipulantem, ff. de uerb.oblig.communis eſt ſecundum Iaſ.in rubri.ff. de acquir.poſſ.nu.21.ubi Hormanotius.nu. 27.lect.1.& in lect. 2.nume.12.Etenim ſtatutum illud, ut pote correctorium etiam ex maioritate rationis non deberet extendi, ut eſt communis opinio,de qua per Iaſ.in authẽ.quas actiones, nume.19.C.de ſacroſan.eccle.& in l.de quibus,nu.14.ff.de legib.& in l.quanuis.C de fideicom.

Contrariã opinionem tenet Socin.in d.rubr.de acquir. poſſeſſ.nume.12.ubi Hormano. nume.30.& ibi Ripa.nu.7. qui ſentit.hanc eſſe cõmunem opinionem,ſed ſuperior opinio,ut receptior,ita & tutior eſſe uidetur,per rationem ſuperiorem,& quia quod non mutatur quare ſtare prohibebitur contra l.ſancimus.C.de teſtamen.& quia quando caſus qui ſe offert ueroſimiliter à ſtatuentibus per obliuionem prætermiſſus fuit,tunc tolerabile eſt arguere, de ſimilibus ad ſimilia,quo magis ſtatuentium ueroſimilis uoluntas obſeruerur,argu.gloſſ.communiter approbatę in l. tale pactum §.fina.ff. de pact.tex.memorabilis in l.3. C. de inoff.teſtamen.l.1.in fin.princi.ff.ad Treb.& hoc pleniſſime ſignificauit iureconſultus dum in l.non poſſunt,& in l. neque leges,ff.de legibus ſcripſit,tunc demum ad cæterarum legum ſimilia recurrendum & arguendum ad earum imaginem,quando ea res,de qua agebatur nulla lege deciſa inueniebatur,tunc(inquit)legibus non omnia comprehẽdi poſſunt.ſunt enim plura negocia,quam uocabula, ut in l.4.ff.de præſcr.uerb.quæ ratio quæq; neceſſitas,ac penuria legum ceſſat in ſpecie propoſita, cum frater ad ſucceſsionem ſororis lege uetere inuitetur ergo,&c.Id quod non obſcure probatur in l.maximum uitium.C.de lib.præteri.ubi lex quæ permittebat fœminas poſſe inter cæteros exhæredari,poſſeq; à patre.certa portione eis relicta præteriri,non ilico porrecta fuit ad earum fratres, quinimo etiam ſi iure uetere fuiſſent(quod non firmo)æquiparatę maſculis, adhuc.l.noua in eis loquens ad fratres non eſſet extendenda,in quibus,ut patet non eadem ratio eſt,ut oſtendimus. Et cum ſtatuentes ueroſimillimum ſit de fratribus non fuiſſe oblitos,apparet ꝙ eos à ſucceſsione ſororum non uoluerunt excludere. nam ſi uoluiſſent dixiſſent.§.ſin autem ad deficientis.C.de cad.toll. uide tamen Gerardũ dePetra Sancta ſing.7.nu.14.ergo ius agnationis, hoc caſu in ſororibus tantum non etiam in fratribus ſublatum uidebitur.

Denique

7 *Statutum feminas a marium ſucceſſione excludens an ſit fauorabile, ardua q.*

Deniq; † ſtatutum quod maſculis ſtantibus fœminas a ſucceſſione excludit, omni ex parte eſt fauorabile, iſta eſt communis opinio quam tenent non pauci, quos refert & ſequitur Decius hanc partem receptam eſſe affirmans in l. venia, nu. 5. ff. de in ius uocando & rurſus nu. 8. cum ſeq. Contrarium tamen ut & ſi ex parte maſculorũ fauorabile ſit, ex parte tñ fœminarum ſit odioſum tenet Curtius Iunior in d. l. uenia, num. 16. cum ſeq. ubi terq; quaterq; hanc partem receptiorem appellat.

Et quidem in hanc poſteriorem partem procliuior ſum per l. maximũ uitium. C. de lib. præt. ubi ſimiles differẽtias quę fiunt inter maſculos & fœminas damnat Iuſtinianus, & non ſolũ uitioſas eas appellat, ſed ẽt maximo uitio plena eſſe & teſtatur & deteſtatur, quinimo ipſius naturæ & ſic iuris naturalis accuſatores nũcupat eos qui tales uarietates odio plenas inducunt, ergo talia ſtatuta ex parte fœminarũ non ſolũ odioſa uerum odioſiſſima quoq; iure uideri debent, præſertim cũ equalitas cũ inter oẽs iuxta. l. illud. l. illã. C. de collati. tũ maxime inter fratres & ſorores & optetur & laudetur. l. cũ oportet in pri. C. de bo. quæ lib. Ergo tale ſtatutum utpote odioſum, extenſionem aut interpretationem extenſiuam recipere non debet, ex regula generali q̃ habet, ſtatuta iuris cóis derogatoria preſertim ſi odioſa aliqua ex parte ſint, nõ recipere talem interpretationẽ, ut tenet Bal. in d. l. in maximũ uitium, col. 4. per l. 1. §. hunc igitur. C. de Iuſti. codice confir. Idẽ Bal. in c. cũ non liceat, col. 2. de preſc. at Decius conſi. 445. & Romanus in l. ſi quis priore, ff. ad Treb. in contrarium inclinant & alii quos refert Tiraquel. de morte par. 2. decl 2. num. 2.

8 *Statuta odioſa quando recipiant interpretationẽ extenſiuam quæſtio.*

9 *Statutum excludens fœminas dotatas a ſucceſſione, non intelligitur de materna.*

Adde tñ q̃ ſi ſtatutum diceret q̃ ſtantibus maſculis deſcendentibus fœminę dotatæ non ſuccederent, tunc non excludit filiam a ſucceſſione matris uel auiæ maternæ, nã cũ officium dotandi non pertineat ad matrem neq; ad aſcẽdentes per lineam maternam, ſed tñ ad patrem & ad aſcẽdentes per lineam paternam. l. mater. C. de iure dotiũ iuncta. l. fi. C. de dotis promi. certe eo ipſo q̃ ait fœminas dotatas non ſuccedere, intelligitur de dotatis ab iis qui dotãdi neceſſitatem habent, ita tenent Cumanus conſi. 207. Iaſ. in l. 4 §. prætor ait, col 3. ff. de in ius uoc. Gerardus de Petra ſancta ſingulari. 7. nu. 3. Bal. in l. 1. C. de legi. hęred. Iaſ. qui alios allegat in l. qm̃ nouella, C. de inof. teſtam. & licet ex ui ſermonis comprehenſiua negari non poſſit quin ẽt hæreditas matris & lineæ maternę in tali ſtatuto contineret, quia uerba ſtatuti indefinita equipollet uniuerſali ſecundum communem opinio. Decij, Cagnoli & aliorum in le. prima. ff. de regulis iur. per doct. præſertim Iaſ. & Alexan. & alios in l. 1. & 2. ff. de libe. & poſth. tamen adhuc placet ea interpretatio ſtatuti reſtrictiua, quia pia eſt & ſtatutum odioſum.

10 *Subſtitutio tacita quando inducatur, ard. q.*

In ſumma † inteſtatus moriturus poteſt legare & fideicommittere ab iis quos ſibi inteſtato ſucceſſuros eſſe intelligit l. 1. §. fi. ff. de lega. 3. l. non iuſtam. C. ad Trebel. §. pe. inſt. de codi. l. conficiuntur, ff. eo. t. l. ſi fundũ per fideicommiſſum. §. ſicuti, cum duabus legib. ſeq. l. ab exheredati. ff. de leg. 1. Id quod facere poterit non ſolũ expreſſim ſed ẽt tacite, nam ſi ſciebam Titium eſſe meũ proximiorẽ ſucceſſorẽ in codicilliſq; dixi ut ſi ille ſine liberis decederet Mæuio hæreditatem meam reſtitueret, ſin aũt cum liberis moreretur, tunc liberi ipſius eam hæreditatem eidem Męuio uel forte alteri reſtituerẽt, tũc ipſi liberi & ſi inſpecta facie uerborum in conditione tantum poſiti uideantur, tñ inſpecta mente defuncti & legis interpretatione etiam in diſpoſitione appoſiti intelliguntur, quaſi duo gradus fuerint ſubſtitutionis fideicommiſſarię eo caſu quo primo nominatus cum liberis decederet, primus gradus quo ipſe liberis ſuis reſtituere tenetur, alter quo ipſi liberi Mæuio reſtituere debent; ita probat in ſimili. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de lega. 2. Id quod in directa diſpoſitione aliquantulum difficilius admittendum uidetur. nam ſi dixi Titium inſtituo, & ſi is cum liberis deceſſerit, eos eandem hereditatem reſtituere iubeo aut rogo, tunc & ſi adhuc Bartol. in l. Centurio, cum quo communis opinio eſt ſecundum Iaſ. ibi. num. 56. ff. de uulga. tenuerit patrem uideri oneratum, ut liberis eam hæreditatem reſtituat. ipſiq; liberi, ut eam Mæuio reddant, tamen ipſemet Iaſ. ubi ſupra. cõtra Bar. tenet & contra Bar. eſt receptior opinio, ſecundum Alexan. conſi. 179. lib. 2. ſed prior opinio (iudice me) uerior eſt per d. §. Seia libertis, qui nobis uidetur ſatis expreſſus pro hac parte, & quia inter hunc caſum, & ſuperiorem nõ uideo ullam efficacem differentiæ rationem, & quia iuxta hanc interpretationem diſpoſitio ſuſtinebitur, quæ alias periret, nec nouum eſt ab omnibus ferè iuris regulis recedi, ut diſpoſitio præſertim in ultimis uoluntatibus ſuſtineatur. l. pater Seuerinam. §. conditionum uerba. ff. de condi. & dem. l. hæredes mei. §. cũ ita, ff. ad Treb. l. ſi quando, in princi. cum gloſſ. C. de inoffi. teſtamen. ubi pleniſſime hanc regulam ornauimus. Nec ad rem pertinet quòd regulariter poſiti in conditione non uideantur poſiti in diſpoſitione etiam ſi ſint liberi, ut tenet glo. communiter ibi approbata in l. Lucius. ff. de here. inſtit. per l. ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus, ff. de hære. inſti l. ſi quis ſub conditione dãdorum decem, ff. ſi quis omi. ca. te. ta. nam id procedit quando per hanc interpretationẽ nulla teſtatoris diſpoſitio inutilis manet, diuerſum eſt ſi inutilis maneret, nam tunc non ſolum poſitus in conditione tantum, ſed etiam is, qui neq; in conditione, neq; in diſpoſitione poſitus eſſet uideretur ſubſtitutus, ut in d. §. Seia libertis.

11 *Succedere uideant pater & mater filio inteſtato, ard. q.*

Denique † in ſucceſſione filij inteſtati, pater & aſcendentes per lineam paternam ſuccedũ in bonis, quæ filius, ille quæſiuit à patre, ſed mater, & alij aſcendentes per lineam maternam quærunt bona illa quę filius queſierat à matre, uel aſcendentibus per lineam maternam. Bartol. per tex. ibi in l. quod ſcitis, C. de bo. quę libet. Idem in authen. itaq;. C. commu. de ſucceſſio. & in l. poſt dotem. nu. 36. ff. ſoluto matrimonio. Idem conſi. 18. & conſi. 116. Alex. conſil. 150. lib. 2. Romanus conſi. 40. Abbas conſi. 75. lib. 1. Alexan. & Iaſ. in d. l. poſt dotem, Bal. nouellus in tract. de dote par. 12. quæſt. 14. Benedictus in c. Raynucius in uerb. & uxorẽ, nu. 136. de teſtamẽ. Caſſaneus in conſu. Burg. ub. 7. §. 6. nn. 7. & eſt communis opinio, ſm Alex. in d. conſi. 150. Rube. conſi. 79. Bologni. in addi. ad Corn. conſi. 47. col. 2. lib. 1. Oldendorpius de ſucceſſio. ab inteſt. quod inſertum eſt in interpret. legis duode. tabularum, tit. 6. quęſt. 13. l. 10. tit. 6. li. 3. fori, & hęc pars, ut nobis uidetur eſt ex uera mente d. l. quod ſcitis, q̃ ex uera ſententia, d. l. 10. ſed in eo duntaxat quæſtio relicta eſt, an poſteriore iure id immutatum fuerit, id quod & ſic.

Contrariam partẽ, ut pater, & mater filio inteſtato ſuccedant æqualiter nulla habita differentia bonorũ, quę ex parte patris, aut ex parte matris proueniunt probat auth. defuncto. C. ad Tertulli. & Bal. & Salicet. ibi, hanc partẽ dicit communem Bal. conſi. 31. lib. 2. Corneus in d. authen. defuncto, & in d. l. quod ſcitis. Corn. conſi. 265. lib. 4. & cõſ. 94. lib. 1. & conſi. 7. lib. 3. Benedictus de Benedi. inter conſi. Corneı conſi. 6. lib. 3. ubi ait hanc eſſe communem. Nicol. de Vbaldis de ſucceſ. ab inteſt. par. 2. cõcluſione 3. Bologn. d. conſi. 69. Cuma. conſi. 122. & iure regni per l. 4. tit. 13. par. eſt res expedita l. 6. Tauri. ubi Pal. Ranui. & alij niſi ſm cũ ubi ꝓbatum fuerit q̃ lex fori ſeruat, & ita etiã tenent Cinus in authen. itaq;. C. commu. de ſucc. & Ioan. Faber in §. fi. inſt. de ſeruili cogn & Michael de Cifuentes in l. 10. Taurino conuento lata. nu. 11. qui ita tenere Doct. affirmat. & hęc pars hodie tenenda eſt non ſolum iure regio, ſed etiã iure cói, quidquid uelint oẽs illi quos pro priore parte retulimus, quę uel eo potiſſimum amplectenda eſt, q̃ in l. 1. §. ſi heres. ff. ad Treb. ſtat prudentiſſimũ iuriſconſulti conſilium ſuadẽtis, ut in rebus agendis eã partẽ ſequamur quæ dirimit multas queſtiones, nec dubium eſt quin ita fiat in ſpecie ꝓpoſita, ſi hereditas inter patrẽ & matrẽ ex equo diuidatur, nam ſi bona quæ filius communis reliquit unde nam originem traxiſſent probandum eſſet, nimis moleſtum eſſet, & contentionum uacuum eſſe non poſſet, non enim hic agitur de una, aut altera re, ſed de uniuerſis, & ſingulis rebus, ac fortunis illius filij, ut ſic cu-

inſque rei originem inſpicere, computare & probare non poſſet, non eſſe longum & moleſtum, & falſitatibus obnoxium, & huiuſmodi moleſtias non leuis, ſed magni ponderis, & conſiderationis eſſe iureconſultus ſcripſit in l. quia poterat. ff. ad Trebel. l. quæ ſub conditione, in princip. ff. de
12 conditio. inſtit.

Naturali filio ut pater ſuccedat uel contra.

Hactenus quando pater eſſet legitimus † quòd ſi eſſet naturalis tantum, tunc an & quēadmodum filio ſuccedat naturali, tradunt plene Præpoſitus in c. cum haberet, de eo, qui duxit in matri. quam poluit per adulterium, Cinus in d. authen. itaque Bald. in l. fina. C. de nat. liberis. Bart. in l. ſi gener, colum. 1. ff. quibus ut indignis, Faber in §. repetitis, colum. 2. inſt. de ſeruili cognatio. Abbas in c. tanta, qui filij ſint legitimi, qua in re illud memorabile eſt q̄ in quibus caſibus, & quem ad modum, & menſuram, filius naturalis tantum ſuccedit patri, in ijſdem pater naturalis tantum ſuccedit filio, & ad eundem modum, & menſuram, ut eſt communis opinio quam tenent Barto. & Bald. ubi ſupra Abbas in d. c. tanta, Præpoſitus in d. c. cum haberet, & Cifuen. ubi ſupra. nume. 9. qui poſt Bald. & Paul. Caſtren. in l. penulti. C. de legiti. hæredibus ait eam partem bonorum quorum capax non eſt pater naturalis tantum, cum agitur de ſucceſſione filij, aut filius naturalis cum agitur de ſucceſſione patris, ad eius cuius de ſucceſſione agitur proximiores agnatos, uel cognatos pertinere, arg. l. ſancimus. C. de teſtamen. iuncto §. nullam uero, in authen. de hæred. abin.

Quod autem diximus matrem, & patrem filio communi pariter ſuccedere limitatur, ut non procedat in matre ad ſecundas nuptias tranſeunte, quod tamen quia huic propoſito non conuenit, dic ut per Cifuen. in d. l. 6. plures ampli.
13 & 16. limitationes.

Filiaſtrorum an in capita ſuccedant ab inteſt. ard. q.

Filij † fratrum ad patrui hæreditatem ab inteſtato defuncti admittuntur in ſtirpem, & non in capita, iſta eſt cōmunis opinio, ſecūdum Fabrum in §. cæterum, inſt. de legi. agnatorum ſucceſſ. Imol. in l. interdum, in princi. ff. de hæred. inſti. Fulgo. conſi. 12. Matheſilla. de ſucceſsio. ab inteſtato. in 3. artic. princ. uerſic. 2. dubitatur, & uerſic. quando autem ſuccedunt, & utrobiqne Bologninus, in addi. ad eū, qui hanc dicit opinionem communem, quod & firmat Nicola. de Vbal. de ſucceſsio. ab inteſta. par. 3. colum. 1. uerſic. ſed circa hoc, dicunt communem opinionem Paul. Fulgo. & Corne. in authen. ceſſante, C. de legti. hæred. Imol. & Cardi. in clementina plures, de iure patro. Bald. in §. hoc etiā, inſt. de legi. agnatorum ſucceſsione, ubi Platea & Porcius, hanc dicit communem Alexand. conſilio 29. lib. 5. colū. 1. & conſilio 55. lib. 4. nume. 4. Guido Papa deciſione 134. Decius, in l. nepoti, in princip. C. unde legitimi, eſt communis, ſecundum Ruin. conſi. 8. in fine lib. 1. Bertran. in l. hac edicali, uerſic. quam obſeruationem, nume. 4. C. de ſecun. nupt. & conſi. 97. lib. 1. & conſi. 110. eod. lib. & conſi. 125. li. 3. Idē Bertran. conſi. 2. lib. 4. Rocus de Curte de iure patron. in parte ipſe. uel ipſa, quæſt. 2. Curti. Iuni. in tractatu feudorū fol. 3. uerſic. 4. circa iſtam materiam. Pariſius conſi. 25. ſecundę par. repreſentatio enim, & ſucceſsio plurium nepotum in locum patris ſui, quę olim cum agebatur de ſucceſſione aſcendentis porrecta fuit ad trāſuerſorum quoſdam, iuxta authen. ceſſante ſupra alle. iuncto §. cum filius, inſt. de hęre. ab inteſt. uidetur, ut ad hunc quoq; caſum extenſit.

Contrariam partem, imo quòd ſuccedant in capita, & non in ſtirpes tenet & dicit communem Angel. Aretin. in §. cum filius, inſt. de hær. ab inteſt. Cazi. ſingu. reſpon. lib. 1. c. 7. Fortu. in l. Gallus, §. idē credendū, ff. de lib. & poſthum. Caſi. in feudis par. 8. Ferra. Inſt. de her. quę ab inteſt. uerſi. nō in capita, Iacobus Spiege. lexicō iuris uerbo in capita. tutiorq; eſt opinio hęc quia olim cum agebatur de ſucceſſione aui nepotes ex filio præmortuo per modum repreſentationis contra regulas iuris, quę proximiores ad inteſtatorū ſucceſsiones inuitabant, §. 1. inſt. de her. quæ ab. & §. 1. inſt. de leg. agn. ſucceſſ. permiſſi fuerunt quaſi ex gratia, & diſpenſatione concurrere cum filio defuncti cuius de ſucceſsione agebatur, quiq̄ erant in proximiore gradu dict. §. cum filius, inſt. de hær. quæ ab inteſta. cum ſimilibus, quod ius quæq̄ diſpenſatio & permiſſio porrecta poſtea fuit etiam ad tranſuerſorum ſucceſſiones in uno duntaxat gradu, nempe cum agebatur de ſucceſſione illius qui inteſtatus deceſſerat, relictis uno fratre & ex altero fratre præmortuo plures nepotes, qui patris præmortui perſonam repreſentantes in eam portionem ſuccedunt, quam ille ſi uiueret habiturus erat. d. auth. ceſſante, cum ſimi. hæc diſpenſatio ulterius nulla lege porrecta ſatis dilucide reperitur, ergo relinquimur in hac qua de agimus ſpecie in terminis iuris antiqui & communis, qui in teſtatorum ſucceſſiones regulariter in capite non in ſtirpes deferebat, ut. dd. iuribus, nam caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris antiqui. l. commodiſſime, ff. de libe. & poſthum. Item caſus exceptiuus firmat regulam in contrarium. l. nam quod liquidæ. §. fina. ff. de penu. lega. Sed unus caſus duntaxat tranſuerſorum reperitur a lege exceptus, ergo in reliquis, & ſic in eo de quo agimus, non ſolum firma ſed etiam firmior remanet regula, quod enim non mutatur quare ſtare prohibetur contra l. ſancimus, C. de teſtamentis. aut cur a certa & tuta legis ueteris definitione deuiare properamus ut ad incertas & periculoſas coniecturas tranſuolemus, præſertim in legibus innouandis, quod ſemper odioſum habitum fuit. l. ſi quando, in princip. C. de inoffic. teſtamento præſertim cum regulis iuris tenaciter adhærere iubeamur ut in le. prima notatur per Doctores præſertim per Decium colum. ſecunda, cum ſequen. ff. de regulis iuris. l. in fraudem, in fin. ubi optimus text. ff. de milita. teſtamento, ubi per Bald. & per Andræam Tiraquellum de præſcript. §. 1. queſtione vndecima ad finem. Decius in l. ex teſtamento. C. unde liberi Alciatus libro quarto paradoxorum. cap. decimo. (reliqua circa ſucceſſiones fratrum dixi infra ſuper lect. legis fratres. C. de inoffic. teſtamento remiſſiue) pro hac noſtra ſententia facit quia tunc demum ad legum ſimilia decurrere permiſſum eſt, cum caſus qui ſe offert nulla lege generali comprehenſus reperitur, ſicq; ueluti neceſſitate & legum penuria cogente ad ſimilia recurrimus lege non poſſunt. l. neque leges. ff. de legibus, ſed ſpecies noſtra lege ueteri deciſa reperitur, ergo non eſt cur ad ſimilia cademq; parum tuta tranſuolemus.

COMMVNIA DE SVCCESSIONIBVS AB INTESTATO.

1 *SVCCESSIO inteſtati datur proximiori.*
2 *Intell. l. qui ſe patris, C. unde liberi.*
3 *Suus eſt nepos in poteſtate retentus ex filio emancipato.*
4 *Hæreditas adita eſt proprium patrimonium adeuntis.*
5 *Adeundi ius indiuiduum.*
6 *Tranſmittitur hæreditas iure ſuitatis*
7 *Tranſmittitur hæreditas iure ſanguinis.*
8 *Succeſsio eſt de capite ſuorum in caput agnatorum.*
9 *Succeſsio eſt inter agnatos de gradu in gradum.*
10 *Patronus admittitur liberti filio repudiante.*
11 *Hæredis nudum nomen non nocet ſequentibus.*
12 *Abſtinente filio ſequens defuncto dicitur ſuccedere immediate.*
13 *Accreſcendi ius non impeditur per acquiſitionem quae iure tantum ſuitatis contigit.*
14 *Abſtinendi beneficium an ſit iuris ciuilis an praetorij.*
15 *Abſtinendi licentia ſi detur a ſtatuto filius abſtinens deſinit ipſo in re eſſe haeres.*
16 *Succeſſorium edictum an ſit inter ſuos uel inter agnatos.*
17 *Intellectus l. defunctis, C. de legi. haere.*
18 *Duo in ſolidum ſunt haeredes de iure ciuili, ſed non cum effectu.*
19 *Intellectus l. qui ſe patris, C. unde liberi.*
20 *Tranſmiſſum non acquiritur repudianti.*
21 *Tranſmiſſa haereditas nec iure ciuili nec praetorio quaeritur. repudianti tranſmittentis haereditatem.*

22 *Tranſ-*

22 *Transmissio an cesset fauore descendentium defuncti.*
23 *Filius uiuo patre dicitur dominus.*
24 *Abstinere potest filius de iure tantum prætorio.*
25 *Accrescere an possit quod non omni iure uacat.*
26 *Intellectus.§. placeba, misti. de legitt. agnato. successio.*
27 *Intellectus l. de functis, C. de leg. hære.*
28 *Nepos ex filio superstite non admittitur ad successionem aui intestati, si filius post auum decesit.*
29 *Limi. quando filius & nepos erant emancipati.*
30 *Emancipatus hodie succedit de iure ciuili ab intestato.*
31 *Successorium edictum est de capite suorum ad caput agnatorum.*
32 *Hæreditas esse desinit post additionem.*
33 *Transmissio fieri potest ad extraneum & si superstit filius transmittentis, contra Bal.*
34 *Filius non est hæres necessarius de iure diuino.*
35 *Statutum quod filius possit abstinere, non tollit suitatem nisi demum post abstensionem.*
36 *Petrus per statutum succedere desinit esse suus.*
37 *Statutum ut filius possit abstinere facit ut nepos auo in testamento suus esse possit & si a patre tempore mortis aui præcederetur, contra Alex.*
38 *Hæreditas quæsita de iure ciuili potest in alium migrare de iure ciuili.*
39 *Successorium edictum hodie etiam datur in suis.*
40 *Transmissio iure sanguinis conceditur descendentibus licet ueniat ex capite transuersorum.*
41 *Trãsmissio iure sanguinis datur etiam in successione prætoria cum commun.*
42 *Succedere non potest qui tempore mortis defuncti intestati concepius non erat.*
43 *Bonorum possessio an sit necessaria in terminis. l. qui se patris. C. unde liberi.*
44 *Intellectus l. qui se patris. C. unde liberi.*
45 *Contra Bal. & alios.*

1 *Successio intestati datur proximori.*

POSTQVAM de simplicibus legitimarum successionum speciebus egimus, nunc de mistis seu communibus ut agamus par est.

† Hæreditas pertinet ad proximiorẽ. §. repetitis, inst. de seru. cog. Amp. ut. §. si plures, inst. de leg. agn. successio. Amplia ut in l. 1. §. si quis proximior, unde cogna. ff. l. Titius, cũ duabus seq. de suis & legiti. ff. Amplia ut. ff. unde cogna. l. 1. §. pen. & fin. Quarto amplia ut ibid. §. fin. & proximior in capite prefertur proximiori in gradu. d. §. repetitis. §. a motis, inst. de seru. cogna. & inst. de legi. agnato. successio. in prin. & l. 1. §. post suos, & l. 2. in prin. ff. de suis & leg. hære. Ratio omnes qui sunt sub eodem capite inspecta legis censura; ueluti una sola persona reputantur, argum. §. hoc ita, tam uarie, de ead. toll. C. l. plane, 1. de leg. 1. in prin. ff. ergo &c.

Amplia ut in l. 2. in prin. ff. unde legi. l. 1. §. sed uidendum. unde cogn. ff.

Itẽ primo intellige in suis ut. §. 1. inst. de hær. que ab intesta. Secundo in emancipatis. §. emãcipati, &. §. minus. eo. tit. facit. §. emancipatos, inst. de exhær. libero. §. eadem, inst. de hær. quæ ab intest. Tertio in adoptatis. §. 1. versi. nec interest, eod. tit. Quarto in legitimatis. §. quib. eod. titu. & in authen. quibus mod. nat. effi. sui. §. si quis igitur. &. §. liceat igitur, & in. §. fina. inst. it. de nupt. c. tanta, qui filii sint legitimi.

Iusta superiorem materiam successionum ab intestato est princeps tex. in l. qui se patris. C. unde lib. ri, ubi fuse per Doctores, cuius tex. materiam quia est summopere difficilis & commodius, & plenius eandem legem interpretãdo agemus & eius litera ita habet.

Qui se patris post auum intestatum defuncti negat hæredem: mortui aui paterni suscipere facultates non potest, maxime emancipatus; nisi per bonorum possessionem ad huiusmodi beneficium peruenerit.

Ad huius legis commodiorem interpretationem sunt ad memoriam reducenda ea omnia quæ supra diximus circa materiam edicti successorij, & quæ diximus supra lib. proximo ad finem sub titu. de bono. poss. contra tabu. dum differuimus, an successorũ edictum, haberet locum in iure dicendi nullum, & in bono. possess. contra tab. & in querela inofficiosi testamenti.

2 *Intell. l. qui se patris, C. unde liberi.*

His igitur præmissis text. in hac l. hoc d. in summa. Qui repudiat hæreditatem patris, non potest habere hæreditatem aui, in fide iure prætorio, secundum Bartol. uel sic. Nepos cuius pater erat in medio tẽpore mortis aui hæreditatem pater nam repudians, non succedit auo de iure ciuili, sed beneficio prætoris. Hæc duo summaria in effectu nõ diff runt si aduertis, et idẽ in effectu dicit Paul. Vel aliter ommissis summarijs aliorum summa sic, Pater in potestate aui abinteſtato ꝓmortui, qui obstat nepoti de iure ciuili propter prioritatem gradus, & suitatem non obstat nepoti de iure prætorio, ita summat ibid. Iaso. 4. charta 2. colum. ad finem, sed ego dico, quòd hęc summa colligitur ex uerbis Bald. ibid. 3. colum. in prin. 2. notabi. ubi Bal. dicit not ꝙ pater qui obstat nepoti de iure ciuili, non obstat ei de iure prætorio, &c. Verum est quòd Iaſ. addit propter prioritatem gradus, & c. Hoc præmisso pone casum, ut ibid. mirabiliter per Iaſ. 4. charta. 2. colum. quasi per totum.

3 *Suus est nepos in potestate retentus ex filio emancipato.*

Modo ꝙ declaratione tex. expone tex. hoc modo ibi. patris, †scilicet in potestate aui constituti alias si esset emancipatus nõ obstaret nepoti, imo nepos tunc esset suus, qa pater emancipatus non esset sibi impedimento cum esset incognitus hoc iure, inst. de exhæ. libero. §. emancipatos, inst. de hære. quæ abintesta. §. emancipati, ergo nepos tanquam suus succederet abintestato de iure ciuili, inst. de hę red. qual. & diff. §. sui, inst. de hære. que abint. §. 1. & §. ita demum, & sic nõ haberet locum hæc lex, qui sẽp tris, & hoc uult etiam ibid. glo. magna, si autem uterque esset emancipatus esset hęc lex de indubitabili, quia utrique esset incognitus. Item si pater esset in potestate nepos emancipatus eodem modo non haberet dubium, quia nepos tanquam incognitus non admitteretur de iure ciuili, ut ibid. in uers. maxime, debet ergo poni, quòd uterque erat in potestate, & tunc nepos non admittitur, quia alius, ideſt pater, eum precedebat tempore mortis, & occupauit suitatem, sed cũ hæc suitas non consideretur de iure prætorio, ergo sibi non obstat quo minus de iure prætorio auo succedat, ut ibid. in tex.

Ibi, post auum, ideo dicit, quòd si moreretur filius ante auum ille nepos fuisset in primo gradu auo, cum alius eum non precederet tempore mortis aui, & sic esset suus hæres, & sic de iure ciuili succederet auo.

Ibi, intestatum, ideo dicit, quòd si auus testamentum fecisset, nepos posset succedere de iure ciuili dato quòd pater eum præcederet in gradu, ut in duobus casibus, de quibus ibid. in glo. magna post princi.

Ibi, non potest, scilicet de iure ciuili.

Ibi per bonorum possessionem, scilicet unde liberi, ut conueniat titulo, cui est supposita illa lex, & est hoc indubitatum, & ita etiam dicit ibid. Paul. in positione casus, & ibid. Iaſ. 4. charta. 2. colum. post medium, & hęc sufficiant, quo ad literalem expositionem, tex. in illam legem summe difficilem.

Modo noto ex ista l. quòd nepos, qui repudiat hæreditatem patris non potest habere hęreditatem aui de iure ciuili, sed de iure prętorio secus, rationes huis colliguntur ibid. in gloſſ. magna in secunda parte, & ibid. per Iaſ. in positione casus. 4. charta. 2. colum. †Modo contra istum text. & sic pro ratione dubitandi, oppono, & uidetur quòd hæc lex non possit procedere, nam si filius adiuit hęreditatem sui patris, & sic aui, iam est effectum unicum patrimonium adeuntis, & tunc non posset procedere hęc lex, quia nepos non posset acceptare hæreditatem aui quin haberet hæreditatem patris, ex quo iam est unum patrimoniũ. l. sed etsi plures §. filiã. ff. de uulga & pupilla. subst. & is tam ratione uult hæc gl. magna circa medium. Item quia

4 *Hæreditas adita est patrium patrimo. adeuntis*

poſt quam filius adiuit non dicitur amplius hereditas aui, ſed filij adeuntis gloſſ.in l.hæres quandoq;,ff.de acqui.he re.& l.1.§.uetere,,ff.de acqui.poſſ.tex.melior de iure inſt. qui manu.non poſſ.§.1.& ſimilis inſt.de hære.quali. & diffe.§.1.gloſſ.notabil.ubi plene per omnes maxime per Iaſ. in l.eius,qui in prouintia,§.fin.ff.ſi cert.pet.Cum ergo nõ dicitur hæreditas aui,ergo non poteſt nepos aliquo modo habere hæreditatem aui,cuius contrarium hic dicitur Imo quòd illam poteſt habere iure prætorio, ergo contra prædicta.Præterea cum iſtæ hæreditates ſint cõmixtæ, ergo impoſſibilis eſt earum ſeparatio. Imo qui uult adire, aut debet in totum agnoſcere ,aut in totum reſpuere,†qa eius adeundi eſt quid indiuiduum, text.eſt in l.1.&.2.ff.de acqui.hæredi.& in l.quidam elogio. C.de iur.delibe. ergo nullo modo potuit habere hereditatem aui,non ergo poteſt hęc lex procedere iſto caſu,ſ.quãdo filius medius adi uit hæreditatem aui rationibus,de quibus ſupra.Si autem iſte filius non adiuit, nec ſe abſtinuit hæreditate aui , ed mortuus eſt deliberans,uidetur quòd etiam iſto caſu non procedat hęc lex,imo quòd tunc nepos poſſit habere hæreditatem aui etiam de iure ciuili,& ſic contra iſtum text. in prima parte quod ſic probatur,ille filius fuit ſuus,& neceſſarius auo,ut patet,& illa exiſtentia,uel ſuitas non fuit ſublata,nec in aliquo eneruata cum filius non obſtauerit , ergo uidetur,quòd hæreditatem patris ſui,& ſic aui tranſmiſit ad filiũ ſuum,ideſt nepotem,uel ratione ſuitatis perpetuo,nam cum tunc poſſet tranſmittere ad quoſcunque etiam extraneos ſecundum cõmunem opinionem, de qua in l.ſi infanti.C.de iure deliber.& in l.apud hoſtes. C. de ſuis & legi.libe.& in l.ex militari, cum ſimi. ff. de teſtam. mili.ergo à fortiori ad filium ſuũ,ideſt nepotem.†Itempotuit tranſmittere beneficio ſanguinis ad deſcendentes ex ſe per l.1.C.de his,qui ante aper.tabu.ergo ad iſtum nepotem,in quo concurrit ſuitas,& beneficium ſanguinis,cum ergo tranſmittitur modis,de quibus ſupra, ergo nepos admittitur ad hæreditatem aui de iure ciuili, nec eſt ſibi neceſſaria bonorum poſſeſſio,cuius contrarium hic dicitur, ergo,&c.non ergo poteſt hæc lex intelligi , hoc ſecundo caſu,ſcilicet quando filius medius mortuus eſt , & deliberans.Si autem intelligis, quòd in hac lege ille filius repudiauit hæreditatem patris ſui,ideſt aui,uidetur q̃ etiã iſto caſu nullo modo poſſit procedere hæc lex.Imo q̃ tunc nepos admittatur ad hereditatem aui etiam de iure ciuili,q̃d̃ probatur per ſequentia.Primo lege cauetur†quòd quando quis decedit relicto filio & matre,& filius,qui eſt ſuus, & neceſſarius repudiat,uel abſtinet ab hereditate patris,q̃d̃ tunc admittitur mater,quæ eſt proximior per Orſicianũ, & hoc ne uanum nomen heredis abſtinentis ſequentibus noceat,tex.eſt ſingula.in l.2.§.ſed & ſi ſint ſui ff.ad Tertulia.Si ergo ibi excluſo ſuo hærede admittitur mater ad hereditatem filij,quæ eſt cognata, ergo à fortiori in caſu noſtro excluſo filio debet admitti nepos,qui eſt deſcendẽs & agnatus,ergo male dicit hæc lex , quòd ſolum de iure prætorio.

Secundo†pro hac patte facit tex.nota in l.1.§.ſi quis adita.ff.ad Tertullia.ubi eſt tex.expreſſus q̃ ſi filius adita matris hæreditate reſtitutus ſit in integrum quãuis p hoc non deſinat eſſe hęres.l.& ſi ſine §.quod Papinianus, cum ibi notatis.ff.de minori.inſt.de bono poſſ.§.quos poſſum, tamen nihilominus admittitur ſequens agnatus de iure ciuili.ergo à fortiori in propoſito ubi filius nunquam fuit heres actualiter,ſed ſolum per legem , & poſtea repudiauit,& ſic ſint exiſtentia ſui heredis eliſa per abſtenſionem debet admitti nepos, qui eſt in poteſtate & proximior in gradu,cuius contrarium hic dicitur ergo,&c.

Tertio pro hoc facit tex.in lege ſiue libertus.§.final.ff. de iur.patro.ubi eſt tex.quòd†quando filius liberti hęres inſtitutus à patre repudiat bona patris.q̃tũ admittitur patronus,ſi ergo ibi repudiante filio liberti,& ſic ſuo admittitur patronus,ergo à fortiori in ꝓpoſito debet admitti nepos. Itẽ ꝓbatur alio modo ex eadem lege , nã quemadmodum uiuente filio non debetur hæreditas nepoti. inſt.de hære. quali. & diffe. §. ſui,& de hære.quę ab inteſta.§.ita demũ, cum concordan. †eodem modo uiuẽte filio,libertus nihil debet patrono, inſt. de ſucceſs.libe. §. ſed noſtra. notatur in.l.1.C.de bono.poſſe.contra ta. lib. Si ergo excluſo filio liberti admittitur patronus.d.l.ſiue.§. fi. ergo eodem modo excluſo filio debet admitti nepos,cuius contrarium dicit.l.noſtra.Ad idem pro hoc tex.melior in l. & ſi ex modica.§.ſi filius.ff.de bonis liber.ubi tex. dicit idem quod tex. ſiue.§.fina.ſupra allegatus, & tex. ibi melius declarat dicẽs quòd quanuis filius liberti repudians remaneat hæres nomine, non tamen propter hoc debet eſſe impedimento patrono, ergo ſic in propoſito q̃ filius qui repudiauit quanuis remaneat hæres nomine ut infra dicam,non debeat nocere nepoti,cuius contrarium hic dicitur.

Quarto pro iſta parte facit tex. in l. 1. §. quidam filium. ff.de bono. poſſeſſ. contra tab. ubi filius qui non ſucceſſit quia exhæredatus uel mortuus, uel deportatus non nocet nepoti ſequenti. Cum ergo in l. nſra filius repudiauerit & inſuper ſit mortuus, ergo a fortiori non debet nocere nepoti , & ſi dicatur contra , quia ſuccedat uel non nihil ad propoſitum.l.filiusfamilias.§.cum quis.ff.de leg.1. ſolue ut per Bar.in d.§.quidam filium, ulti. col.5.q. & in propoſito uide quod dixit Bar. ſingula in d. l. 2. §. & ſi ſint ſui. ff. ad Tertull.

Quinto,pro hoc facit & hic non uidetur cadere reſpõſum,nam ſi pater repudiat hæreditatem aui, dato q̃ de iure ciuili eſſet ſuus hęres , tamen ſi repudiaſſet & poſtea eſt mortuus,ut in l.noſtra, quo modo uanum nomen ſui hæredis habeat nocere nepoti , quominus nepos etiam de iure ciuili admittatur per tex.ad literam in dicta l. 2. §. &ſi ſint ſui.ff.ad Tertullia.& tex.l.ex ſi modica.§. ſi filius.ff. de bon. liber.† etiam pro hoc allego.Bal.in l.1.prima col.C.de his qui ante aper. tabul.ubi Bal. dicit q̃ in filio abſtento nullæ remanent reliquiæ iuris ciuilis efficaces ad hæredis exiſtẽtiam , præſertim ſi ſuus poſt abſtenſionem mortuus eſt. & ſic nullum ſubiectum exiſtentiæ eſt in rerum natura, unde quanquam fuerit retro eſſentia , tamen tunc non eſt,& ſic directo ſucceditur defuncto per poſteriores ut ibi dicit Bal. & ad hoc uide etiam. Iaſo.in.l.noſtra tertia charta circa finem.

Sexto pro hac parte facit,†nam quando filius in poteſtate repudiat quanuis propter ſuitatem remaneat hæres de iure ciuili, tamen illud uanum nomen hæredis nõ impedit ius accreſcendi,ut notabiliter per Iaſ.in l.1.C.quando non peten.par.3.charta.2.3.col. ſicut ergo in filio ſuo repudiante uel aliter excluſo habet locum ius accreſcendi non obſtante ſuitate , ergo ita debet habere locum ſucceſſorium edictum eo maxime,quia hic non ſolum repudiauit, ſed ẽt poſtea mortuus,eſt & hoc uidetur fortiter facere.

Septimo ultra alios pro hoc adduco†beneficium abſtinendi quod datur filiis competit ſibi etiam de iure ciuili prout tenuit Bal.in l.1.C.quan.non peten.part. & in l.1. 1. col.C.de his qui ante aper.tabu.& in l.ſi paterna.C. de his quæ in fraud. credi. ubi dicit de hoc eſſe tex. ab alio non ponderatum in l.ſi.uer.ſi uero poſtquam in uer.ex præſentis legis authoritate &c.C.de iur. de liber. Idem tenet Salice.in l.apud hoſtes.C.de ſuis & legi.liber.de quo pleniſſime per Iaſo.in d.l.1.C. quando non peten. par. penultima, charta prima.3.colum.per totam,ſi ergo eſt de iure ciuili, ergo abſtinendo deſinit filius eſſe hæres in totum etiam quo ad nomen,quia ius ciuile bene poteſt facere ut qui femel fuit hæres deſinet eſſe hęres in totum; ut notatur in l.in ſubſtitutione.ff.de uulga.& pupilla.ſubſti. cum concordan.†ergo non debet eſſe impedimento nepoti quo minus admittatur , quia habetur perinde poſt abſtenſionem ac ſi nunquam fuiſſet in rerum natura , præſertim cum hic etiã ſit mortuus ut in tex. & ſupra dictum eſt. Item quia non preſtat impedimentum quod de iure nõ ſortitur effectum ut in regula iuris,ſed hic non ſortitur etiam quo ad nomẽ ut modo dixi, & pro iſto fundamento addo optime facere illud quod ſingulariter tenet hic Bal.pen. col.ad finem, & ſequitur hic Paul.5.col.ad ſi.ſcilicet q̃ ſi ſtatutum diſponat quòd

5 *Adeũdi ius indiuiduũ*

6 *Tranſmittitur hereditas iure ſuitatis.*

7 *Tranſmittitur hereditas iure ſanguinis.*

8 *Succeſsio eſt de capite ſuo rum in caput agnatorum.*

9 *Succeſsio eſt inter agnatos de gradu in gradũ*

10 *Patronus admittitur liberti filio repudiante.*

11 *Hæredis nudum nomen non nocet ſequentibus.*

12 *Abſtinente filio ſequens defuncto dicitur ſuccedere immediate.*

13 *Accreſcendi ius non impeditur per ea quæſtionem quæ iure tantum ſui tati. cõtigit.*

14 *Abſtinendi beneficiũ eſt iuris ciuilis an prætorij.*

15 *Abſtinendi licentia ſi detur a Statuto filius abſtinens deſinit ipſo iure eſſe hæres.*

quòd filius possit hæreditatem sui patris repudiare, ℣ si repudiauit, ℣ tunc nepos poterit eam habere etiam de iure ciuili ex forma statuti, ratio quia tũc definit esse hęres etiam nomine proprio propter licentiam datam à statuto, quod est de iure ciuili, & potest facere quem desinere esse hæredem, ut notatur in d.l.in substitutione, & sic propter statutum poterit etiam ex capite liberorum succedere, & efficitur suus & necessarius hæres, quia sibi non obstat filius postquam definit esse hęres nomine, debet enim statutum aliquid operari, ut etiam tollat nomen radicatum in persona filij, alias nihil operaretur, cum etiam de iure communi per prætorem possit abstinere tamen definit esse hæres nomine l.1.§.qui sunt in potestate.ff.si quis, omni.cau. testam.cum simili, & sic cum nepos sit tunc suus transmittit ad quoscunque etiam non aditam, & sic uidetur ℣ lex ista nõ possit procedere de ueritate tamen huius dicti.Bal. & Paul. infra subiiciam.

16 *Succ. edicti an sit inter suos, uel inter agnatos.*

Octauo pro ista parte facit tex.uulgatus institut. de legi.agna.succe.§.placebat, ubi est statutum hodie † ℣ inter agnatos sit locus successorio edicto, si ergo inter agnatos quare non in proposito nostro, scilicet inter filium, & nepotem, præsertim ut suprà dixi, cum hic filius nedum repudiauerit sed etiam sit mortuus, & sic uidetur ℣ nepos admittatur ex edicto successorio, & sic de iure ciuili maximè cum secundum opinionem glossarum etiam inter suos sit locus successorio edicto, ut tenet glo.magna in fine, & glo. in rub.C.de succ.edict.& glo.in l.1.§.sciendum.C.de suis & legit.hæred. male ergo dicit hæc lex nepotem non admitti de iure ciuili, sed tantum de iure prætorio.

17 *Intell. de fusibus, C. de leg. hær.*

Nono. † Contra istum intellectum facit tex.in quo pendent leges, & prophetæ in l.defunctis.C.de legit.hęred.qui tex. secundum Bal.hic 4.col.in fi.est de propria bursâ domini. Bar.ubi est tex. formalis ℣ defunctis suis hęredibus abstinentibus, uel repudiantibus, uocatur sequens de iure ciuili agnationis iure, ergo si ut agnatus uenit, clarum est ℣ uenit per l.12. tabularum quæ considerat ius agnationis, & illam l.adducit etiam hic Bal.4.col in fi.in uersi.4. oppono. Et pondera ℣ ille optimus tex.seruit in duobus. Et primo seruit, ℣ existente suo, tamen sequentes agnati admittuntur de iure ciuili. Secundo & notabilius seruit in

18 *Duo in solidũ sunt hæredes de iure ciuili, sed non cum effectu.*

alio, nam ibi est tex. quòd † duo de iure ciuili sunt hæredes simul, suus ratione suitatis, & agnatus, iure agnationis, uel additionis, & sic suitas nõ impedit agnatos de iure ciuili succedere, & ita ponderat illum text. hic Iason.7.charta.2. col.in fi.& dicit hic Paul.de Cast.4.col.in princ. ℣ illa lex fuit de propria farina Bar. & quòd ante eum nullus perpendit de ea, ergo ibi est tex. quòd quando filius repudiat, uel abstinet admittitur sequens de iure ciuili, & sic contra istam legem quæ dicit, ℣ de iure prætorio.

Decimo contra hoc facit tex. notabilis in l. ex contractu.ff.de re iudi.ubi omisso casu est text.quòd licet ius accrescendi cesset adita hæreditate, hoc est uerum, nisi ille qui adimit restituatur in integrum, uel abstineat, nam tunc admittitur coheres, ibi ergo est tex. ℣ si ille qui admittitur de iure ciuili pura institutus si repudiat, facit locum sequenti per ius accrescendi, & sic etiam per ius ciuile, ergo sic in proposito, quòd filius exclusus qui admittebatur de iure ciuili facit locum sequenti ẽt de iure ciuili, & sic contra istã legẽ, & pondero ℣ illa lex ex cõtractu loquitur in pupilla cõuenta ex cõtractu paterno, & sic erat sua hæres, & tamen nihilominus est locus sequenti, & ille tex. est melior de iure ad illud, secundum Bart.ibi, ergo &c. Ex prædictis ergo & similibus uidetur, dicendum quòd hæc lex non possit procedere, nam non procedit quando pater adimit, non etiam quando mortuus est deliberans, nec etiam quando repudiauit, ut modo latè probaui, ergo nullo casu procedit. Quare dicendum est, quòd primo casu, scilicet quando pater adimit hæreditatem aui, ista lex nullo modo potest procedere, quia cum sint omnia bona commixta per aditionem, ergo impossibilis est eorũ separatio nec de iure ciuili, nec de iure prętorio, cuius contrarium hic dicitur, & hoc omnes tenent: & uide hic Bal. secundum opinionem quand. & hic etiam per Iaſ.3. charta. 3.col.in fin.cum princip.sequenti, facit, l.1.2. cum concord. ff.de acquir hæred.

Dicas ergo † quòd hæc lex potest procedere secundo casu, scilicet quando pater mortuus est deliberans hęreditate aui non adita nec repudiata, quo casu nepos non admittitur de iure ciuili, ut hic, nec tanq̃ suus, quia alius eum præcedebat tempore mortis, nec tanquam agnatus, quia in eis nõ erat locus successorio, quid non curat de suitate, nec facit differentiam inter agnatos & cognatos, & iste est uerus casus huius legis, & ℣ hoc sit uerum probatur, quia hæc lex loquitur in dubio, sed in dubio nemo præsumitur iactare, & sic repudiare hęreditatem, l.cum indebito.§.1.ff.de probation.c.illud, de præsumptio.cum simi. Imò in dubio potius presumitur fatuitas quam liberalitas, ut inquit Bald.in l. generaliter, C.de non numera.pecu. Secũdo quia repudiatio est quid facti ut patet, facta non præsumuntur nisi probentur, l.in bello.§.factæ.ff.de capti. ergo non præsumitur repudiatio, & ad hunc intellectum uide hic Bal.secundum quand.opinionem uersi.ego in scholis in discursu, &c.& hic clarius per Iaſ.3.charta.4.col.per totum cum prin.sequentis, & idem uult hic Cyn.in secunda opinione post Iacob. de Are.& hic etiam per Iaſo.6.charta, prima colum.

19 *Intell. l. qui se patris, unde liberi. C.*

Restat respondendum ad id quod supra dixi, scilicet, ℣ cum filius sit suus nec se abstinuit, ergo uidetur ℣ ad nepotem trãsmisserit hęreditatem aui uigore iuris deliberandi per l.cum antiquioribus, de iure deliberan. Item ratione suitatis per notata plenius in l.si infanti, eod.tit. Item beneficio sanguinis per l.primã. C.de his qui ante aper.tabu.cũ omnes qualitates necessariæ in hoc nepote concurrant. Si ergo iure transmissionis admittatur, ergo de iure ciuili, & sic contra istum text Pro solutione dicendũ est, quòd uerbum negat, in tex.positum tollit contrarium, non quando nepos non negat se hæredem patris, tunc uerum est quòd hæreditas aui simul cum paterna sibi acquiritur, paterna iure propriæ successionis, auita iure trãsmissionis, ut supra est dictum, & sic intelliguntur contraria, sed cũ in l.nostra iste nepos negauerit se hęredem patris, ergo illam non potest habere ut est notum, nec etiam auitam uigore trãsmissionis, † quia in eum qui repudiat non potest fieri transmissio, ut est tex.in l.1.C.de his qui añ aper.tab.in uer si tñ hæreditatẽ nõ recusant, &c.& sic nec tanq̃ suus, nec tanq̃ agnatus, ut supra probaui, nec etiam uigore transmissionis, ratione de qua modo dixi, ergo non superest sibi remediũ, de iure ciuili: admittitur ergo tantum de iure prætorio, & sic uerbum negat, importauit misterium iuris, & per illud soluitur contrarium, & ad istam solutionem uide hic Iaſo. 4 charta.in prin. Et dicit hic Cyn. secunda opposi. post Iacobum, de Are. ℣ aliter non poterit defendi ista lex per omnes doctores mundi quotquot sunt usque Parisius, pro ut etiam reperio hic relatum per Iaſo. secunda charta.1. colum. licet ipse uel alius non declaret eo modo quo dixi.

20 *Trãsmissũ non acquiritur repudiãti.*

Sed aduerte, quia contra istam solutionem obstat maxima difficultas, nam si nepos non uult esse hęres patris, ut in text † ergo ille qui erit hæres patris ad quem transmititur etiam hæreditas aui non aditi, uel ex iure deliberandi, uel ratione suitatis, quãuis sit extraneus, debet impedire nepotem succedere auo etiam de iure prętorio, cuius contrarium hic dicitur, & sic uidetur quòd quando negat se hæredem patris, nec admittatur de iure ciuili ad heredem aui, nec etiam de iure prætorio, quod patet quia sicut pater si iuueret excluderet nepotem, ita hęres patris ad quem ea potentia suitatis transmitteretur hæreditas auita, quæ uidetur illi annexa, per text. in l.hereditatem.§.primo.ff de castren.pecu. & in l.2.§.siquis ex liberis, ff.ad Tertul. d.l.1.§.ibidem.ff.de collatio.bono. & per Bar. in l.si filius hæres, ff.de liber.& posth. & in l.si quis filiũ. §.1.ff.de acquir.hære. Timore huius difficultatis reperio, quòd Bar. hic ultima colum. dicit ℣ secundum istum intellectum hæc lex debet intelligi, quando ille qui est hæres patris nolet adire ex iure deliberandi, uel suitatis in eum transmisso, nam si uelet adire excluderet istum nepotem,

21 *Transmissa hæreditas nec iure ciuili nec prætorio quæritur repudiãti transmittẽtis hæreditatem.*

ut l.

ut l.cum antiquioribus de iure deliberan.C. & per regulã communem, quòd hæreditas patris non adita tranſmittitur ad quencunque ut habeturplene in dicta lege ſi infanti,& in l.apud hoſtes.C.de ſuis & legit.lib. & ita tranſit hic Bar. Vel ſecundo quòd hęc lex intelligatur quando hęres patris eſſet excluſus tempore, ut d.l.cum antiquioribus, & l.licet.C.de iure deliberan. uel quando nullus eſſet hæres patris ſecundum Guiliel.ut hic refert Bar. in ſecunda oppoſitione. Iſtam ſolutionem reperio, quòd reprobat hic Iaſon.6 charta.1.columna dicens,quòd nimium diuinat.Itẽ quia nimium reſtringeretur hęc lex ſi ſolummodo deberet intelligi quando hęres patris noluiſſet adire hæreditatem aui ad ſe tranſmiſſam ex ſuitate, quod in dubio preſumendum non eſt, ut dixi in principio huius charte, quare aliter ſoluit hic Bal.4.columna. circa principium, ſcilicet q̃

22 *Tranſmiſſio aui ceſſet ſuuove deſcendentium de familia.*

regula quæ habet, † quòd filius hereditatem patris etiam ſi non ſit adita tranſmittit ad quoſcunque, debeat intelligi præterquam in caſu huius legis, ſcilicet quando nepos eſt in medio, nam tunc ad ipſum nepotem debet fieri tranſmiſſio duplici ratione,ſcilicet ſuitatis, & beneficio ſanguinis per l.1.C. de his, qui ante aper.tabu.& hanc opinionem uidetur uele glo.in l. ſi quis filium.§.1.ff.de acquirenda hered.& illam glo. reperio quòd reputat hic ſingularem. Alexan.8.columna circa finem. & ex iſta ſolutione datur ſingularis limitatio ad regulam quę habet, quòd ſuus ex potentia ſuitatis tranſmittit ad quoſcunque,nam fallit in caſu huius legis, ſcilicet quando nepos repudiaret hæreditatem patris ſui, & uelet habere hæreditatem aui inteſtati non aditam per filium,quia iſte nepos præfertur ei qui eſſet hæres patris ſui,quod eſt ſingulare ut hic in apoſti. ad Bal.1. col. Iſtam tamen opinionem Bal. reprobat hic Pau. Ludou.& Alexan.nam poſt quam nepos negat ſe hæredem patris,ergo impoſſibile eſt,quòd tranſmiſſio fiat ab ipſo patre in filium, id eſt nepotem repudiantem hæreditatem patris per legem unicam.C.de hiis qui ante aper. tabu.quam ad hoc propoſitum ſupra allegaui, & reperitur quòd ipſemet Bal. ſe corrigit in l.2.1. col.C. ad Orficia. Vnde reperio quod Iaſon.hic.6. charta.2. col. aliter loquitur, dicit enim quòd opinio Bal. ſic ſimpliciter intellecta eſt falſa,ut modo dictum eſt,ratione de qua ſupra, ideo dicit ipſe quòd impoſſibile eſt, quòd ipſe pater tranſmittat ad nepotem, ex quo ipſe nepos repudiat hæreditatem patris, dicit tamen quòd regula quæ habet, quòd hereditas non adita ex potentia ſuitatis tranſmittatur ad quoſcunq; conceſſo quòd ſit uera, quia communior debeat limitari ſingulariter per iſtam legem, niſi ſuperſit nepos in poteſtate, uel emancipatus, ut hic in text. nam ille impedit tranſmiſſionem hæreditatis fieri ad alios, & ipſe nepos admitteretur non iure tranſmiſſionis, ut dicit Bald. ſed de æquitate pretoria conſiderante, quòd hic duo concurrunt, ſcilicet q̃ filius quauis in poteſtate, & ſuus, tamen habet à iure prætorio beneficium abſtinendi. Item eſt mortuus, propterea nepos debet admitti. Et ita intelligendo tex. huius legis redditur ſingularis, & limitauit regulas prædictas, nec aliquid obſtabit niſi earum generalitas, cum ſufficiat habere regulam pro ſe, &c. ſed poteſt dici, quòd hæc fallentia ſatis expreſſe probetur per illum tex. alias dicit ipſe quòd non uidetur quomodo nunquam in æternum poſſit defendi hæc lex, & adde quòd iſtam opinionem tenet Alberic. de Roſa. hic penultima columna in uerſi. ultimo ex hac lege, colliguntur &c. ubi mouens difficultatem prædictam reſpondet notabiliter, ut prædixi, quod eſt ſpeciale priuilegium nepotis in hac lege, ut impediat hæreditatem aui ex potentia ſuitatis tranſmitti ad alias, ratio priuilegij eſt ſecundum eum eo, quia hereditas aui eſt etiam debita nepoti,allegat l.2.ff.de interdi.& releg.& l. cum ex patronis.§.fin.ff.de bonis liber. & l.fin.C.de codic.& quia per tacitam ſeu præſumptam immixtionem, quæ reſultat ratione ſuitatis nó debet nepos excludi,ſicut dicimus in ſimili.q̃ tacita ſubſtitutio inducta à lege nõ excludit matrẽ l.precibus.C.de impube.& alijs, alias ſecundum eum indiceretur iniquitas, & abſurdum contra ius naturale, q̃ per illam tacitam ſeu à iure preſumptã immixtionẽ nepos excluderetur,ſed iſta abſurda interpretatio non debet capi, l.2.C de conditi.inſer. & l.conuenticula. C.de epiſcopis & clericis,& iſtam opinionem Alberic. reperio hic relatam per Iaſ.8.charta. ſecunda col. & ibi dicit,quòd iſta ultima ratio eſt tutior & magis colorata quam prima, inquantum dixit,quòd hereditas aui eſt debita nepoti,nã illud eſt falſum cum tempore mortis aui pater eum præcederet, inſtit. de hære.quæ abinteſta.§.ita demum, &.ff.de inoff.teſtam. l.ſi quis filio.§.1.& ff.de liber.& poſthum. l ſi quis poſthumos.§.1.contra iſtam tamen opinionem Albe.& Iaſ.ſtringunt multa quæ refert hic Iaſ.6.charta.3.colum.quem per tex.uideas,& hęc ſufficiant.quo ad hunc paſſum inquantum dixi,quod hæc lex poteſt intelligi quando pater non adiuit,ſed mortuus eſt deliberans hereditate aui non adita, nec repudiata.

Poteſt etiam hæc lex intelligi ſecũdo caſu, ſcilicet quando filius medius hæreditatem aui repudiauit non de iure ciuili,ſed tantum de iure prætorio, non enim poterat nepos ſuccedere de iure ciuili tanq̃ ſuus, quia alius tum præcedebat tempore mortis,non etiam tanquam agnatus, qa inter eos non erat locus ſucceſſorio edicto,ut ſępe dictum eſt,& quòd hæc lex intelligatur quando filius repudiauit, tenet hic Bart.ulti.colum.in prin.& eadem col.poſt princ. & dicit quòd maiores noſtri cõmuniter intellexerunt hãc legem,quando pater nepotis abſtinuerat, & dicit hoc ſentire gloſſ.hic in uerſi.item ſimiliter &c. Idem hic Paul.in poſitione caſus qui dicit, quòd aliter hæc lex non poteſt intelligi. Idem ipſe.4.colum. Idem etiam tenet Bar. in l.ſi quis filium.§.1.in fine.ff.de acquiren.hered. & Alexan.hic 8.colum & an tunc uerbum negat,in textu poſitum importet miſterium iuris,uide ibi per eum,& hic per Iaſ.3.charta.quar.a columna.

Secundum iſtum intellectum reſtat reſpondendum ad plura,quæ ſupra in contrarium alleg ui,per quę probatur, quòd quando filius repudiauit poſſit nepos admitti etiam de iure ciuili,contra iſtum text.& hic eſt labor. Reſpondeo ergo per ordinem, & primo ad legem ſecundam. §.ſed & ſi ſint ſui.ff.ad Tertullia.& præmitto † quòd filius in uita patris dicitur dominus rerum paternarum,§.ſui,inſt.de hered.qual.& differ.§.poſthumi, inſt de hære. quæ ab inteſt. l.in ſuis.ff.de liber,& poſthum.& l.in ſuis.ff.de ſuis,& legi. unde mortuo patre continuatur in eum dominium, ut dd. ll.& ex hoc uenit quòd dicitur ſuus & neceſſarius,l.neceſſarijs.ff.de acquirend.hered.† licet tamen ſit ſuus & neceſſarius poteſt tamen abſtinere de iure prętorio dicta.l.neceſſarijs,inſtit.de hær.quali.& diffe. §.ſed & his, & ff. de acqu.hæred.l.ſi quis filium.§.1 licet tamen abſtineat non debuit eſſe hæres de iure ciuili,qa q̃ ſemel eſt hęres ,&c. l.& ſi fine. §.ſed quod Papinianus.ff.de mino. nec hoc prętor potuit facere inſtit. de bo.poſſ.§.quos autem.Modo ad propoſitum cum in l.noſtra filius qui præcedebat preſens fuerit factus hęres de iure ciuili, & licet repudiauerit de iure prętorio,nihilominus remanſit hæres nomine de iure ciuili,ergo nepos non poteſt auo ſuccedere de iure ciuili, quia ſic duo ſuccederent eodem iure & eſſent domini eodem iure,quod eſſe non poteſt, l.quod contra.§. uni duo. ff.de regu iur.& arg.l.ſi ut certo.§.ſi duobus.ff.cõmo.fac.l. 3.§.econtrario.ff.de acqu.poſſ. ubi in quo loco ego ſedeo, tu ſedere nó potes.& iſta ſolutio prima facie uidetur ſatis colorata.Aduerte tamẽ q̃ uidetur de directo contra dictũ §.ſed et ſi ſint ſui,ubi tex.dicit q̃ admittitur ſequens de iure ciuili,ratio eſt,ne uanum nomen ſui hæredis ſequenti noceat,& ſcilicet ergo primus remaneat hæres nomine,illud tamen nomen non debet obſtare ſequentibus, & ſic cõtra ſupradicta,preſertim cum in l noſtra,nedũ repudiauerit, ſed etiam ſit mortuus, & ſic nullum ſubiectum eſſentiæ eſt in rerum natura, ergo non debet obſtare. Quare poteſt ſolui alio modo,ſcilicet quòd aut nepos unlt uenire ex eadẽ lege ex qua filius admittebatur, puta ex lege.12.tabullarũ, & tunc non poteſt nec ut ſuus nec ut agnatus, ut ſæpe dictum eſt,& ita intelligãt.l.nſa, ſed ex diuerſis legibus bene

23 *Filius uiuo patre dicitur dominus.*

24 *Abſtinere poteſt filius de iure tantum prætorio.*

ne poteſt unus uocari de iure ciuili ex una lege, & alter ſibi de iure ciuili ex alia, & ita fuit in d.§.ſed & ſi ſint ſui, ubi filius uocabatur de iure ciuili tanquam ſuus ex l.12.tabularum, quo excluſſo admittitur mater etiam de iure ciuili, ſcilicet ex ſenatuſconſulto Tertulliano etiam ſic ex alia lege ciuili, & per conſequens non obſtat, iſtam ſolutionē, colligo per Paul.in l. ſi filius hæres.ff.de liberis & poſthumis in repet.& per eundem hic.4. columna in princ. quod bene notatur pro limitatione huius legis. Reperio tamen quòd Iaſo.hic.7.charta.4.columna. circa princ. dicit quòd hæc ſolutio ſibi nullo modo placet, nam hoc modo hæc lex adeo ſolemnis eſſet impoſita uerbis, & non rebus contra l.2.C.communia de lega. Item litera huius legis repugnat, quæ dicit negatiuè, quòd non poteſt habere facultates aui niſi de iure prætorio, quod eſſet falſum, ſi ueniendo ut agnatus de iure ciuili admitteretur, cogitabis ergo de alia ſolutione.

Secundo non obſtat l.1.§.ſi quis adita.ff.ad Tertullia.ad quam poteſt reſponderi eodem modo, ſcilicet quòd ille ſequens ueniebat ex alia lege, nam ille filius uocatus ex Senatuſconſulto Orficiano ad hæreditatem matris, adiuit & repudiauit per reſtitutionem in integrū, dicitur ibi quòd agnatus matris admittitur ex iure ueteri l. 12. tabularum, & ſic alia lege ciuili, & ita etiam ſoluit hic Paul.4. col. in princ. Vel ſecundo dico, quòd.§.ſi quis adita, loquitur in uoluntario hærede, qui abſtinuit poſt apprehenſionem remedio reſtitutionis in integrum quæ ponit omnia in priſti num ſtatum, hic loquimur in neceſſario hærede, qui de iure non poteſt deſinere eſſe hæres, inſtituta de bono.poſſe.§.quos autem. Iſtam ſolutionem ad illum.§.ſi quis adita, colligo hic per Bal.4.columna in uerſi. tertio oppono, ſed mihi uidetur quòd non ſit bona, nam poſito quòd hic non deſinat eſſe hęres de iure ciuili, ut dictum eſt, illud tamen nomen quod eſt nudum non debet aliquid impedire per tex. adductum in d.§. ſed & ſi ſint ſui, & ſupra dixi cogita ergo. Contra id tamen quod dixi, aut uult uenire eadem lege, & non poteſt, aut ex alia, & tunc poteſt, uidetur tex. in l.& ſi ex modica.§.ſi filius.ff.de bo.liber. ubi repudiante filio liberti licet remaneat hæres nomine, nihilominus patronus admittitur de iure ciuili, & conſtat quòd uterque admittitur ad legitimam ſucceſſionem liberti per l.12. tabularum, ut inſti.de legi.patro. tutela, & ſic uidetur ibi eſſe caſus, quòd etiam uirtute eiuſdem legis habeat locum ſucceſſorium edictum, & ſic contra legem noſtram. ad hoc reſpōdeo, ꝙ ibi patronus poſtquam ſemel delata erat filio liberti hęreditas per l.12. tabularum non potuiſſet uocari patronus uirtute eiuſdem legis. ſed uocatur uirtute alterius l. papię de qua fit mentio inſtituta de ſucce.liber.§.poſtea, ita reperio hic tenere Rapha. & dicit ꝙ ille.§.ſi filius, fecit ipſum multū dubitare, idem reperio hic tenere Pau. de Caſt. antepen. col. poſt medium, quòd tene mēti, & per hoc dico eſſe reſponſum ad tertium cōtrarium. ſ. ad legem ſine.§.fina-ff.de iure patrona. cui concordat l.& ſi ex modica.§.ſi filius, de bo.liberto. uel forte poſſet dici, quòd ibi loquitur in patrono, nos autem in nepote, & ratio ſit quòd hic nepos nolebat uenire, uel tanquam ſuus, uel tanquam agnatus, ſed tanquam quidam ſucceſſor admiſſus per l. & ſic cum eſſent in eo rationes quibus excluditur nepos, ergo poſſit admitti patronus quauis nepos excludatur, ſed caue quòd imò magis uidebatur admitti nepos cum ſit deſcendens. & coniunctus, quàm patronus cui nil debetur extantibus liberis cogita.

Quarto non obſtat l.1.§.quidam filium.ff.de bono. poſſ. contra tabu. cum concor. nam dico, ꝙ ibi idēò eſt ꝙ ille filius cum fuerit deportatus erat in ſucceſsibilis, ergo nec mirum ſi non obſtet ſequenti, nam ille qui non admittitur ad partem regulariter non debet facere partem. Præterea non debet præſtare impedimentum ſequenti, qui de iure non poteſt ſortiri effectum, ut in regula iuris. Præterea ille habetur pro mortuo, ut ibi in tex. & in lege ſi necem.§. deportatos.ff. de bono. liber. ſed ſi eſſet mortuus tempore mortis patris non obſtaret nepoti.§. ita demum, cum cordan. de heredi. ab inteſta. ergo &c. nam idem eſſet in lege noſtra, ſi ille filius eſſet mortuus tempore mortis aui, ut hic a contrario ſenſu, dum dicit defuncti poſt auum, ergo ſecus ſi ante, & eſt notum. Præterea ille excluditur propter ſuum delictum, ergo non debet obſtare nepoti, quia pœnæ ſuos tantum debent tenere auctores, l.ſancimus. C.de pœnis, lex aūt noſtra loquitur quādo filius erat ſucceſſibilis, unde licet repudiatione ſe fecerit alienum, tamen quia tempore mortis aui erat in poteſtate ipſius & ſic fuit ſuus & neceſſarius, ergo occupauit primum locum ſuitatis, & per conſequens excludit nepotem, ne poſſit admitti tanquam ſuus, nec tanquam agnatus, & ex hijs colligo notabilem limitationem ad l.noſtram, circa quam cogitabis.

Quintum argumentum ſi aduertis iam ſupra eſt ſolutū.

Sexto non obſtat, quòd per repudiationem ſui hæredis, quamuis remaneat hæres nomine eſt locus iuri accreſcendi, & ſic alij remedio de iure ciuili, ergo idem in propoſito, ad hoc reſpondeo ꝙ illud ibi contingit, propter naturam iuris accreſcendi quæ eſt, ut ſtatim ꝙ portio uacat debeat accreſcere coniuncto, ſed ibi uacauit per repudiationem, ergo, &c. & quamuis remanſerit hæres nomine, nihil ad propoſitum, ex quo portio uacat omnino quo ad effectum, maxime quia ſecundum quoſdam eo ipſo ꝙ portio uacat uno iure † eſt locus iuri accreſcendi quamuis alio poſſit aceptari, ut ponit Iaſin l.1.C. quan. non pe ten.par.& probatur in §.liberis, inſtit.de bono.poſſe. & in l.1.§.qui ſe mel, & §.quibus.ff.de ſucce.edict. & in l.2.ff.de bon. liber. ergo a fortiori quando uacat omni iure per repudiationē ſimpliciter factā iuxta l.primā, §.ſed videdum, cum ibi notatis.ff.de ſucce.edict. & quāuis filius poſſit repudiationē reuocare, l.fin. C.de repudian hære. & ff.de iur.deliber. l.ſi quis ſuus, & ſic non uideatur uacare, tamen non obſtat ꝙ illa reuocatio eſt de iure ſpeciali contra l.ſicut. C.de repudian.hered. ergo non habetur in conſideratione. l.4.§.1. ff.de fideicom.liber. facit l.ſi minor.ff.de acquiren.hæredi. Cogita circa hoc quia non legi ſcriptum Præterea pro alia ſolutione potes dicere ꝙ in iure accreſcendi, ideo eſt ꝙ ille coniunctus cui accreſcit eſt in eodem gradu inſtitutionis cum repudiante unde facilius accreſcit, ſed in l.noſtra nepos non erat in eodem gradu, unde nec mirum ſi non admittatur eodem iure, & iſtam ſolutionem poſſes confirmare per multa, ſed nihil uidetur ualere, quia ſubſtitutus non eſt in eodem gradu cum inſtituto, & tamen eo ipſo ꝙ inſtitutus excluditur ſubſtitutus admittitur, iterū cogitabis.

25 Accreſcere an poſsit qđ non omni iure uacat.

Et ex prædictis potes colligere aliam limitationem ad hanc legem, ſcilicet ꝙ primo excluſo qui admittebatur de iure ciuili, non admittitur ſequens eodem iure ut hic, eſt uerum niſi ſequens ueniat per ius accreſcendi, ſed poſſes etiam dicere pro tertia ſolutione ꝙ non obſtat, nam iſti admittuntur diuerſo iure, nam primus repudians admitteba tur iure inſtitutionis, alius autem admittitur per ius accreſcendi. & ſic diuerſo iure, quod bene patitur ius, ut ſupra dixi ſecundum Paul. de Caſt.

Septimum fundamentum non obſtat, quia eſt falſum, nā ſecundum ueram opinionem ius abſtinendi ſolummodo competit de iure prætorio nō autem de iure ciuili, ut per Iaſ. in l. prima. C. quando non peten. par. ubi latè, ergo negando aſumptum non obſtabit.

Octauo † nō obſtat §. placebat, inſtituta, de legiti. agna. ſucce. ubi hodie inter agnatos eſt locus ſucceſſorio edicto & ſic de iure ciuili, ergo a fortiori inter deſcendentes & ſic inter filium & nepotem, ut in l. noſtra. ad hoc poteſt reſponderi, ꝙ ille text. loquitur in agnatis tranſuerſalibus, qui non habent qualitatem ſuitatis, nam uno excluſo, quia in totum euacuatus admittitur ſequens, ſecus eſt in agnato qui eſt ſuus, quia cū ſemper remaneat ſuus attento iure ciuili ſequentes agnati admitti non poſſunt ut hoc text. & iſtam opinionem tenuerunt ultramontani quos reſert hic Bar.2.col.& Cinus & Alberi.hic, & late Paul.in l.filius hæres, de liber.& poſth.16.col.cum duabus ſequentibus, & ꝙ hæc ſolutio ſit uera pondera ꝙ text.in dict.§.placebat, di-

26 Intell.§.placebat.inſt.de legit.ag.ſuc.

cit

cit quòd proprio agnato repudiante, uel mortuo cæteri admittuntur de gradu in gradu. modo ſic probatur neceſſario q̃ ille tex. non loquitur in agnato, qui eſt ſuus, quia ſi agnatus ſuus eſſet mortuus, non eſſet uerum, quòd alius ſequens admitteretur, imò ille agnatus ſuus ex potẽtia ſuitatis tranſmitteret ad quencunque excluſis ſequentibus agnatis, & iſtam inductionem de illo tex. reperi hic per Iaſon. 7. charta. 2. colum. in medio, & dicit ſe credere quòd nunquam audiuiſti iſtum intellectum ad illum tex. & ſi contra prædicta inſtes dicens ſi ille §. loquitur in agnatis trãſuerſalibus, quanto magis debet procedere in nepote & alijs agnatis qui ſunt de linea deſcendentium, reſpondet Alex. quòd ille §. eſt correctorius, & incorrectoriis nõ eſt licita extenſio etiam ex maioritate rationis, iuxta plenè notata in authentica quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. & iſtam reſponſionem refert etiam hic Iaſon. 7. charta. 4. col. licet ipſe hoc non dicat reſpondendo ad §. placebat, ſed ad l. defunctis. C. de legi. hẽr. ſed ego hic applico, quia eſt eadem ratio, ut uidebis. & patebit ex infra dicendis, an tamen hæc ſolutio ſit uera, quia Bar. & communiter omnes tenent contrarium infra dicetur.

27 *Intell. l. defunctis. C. de hær.*

Nono † non obſtat tex. in l. defunctis. C. de legi. hær. in quo pendet tota difficultas, ad quem poteſt multis modis reſponderi, in primis reperio q̃ Bal. hic contra oppoſitionem dicit, q̃ illa l. non poteſt intelligi de iure ciuili, quia deſtrueret iſtum text. & glo. ut hic per eum. Iaſo. dicit q̃ illa l. uenit interpretanda, & declaranda ut intelligatur per bonorum poſſeſſ. non de iure ciuili ueteri, uel nouo, ſed hęc ſolutio uidetur de directo contra illam legem, dũ dicit iure cõſanguinitatis ſuccedere poteſt, & ſic iure agnationis, timore forte huius licet ipſe non dicat tranſit ad aliam ſolutionem, & dicit, q̃ aut loquimur de equitate iuris ciuilis etiam antiqui, & tunc non procedit hęc lex, q̃ nepos non admittatur de iure ciuili per dictam legem defunctis, quod notat. Sed reperio, q̃ Paul. hic antepenult. col. in medio dicit, quòd nec de rigore, nec de equitate poteſt admitti uirture eiuſdem l. & ſic reprobat ſolutionem Bald. Ego etiam ex alio reprobo, quia dicere quòd hæc procedit de rigore l. defunctis, de equitate, eſſet dicere, q̃ illa l. corrigat iſtam, ut notatur in l. ſi cum Hermes. C. locati, & l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publi. quod eſt contra mentem Bal. & etiam deſtrueretur, hęc l. Tertio modo reſpondet. Bal. in d. l. defunctus, quam reſponſionem reprobat hic Iaſ. 7. charta. 3 col. in medio. Quarto modo reſpondet hic Paul. 4. col. in princ. & 7. col. in medio, & in d. l. deffinctis. ſ. q̃ aut quis uult uenire ex eadem lege, aut ex alia. Primo caſu procedit hęc lex. Secundo caſu procedit l. defunctis, unde ſi iſta lege nepos uoluiſſet uenire per l. 12. tabularum non poſſet, ſed ſi uoluiſſet uenire, ut agnatus non per l. 12. tabularum, ſed per illam legem defunctis bene potuiſſet, ſed hic uolebat uenire ex capite liberorum, & ſic ex l. 12. tabularum ex qua filius fuerat hęres effectus, nec deſierat eſſe per repudiationem, ſed iſtam ſolutionem ſuprà impugnaui. Quinto modo reſpondet Alexan. q̃ aut loquimur in agnatis tranſuerſalibus, & loquitur illa lex, aut in agnatis deſcendentibus, & loquitur l. noſtra, ſed cõtra iſtam ſolutionem opponas, & ſoluas, ut dixi in ſolutione quam dedi ad precedens contrarium. ſ. ad §. placebat.

Decimo & ultimo non obſtat l. ex contractu. ff. de re iudi. ad quam reſponde, q̃ loquitur in uoluntario hęrede qui poſt apprehenſionem abſtinet beneficio reſtitutionis in integrum, & ſic omnia reponũtur in priſtinum ſtatum, nos loquimur in neceſſario hęrede, & iſtam ſolutionem colligo hic per Bal. 1. col. 3. oppoſitione. Sed ſalua pace hęc ſolutio mihi non placet, nam ibi tex. dicit ex cõtractu paterno actum eſt cũ pupilla, &c. ſed certum eſt, quòd filia dicitur ſua hęres patri, ergo non loquitur in uoluntario hærede. Preterea tex. ibi dicit, abſtinuerunt eam bonis paterni, &c. ſed abſtinere eſt ſuorũ inſti. de hęre. quali. & diffe. §. extraneis, ergo &c. poteſt ergo fortè aliter ſolui, q̃ ibi illud eſt propter naturam iuris accreſcẽdi, ut ſupra dixi latè in ſolutione ad ſextum contrariũ, & de alia ſolutione cogita p̃ te, & per hęc uidentur ſoluta omnia cõtraria, & uirificata hęc lectura ut hęc l. poſſit procedere, nedum in filio qui deceſſit deliberans, ſed etiam in eo qui expreſſe repudiauit.

Vndecimo etiam uidetur obſtare tex. in authen. de hæredi. ab inteſt. §. primo, & §. conſequens, per quæ iura omnes uidentur uenire de iure ciuili, unde hæc lex uidetur corrigi in effectu. Ad hoc reſpondeo q̃ illud quod ibi dicitur uenire omnes de iure ciuili eſt uerum, quando alius non præcederet in gradu qui præoccupaſſet locum, ſed hic tempore mortis aui precedebat filius neporem, ergo preclusit ſibi uiam, cum eſſet hæres iure ciuili, igitur eodem iure nepos non poteſt, iſtam ſolutionẽ ponit hic Signo, in repetitione, quam hic habeo, in uoluminis. fol. 150.

His ergo expeditis, pro declaratione & intelligẽtia tex. modo recolligendo materiam facio regulam ſic, regula eſt q̃ † nepos qui repudiat hęreditatem paternam non poteſt conſequi auitam quæ fuerat patri delata niſi per bonorum poſſeſſionem, & ſic non de iure ciuili, ſed de iure prętorio tantum, rationibus de quibus ſupra dixi, & ſic ſunt duæ regulæ. prima, negatiua. ſ. q̃ non de iure ciuili. Secunda, affirmatiua, ſ. q̃ non poteſt de iure prętorio. Prima regula eſt uera † quando uterque eſt in poteſtate aui, ſecus ſi filius eſſet emancipatus, & nepos in poteſtate, nam tunc poſſet nepos habere hęreditatem aui dato q̃ paternam repudiaſſet etiam de iure ciuili, quia ipſo iure eſt ſuus hęres aui & pater emancipatus ei. Non obſtat tex. in §. ſui, de hęre. quali. & differ. inſtit. & de hęred. quæ abinteſt. § ita demum. cum concordan. & glo. hic in uerbo ſi ponens filium, &c. & hoc tenent hic omnes, & eſt indubitatũ, licet iſta eadem gloſſ. in uerſi. reſponde ſecundum Io. loquitur, &c. tenuerit contrarium, & male ſecundum Paul. de Caſt. hic. 5. col. in princ. ſed teneo q̃ hæc gloſ. non meretur reprobari, nam ego intelligo q̃ hic ponitur filius pro nepote, ut patet ex ſequentibus. ibi, & ideo dicit negat eis, & ita forte ſentit Alexan. 8. col. in prin. ubi dixi poſt eum, ſi autem poneres utrunque emancipatum uel filium in poteſtate nepotem emancipatũ, non eſſet dubium, q̃ nepos non poſſet uenire niſi per bonorum poſſeſſionem, cum ſit incognitus de iure ciuili. §. emancipatos, de exhær. libe. & de hære. quæ abinteſt. §. emancipati, & hic in gloſſ. magna circa principium. † hodie tamen ſecus, quia etiam emancipati admittuntur de iure ciuili in auth. de hære. abinteſta. §. nullam, columna quarta. & Bal. hic. 6. col. in medio & Paul. hic. 1 col. in fin. in uerſ. quæritur ſecundo, &c. & ſic erit hodie ſecunda limitatio ad hanc legem, ſcilicet q̃ hodie nepos etiam emãcipatus poſſet uenire ad hęreditatem aui de iure ciuili, ſiue pater eſſet etiam emancipatus, ſiue non.

28 *Nepos ex filio ſuperſtite non admittitur ad ſucceſſionem aui inteſtati, ſi filius poſt auum deceſſit*

29 *Imm. quando filius & nepos erant emancipati.*

30 *Emancipatus hodie ſuccedit de iure ciuili ab inteſtato.*

Tertio † limito hanc legem ut procedat quando nepos uult uenire ex eadem lege, ex qua filius uocabatur, quia tunc non poteſt, ita intelligitur hęc lex, ſecus ſi uelet uenire ex alia lege diuerſa, nam tunc bene poſſet dato q̃ utraque lex eſſet ciuilis ita colligo ex uerbis Pauli. hic 4. col. in princip. in uerſ. dicas ergo, &c & per eum hic. 6. col. in medio, & per eum latè in repetitione, l. ſi filius hęres. ff. de libe. & poſthu. & per eum in l. defunctis. C. de legi. hęr. ita poteſt intelligi tex. terribilis in d. l. de functis, & text. in d. l. 2. §. ſed & ſi ſint ſui. ff. ad Tertullia & in l. prima. §. ſiquis adita, eod. tit. & text. in l. ſiue patronus. §. fin. ff. de iure patron. & in lege, & ſi ex modica. §. ſi filius. ff. de bonis liber. prout declarat hic Paul. 6. col. poſt m. diũ poſt Rapha. quo ad dictum. §. ſi filius, & an hæc limitatio ſit uera, uide hic unum uerbum per Iaſ. 7. charta. 4. colum. circa princip. & hoc nota bene quia per hoc declaratur multum hęc lex effectus eſt maximus, quia ſi eſſent nepotes ex altero filio, cum poſſent uenire ex capite liberorũ præferrentur huic nepoti uenienti ex capite agnatorum.

11 *Succeſſiõ edictum eſt de capite ſuorum ad caput agnatorum.*

Quarto limito q̃ iſta lex proprie procedat quando uterque repudiauit tam filius hęreditatem aui, q̃ nepos hęreditatem patris ſui, ut per Paul. hic in poſitione caſus, & per eum. 4. col. poſt medium, & per Bar. hic ultima colũ. in prin. & Bal. hic in ſecunda oppoſitione & per eundẽ. 6 col. in medio & Bar. in l. ſiquis filiũ. §. primo, in fi. ff. de acquir. hęredi.

hæred. secus si utriq; adiuissent, nã tunc nepos cõsequereꝛ
12 hereditatem aui de iure ciuili quemadmodum hæreditatẽ
Non excluditur per ingratitudinem l.fin.ff.de libe.& poſthum.cum l.liberi.C.de inoffi.teſtam.argum.l.cognatis.ff. unde cog.intellige in ſucceſſione abinteſtato, ut ibi. Idem in ſucceſsione ex teſtamento.l.his uerbis,ff. de hære. inſt. Idem in ſucceſsione contra teſtam.l.omnimodo.l. in arenam.C.de inoffi. teſtamen. excluditur exhæredatione. l. ſi quis ex his,ff.unde liberi ibi neque nominatim ex hæredes ſcripti ſunt.

Excluditur nepos per ſui emancipationem, nam ſi ex filio emancipato,nepotes ſunt in poteſtate,tunc licet admittant cum filio,tamen ſi poſtea emancipentur excludentur non tam per emancipationem,quam per interuẽtum filij, uel per utrunque l ſi quis ex his.§.1.unde lib.ff.

20 *Bo.poſſ.cõtra tab.& bono. poſſ.unde liberi quare denegantur exhæredatis.*

Denique†ut unde liberi bonorum poſſeſsio denegatur exhæredatis,ut proxime diximus per l.ſi quis ex his.ff.unde liberi, ita quoque & contra tab.bon.poſſ.exhæredatis denegatur nulla facta diſtinctione,iuſte an iniuſte eſſent exhæredati,ſed cum prætor benignior, & humanior erga liberos ſemper fuerit,quàm ius ciuile.§.Sed his permittit, inſt.de hær.quali.neceſſarijs,ff.de acquir.hær. ſicq; emancipatis à iure ciuili deſtitutis ſubueniat,ut per totum.ff.de bono poſſ.contra tab.&.ff.unde liberi,cumq; liberis exhæredatis à iure ciuili per querelam de inofficioſo teſtamẽto ſubueniatur per totum.C.ff.& inſt.de inoffi.teſta.cur.exhæredatis prætor nullo remedio conſuluit,mirantur noſtrorum pleriq; nec ullus in cuius ſcripta incidrim ſanũ reſpõſum dedit,ſed ratio eſt,quia olim,nec ius ciuile,nec prætorium exhæredatis ſubueniebat,ſed tantum præteritis, ut patet in l.in ſuis,ff.de lib.& poſthum.ibi,neq; ad rem pertinet,quòd eos exhæredare poſſent,quos & occidere licebat,ſicq;ut filius ſemel occiſus non poterat reparari,ita & ſemel exhæredatus non poterat ullo iure,aut remedio reparari ex mente illius legis,ſed poſtea illa effrena.& nimis ſoluta teſtandi libertas uiſſum fuit iuri ciuili,ut leniretur, & compeſceretur per querelam inoffi.teſtam.ut in l.1.C.de pet.hære.quam centum uiri induxerunt,ut ibi,& l. fina.C. de lib.præt. Sed prætor hac in re non proceſſit ulterius, ſicq; permanſit in terminis ueteris iuris.

21 *Bo.poſſ.unde liberi quãdo detur.*

Præ erea†hæc bonorum poſſeſſio non naſcitur,dum ſupereſt teſtamentum,etiam, ſi in eo ſit præteritus emancipatus.l.ſ.ff.unde liberi,ſecus,ſi ſuus.l.1.§.fin.ff.ſi tab.teſtamen.nullæ exta.l.fina.de lib.& poſt.ff.

Naſcitur quando nullum eſt teſtamentum,uel eſt inutile.l.bonorum,ff.unde lib. Idem ſi ſit teſtamentum inutile non ex defectu ſolennitatis,ſed pietatis.l.1.in fi.ſi tab.teſt. nullæ ext.limita.ut l.1.unde lib. ff.iuncto. §. emancipatos, inſt.de exhære.liberorum.

Naſcitur quando deſtituitur teſtamentũ.l.ſcripto.ff.unde lib.facit.l.ſi ex duobus,unde leg.ff.

Datur quando teſtamentum quod initio ualuit aliqua ratione deſtituit,arg.l.1.§.fin. ſi tab.teſtam.nullæ.facit.l.1. ff.unde lib.l.2.§.pen.ff.unde legitimi. ratio, quia tam inteſtatus decedit is cuius teſtament.quauis ratione infirmatur, quàm ſi ab initio nullum omnino teſtamentum feciſſet, ita ait Iureconſultus in l.1.ff.de iniuſt.rup. & Iuſtinianus in princip. inſti.de hæredita.quæ ab inteſtato deferuntur,facit l.inter ſtipulantem.§.ſacram,ff.de uerb.obli ga.l.qui res.§.aream.ff.de ſolu.§.1 inſt.de inutilibus ſtipul. unde ut ſi re uera ab initio nullum omnino factum eſſet teſtamentum daretur unde liberi bonorum poſſeſſio, ita & ſi factũ ſit, ſi poſtea quauis ratione euanuerit,teſtamentũ tamen ſemel factum fuiſſe licet poſtea euanuerit in eo utile eſſe poteſt,quòd ſi forte euanuit per capitis diminutionem teſtatoris,quia ſeſe arrogandum præbuit,ſicque teſtamentum mero iure intercidit l.ſi quis ex liberis.§.teſtamẽto,ff.de bo.poſſ.ſm tabulas.§.non tñ inſtit.quibus mo.teſt. infir.tñ ſi poſtea is teſtator ſui iuris effectus fuerit abſque nouorum ſolennium interuentu,ſed ſola & nuda uoluntate id teſtamentum uires ſumit, ut dd. iuribus quauis alias. nuda uoluntas hac in re prodeſſe nó ſoleat.§. ex eo. inſti. quibus modis teſta.infir.l.militis codicillis,§.ueteranus,ff. de mil.teſt.iuncta l.hæredes palam.§.1 ff.de teſtam.

Nunc.de effectu huius bono.poſſ.agendum.

† Hæc bonorum poſſeſſio operatur quòd loco hæredis quis efficiatur,argumento l.1.&.2.de bo.poſſ.ff.§.quos. auth.inſt.eo.l.cũ emancipatus.in prin.ff.de contra tab. & fiũt hæredes pro rata.l.1.C. unde lib.niſi ſuccedant nepotes cũ patruis,nam tunc dic ut.§.cum filius.inſt.de hær.quę ab inteſta.§.fi.eod.tit.auth. in ſucceſſione.C. de ſuis & legit.l.ſi quis ex his,ff vnde lib. 22 *Bo. po.unde liberi uarij effectus.*

Datur ius accreſcendi in bonorum poſſeſſione hac,ut l. ſi quis ex his,§.fin.unde lib.ff.

An ſit hodie neceſſeria uidetur quòd regulariter non, argumento in.§.nullam,in auth.de hære.ab int. ubi dicitur ſublatam eſſe differentiam agnationis & cognationis . ſed dic ut ſupra.

DE BONORVM POSSESSIO

VNDE LEGITIMI ET VNDE COGNATI.

1 *BONORVM poſſeſsio unde legitimi quando naſcatur.*
2 *Bonorum poſſeſsio.unde legitimi quibus detur.*
3 *Adeundi tempus tergemmum an competat liberis in ſucc. ab int. egregia quæſtio.*
4 *Tacitum interdum fortius expreſſo, interdum debilius ſed regulariter par.*
5 *Bonorum poſſeſsio unde legitimi ut reſoluatur.*
6 *Bonorum poſſeſsio. unde cognati quo iure & quare inducta, & quando naſcatur,& quibus detur.*
7 *Bonorum poſſeſsio. unde cognati quanta ex parte detur & an ſit hodie neceſſaria.*
8 *Bonorum poſſeſsio.unde cognati quibus caſibus ceſſet.*
9 *Cognatio amiſſa an inſtauretur.*

EXPLICITA bonorum poſſeſſione unde liberi, ſucceſſiue agendum eſt de bonorum poſſeſſione unde legitimi.in primis quero †quando naſcatur bonorum poſſeſsio unde legitimi. & naſcitur demum poſtquam certum eſſe cœpit aliquem inteſtatum deceſsiſſe teſtamentumq; facere potuiſſe,l.2.§. ſi quis deceſſerit,ff.unde legiti.§.facit.l.1.in pr.ff.de ſuis & legiti. 1 *Bo. po.unde legitimi quãdo naſcatur.*

Naſcitur non cum primum quis moritur,ſed cum primũ inteſtatus moritur.l.ſi ex duobus,ff.unde leg.ſimile in.§.cũ aũt,inſt.de hæredi.quæ ab inteſtato.l. ſcripto,ff. unde lib. l.1.§. proximus unde cog.ff.§.proximus.inſt. de leg.agnato. ſucceſsio.

Quibus † detur bono.poſſ. unde legitimi. reſpõ. q̃ dantur conſanguineis l.2.§.1.in uerbo conſanguineos,ff.unde legiti. conſanguineos autem accipimus, id eſt fratres ex patre.l.1.§.poſt ſuos.l. poſt conſanguineos. ff. de ſuis & leg. l.agnato.ſucceſ.§.1.l.1.§.ſi ſit conſanguinea.ff.ad Tertul. 2 *Bo. po. unde legitimi quibus detur.*

Datur agnatis.l.2.ff.unde leg. ibi, agnatos.§. ſunt autẽ, uerſi.ſecundo legitimis inſt. de bo. poſ. ſunt autem agnati omnes tranſuerſi ex patre.§.1 inſt.de leg.agnato.ſucceſsio. l.2.in prin.ff.de ſuis & legiti. facit l.inter agnatos,ff. unde legiti.l.Iuriſconſultus.§.inter agnatos,ff.de gradibus.

Datur omnibus liberis per patrem deſcendentibus ſi repudiauerint bo.po. unde liberi. ut l.2.in prin.ff.unde legi.l. 1.§.ſed uidendum de ſucc..edict. ff.ſunt autem plures ſpecies horum liberorum ut dixi ſupra.

Datur liberis per matrem deſcendẽtibus,l.2.§. fi.l. generaliter,ff.unde leg.olim ſecus ut in prin.inſt. de Senatuſcõ ſul.Tertullia.

Datur hodie in ſucceſsione libertorum ut agnatio in ſeruitute quæſita ſit in conſideratione,ut in ſi. prin.inſt.de ſeruili cogna.olim contra ut l.Iuriſconſultus.§.non parcimus,ff.de gradibus.

Datur fœminis.l.2.§.nec tantum.ff.unde lib.

Datur

Datur patronis.l.2.ff.unde leg.§.item libertini.l.1.2.reſpon.ff.unde liberi,datur naſcituris.l.pen.§.fi.ff.und.leg.facit l.2.§.ſi quis proximis,unde cog.ff.§.cum autem quæritur.inſt.de hære.quæ ab inteſta.l. Titius.de ſuis & leg.ff.

Denique quatenus diximus liberos qui & poſſunt & ſolent uenire ex capite unde liberi admittendos ex capite et unde agnati, quando ex capite unde liberi repudiatione excluſi fuerant,uel tempore,d.l.2.in prin.ff.unde legitimi. l.1.§.ſed uidendum.ff.de ſucc.ed. id quidem ambiguum eſt quo ad tempus. nam dubitatur utrum tempora agnoſcendi bonorum poſſeſſionem ex omnibus capitibus ſimul currant,an uero poſt elapſum liberis tempus,quod eis ex primo capite dabatur, tunc demum & non antea incipiat currere tempus quod eiſdem datur ex ſecundo capite unde legitimi, eoq; elapſo tunc incipiat currere tempus ex capite unde cognati, id quod nobis ueroſimilius uidetur per generalitatem.dd.ll. Et cum multi teneant quia hodie ſublata eſt differentia emancipationis & patriæ poteſtatis, & et agnationis & cognationis,auth.de hære.ab int.ue.ni.§.nullam uero,cumq; iure ciuili ius adeundi duret.30. annis gl. cõmuniter ibi app.ubi per omnes in l. licet. C. de iure de lib.ſecundum hoc uidetur q; quiſq; liberorũ poſſit habere ad adeundum annos nonaginta unde facio talem regulam.

3 *Adeundi tẽpus tergeminum, an competat liberis in ſucceſſ.ab inteſt. egregiũ q.*

Filius † ſeu filia qui quæve excluſus fuerit ab hæreditate parentum per lapſum triginta annorum, habebit alios annos ad adeundam eandem hæreditatem ex capite unde agnati,quibus præteritis habebit etiam alios annos triginti ad eandem hereditatem agnoſcendam ex capite unde cognati, cuius rei illa ratio eſt, quòd in huiuſmodi perſonis non ſimplex ius (ut in reliquis) ſed ius cognationis triplex tergeminumq; reperitur, poſſunt enim ad tales hæreditates aſpirare primum ex capite liberorum deinde ex capite agnatorũ, poſtremo ex capite cognatorũ,tporaq; his capitibus a lege deſignata currunt quidẽ non ſimul aut pariter ſed gradatim ac ſucceſſiue, ut poſtq̃ ſpatium ac tps capiti unde liberi aſſignatum exceſſerit,tunc currere incipiat tẽpus capiti unde agnati definitum,poſtquam uero id præterierit tunc demum & non antea defluere incipiat tẽpus quod a lege capiti nouiſſimo unde cognati condonatum fuit. Vanum enim & ocioſum eſſet triplex hoc ius tergeminaq; tempora huiuſmodi perſonis cõceſſiſſe,ſi omnia pariter defluerent. Præterea inhumanum & a mente iuris omnino alienum eſſet, ut poſt annos triginta præteritos quibus liberi a capite unde liberi excluduntur incipiant competere agnatis anni alii triginta ad adeundam eam hereditatem qua de agitur (id quòd nullus unquam abnegauit) & tandem cum & tunc ipſi liberi reperiantur in eodem capite agnatorum, ibique teneant primum locum non ſinantur aut permittantur, nec ſummis (quod aiunt) labellis attingere eam hæreditatem. quid enim eis profuiſſet poſt amiſſum ius liberorum in capite agnatorum connumerari,ſi tanquam agnati ad talem hæreditatem uenire non poſſent,certe nihil.ideo ergo admittuntur, utq; admittantur neceſſe eſt,neque aliũ(ſi recte inſpexeris) inuenies fuiſſe ſenſum aut mentem Iureconſultorum, aut aliam attuliſſe utilitatem illam benignam deciſionem de qua in l.1.ff.de ſucc.edict.§. ſed uidendum & l.2. in prin.ff. unde legitimi.

Et ita in ſpecie tenent Bal.nu.6.& Paul. Caſtr. prope finem Alex.Corneus & Iaſ.poſt Angelum ibi in l.licet.C.de iure de lib.Bar. conſ. 129. communis opinio eſt ſecundum Corneum ubi ſupra col.fin.in fi.& conſi.70.nu.8.lib.4. hãc dicit communem opi.Iaſ.conſi.84.nu.10 lib 1. per Andr.Tiraquell.de utroque retract.par.2.§.2.gl.1.nu.20. cõmunis eſt ſecundum Marantam in l.is poteſt.nu.95.ff.de acq.her. Iaſ.in l.quandiu,nu.18.eod.tit.Carolus Ruinus conſ.24.nu. 1.lib.1.Idem Ruinus conſi.162.nu.8.lib.3.

Contrariam tamen partem ut poſt triginta annorum præteritionem tales liberi nequeant hæreditatem parentum capere,quaſi eo tempore omne ius ſuum conſumpſerint,tenet Salicetus in d.l.licet,ad finem & eſt communis opinio ſm Carolum Molineum in conſuet.Par. ſi §.130 per Corneum conſi.16.lib.3.eſtq; communi opinio ſecundum eundem Molinœum,in additio.ad Alex.conſi.89. nume.5.lib.3.tenentq; alij quos ipſi,& Tiraquel. ubi ſupra allegant? Nam per lapſum temporis inducitur tacita repudiatio,quæ expreſſæ aſſimilatur.l.ſi quis filium prope finẽ. C.de inoffi.teſta.l.ſi ponas.§.fin.ff.eod.tit.l.1.cum ibi not. C.qui admitti. Quinimo efficatior,ac nocentior eſſe ſolet ea tacita repudiatio, quæ per temporis curſum inducitur, quam ſi uerbis expreſſis aperiretur,ut not.Doc.poſt.gloſſ. ibi in d l.1.gloſſ.& communiter Doct.in l.2.§.ſed quia uerum.C.de iura.prop.eal.plene Iaſin l.cum quid,ff.ſi certa.Idem in d.l.1.num.6.& Andræ.Tiraquel.in l.ſi unquã C.de reuo.dona.pag.347.num.76.& pag.237.num.156. Iaſ. in l.cum ex filio in pr.ff.de uulga.& pupilla ſubſt.ſed certe tacitum aliquando eſt fortius quam expreſſum,aliquando debilius,ut in d.l.cum ex filio iuncto.d.§.ſed quia uerum, regulariter uero paris potentiæ eſt,ut d.l.cum quid. At in ſpecie noſtra lex interpretatur eſſe debilius, ut d.l.1.ff. de ſucceſſorio edi.§.ſed uidendum d.l.2.in princ.ff.unde legitimi,ſicq; uoluit,ut per temporis præteritionẽ liberi omne ius ſuum conſumpſiſſe,aut repudiaſſe uiderentur,ſed illud tantum ius quod ſibi ipſis tanquam liberis competebat non etiam illud quod ipſis tanquã agnatis,aut cognatis competere poterat.ut dd.ll.uel (ut certiorem rationem ſequamur)per ipſum temporis non tam homo ius ſuum repudiare uidetur,quam lex a iure ſuo,aut ſibi competente eum excludere,& priuare uidetur,ut dd.ll. excluſionem autem,uel ab omni iure,uel ab altero tantum eorum lex facere cũ poſſet maluit, contentaq; fuit eã facere quo ad ius tantum quod ex primo capite liberorum competebat, non etiam quo ad ius quod ex reliquis duobus capitibus concedebatur,quaſi ius quod primo capiti liberorum dabatur per annorum 30.prætentionem euanuiſſet mieraſſetq; idem ius integrum ad ſequens caput agnatorum, in quo tales liberi primum locum tenere dignoſcuntur, & ſic deinceps,ut dd.ll.Neque quicquam periculi, aut damni ex re hac deſcendit,cũ poſſunt creditores hereditarij, aut legatarij ſi qui ſunt,petere,ut aſſignetur breue tempus tã liberis,quam reliquis ad adeundum, uel repudiandum.l. quandiu,cum ibi not per gloſſ.& Doct.ff.de acquir.hæred. quòd ſi creditores,aut legatarij nulli ſint, aut id non petierint,quòd hæreditas iaceat,nulli hominum nocet, & ſi diutius id duraverit.

Redeundo ad perſonas quibus datur bono.poſſ.unde legitimi dic etiam quòd datur aſcendentibus in bonis deſcendentium,l.2.§.fi.&l. generaliter.ff.unde legi. ſicq; matri in bonis filij,ut ibi.

Datur patri in bonis filij emancipati, argu. d.l.2.in fine cum l.ſeq.iuncto §.fin.inſt.deleg.agna.ſucceſsio.l.fin. C.de emancip.lib.ita poſt intelligi d.l.generaliter,& l.1.ff. ut ex legibus ſenatuſconſult.

Datur naſcituris.l.pe.ff.unde legi.Dat exiſtentibus apud hoſtes ibid.in fin.ſimile.ff.unde cogna.l.1.§. fin.&.§.ſi quis proximior.Datur etiam non ſolum ijs,qui naſcuntur poſt mortem eius,de cuius hæreditate agitur,ut dd.ll.ſed & illis,qui naſcuntur poſt mortem patrijs ſui l.fi.ff. eod.titulo, unde legiti.

Datur in bonis matris l.2.§. fin.cum l.ſequẽ.unde leg.ff. idq; iure nouo.ff.nam ſecus ex l.12.tab in prin.inſt. de Senatus conſultus Ter.Datur in bonis aui materni l.nepotibus.C.unde leg.Datur in bonis fœminarum agnatarum.l. 2.§.hoc aũt.ff.eod.Datur in bonis libertorum l.2.ff.eod.§ Item libertini quod olim pcedebat quo ad patronos tantum ut ibi per rationem tex.in princ. inſt. de ſeruili cog l. iuriſconſultus.§.non parcimus,de gradibus.ff.hodie etiam fratribus ipſius liberti datur, ut d. princip. de ſeruili cog. inſtitu.

Item hæc bonorum poſſeſsio facit hęredes proportionibus uirilibus.l.nepotibus. C. unde legitimi ſimile in l.1. C.unde liberi.

De reſolutione† bonorum poſſeſsionis, unde legitimi uideamus, & quidem extinguitur per capitis diminutionem,

4 *Tacitum interdum fortius expreſſo interdum debilius,ſed regulariter par.*

5 *Bo. poſſ.unde legitimi, ut reſoluatur.*

nem quæ cõtingit inuitã eius cuius de hæreditate agit. §. fin.inſt.de legiti. agna. tut.l.tutelas.ff.de cap. diminu.

Idem ſi poſt mortem ante agnitam bonorum poſſeſsionem.l. 1. ff. unde leg. ſecus ſi poſt mortem & poſt agnitam bonorum poſſeſſionem.l.fi.ff.unde.liberi.

Item excluditur tempore,morte,repudiatione.l.2.§.ſpectandi,de ſecundum tab.ff.l. ſed cum patrono.§.fin. cum l. ſeq.de bo.poſſ.ff.facit.l.ſi ponas.§.fin.de inof. teſt.l.ſi quis filium.C.eod.tit in ſi.

Non tollitur exhæredatione.l.fin.ff.eod.tit.non quoque per patris deportationem. ut ibidem.Nec per patris capti uitatem,ut ibidem.

Non amittitur ingratitudine argumento .l. cognatis. ff. unde cog. Idem in ſucceſsione ex teſtam.l. his uerbis.§. 1. ſ. de hęred. inſt. Idem in ſucceſſione contra teſtamentum.l.non arenam.l. omnimodo.C. de inoffic. teſtamento quod eſt intelligendum quando ingrãtus non fuit exhæredatus,ſed tantum prẽteritus.

6 *Bo.po. unde cog. quo iure & quare inducta & quando naſcatur & quib. detur.*

Peracta bono. poſſeſſione unde legitimi agẽdum eſt de bo.po.unde cog. Quæro quo iure inducta,reſp.prætorio. l.1.ff.eod.in prin.quare inducta,reſp.naturali æquitate qã ſanguinis ratio uocat.quandoque cognatos.l.hac parte.in prin.ff eod.

Quando naſcatur dic ut.l.2.§ pen.unde legit.ff.

Datur cognatis tranſuerſalibus ut in princ.inſt.de ſucc. cognat.l.1.in prin.ff.eod.tit.ſunt autẽm cognati.

Datur filiis in ſucceſsione matris in prin. inſt. de Senatuſconſul.Tertull.h.Modeſtinus.unde.cog.l. 2. in prin. eod. Idem econtra ut ibidem.l.nepotibus.

Datur filiis in ſucceſſione patris , quando illi filij reperiuntur in adoptiua familia tempore mortis patris, §. admonendi,inſt.de hęre.quæ ab inteſtato.§.liberi.de ſu. cog.

Datur liberis qui tẽpore uel repudiatione excluduntur ab aliis remediis.l.1.§.ſed uidendum de ſucceſſo. edict.ff.

Datur agnatis integri ſtatus, quia omnis agnatus eſt,& cognatus.l.pen.ff.unde.legit l.Iuriſconſultus.§. inter agnatos.ff.de gradibus.

Datur agnatis capite diminutis.l.capitis,a cõtrario ſenſu.ff.unde cognati.facit.§.fi.inſt.de leg.agnato. tut.l.legitimis.ff unde cognati.

Datur agnatis remotioribus poſt excluſionem prioris'. §.placebat.inſt.de leg.agn.ſucceſſione.hodie etiam iſtis cõceditur unde leg.ut ibid.

Datur cognatis per adoptionem factis.l.1.§.cognationẽ. ff.unde cog. facit l. non facile.§.1. de gradibus ex quibus collige quòd datur agnatis legitimis & naturalibus,uel naturalibus tantum,uel legitimis tantum.

Datur ſpuriis,l.ſi ſpurius,ff.unde cog.&.§.uulgo quæſitos,inſt.de ſucceſsione cogna.

Datur naſcituris,l.1.§.ſi qs proximior,& l.ſi.unde cogn.

Datur exiſtenti apud hoſtes.l.1.§.ff.unde cogn.ff facit.l. 1.§ 1.de contratab.ff.l.ſi quis filio exhæredato.in fin. prin. ff.de iniuſto rup.l.pen.de lib.& poſth.ff.l.Gallus.§. in omnibus, eod.ti.

Datur nato exẽcto uentre.l.1.§. ſi qua prægnans,ff. unde.cog.l.poſthumus.§.ſimiliq; modo.ff.de inof.teſt.

Datur natis ex libera , licet ſint concepti in ſeruitute. l. hac parte.ff.unde cog.

Et quatenus diximus hanc bonorum poſſeſſionem unde cognati dari agnatis per l. 1. §. ſed uidendum.ff. de ſucceſsorio edicto, & ſane id procedit quando repudiatione excluſi fuerunt, quòd ſi tempore excluderentur a capite unde agnati. tunc dubium eſſet an etiam & a capite unde cognati excluſi viderentur quod dic ut.ſ. diximus dum de bo.po.unde legitimi ageremus.

7 *Bo.po. unde cog. quanta ex parte detur et an ſit hodie neceſſaria.*

Datur non omnibus ſimul ſed gradatim l. 1.§. gradatim, ff.unde.cog.Datur proportionibus.l.nepotibus.C. unde legati facit.l.1.C.unde.lib.

An ſit hodie neceſſaria uidetur quòd non,argum.autem de hære.ab.§.nullam . ſed teneo contra. nam illud in ſucceſſione ab inteſtato,at in ſucceſſione ex teſt. uel quaſi nil noui gloſſ.in uer.ſic.agnationis in l.fi.C.de codicill.ubi Iaſ. nume.16.Corn.col.pen.in fin. ergo ſi uenientes abinteſtato grauaui hoc caſu uideor quodam modo teſtatus deceſiſſe.l.ſiquis cum teſtamentum,ibi,intelligitur enim.ff.iure codicill.& per hoc agnati de iure ciuili,cognati uero eodem gradu exiſtentes iure tantum prætorio uocantur,eſtq; neceſſaria bo.poſſ.unde cognati.Facit gloſſ.mag.in l.fi. de lihe.præt.C.gloſſ.mag.in l.ſi emancipati.C de collat.gl.mag. l.Gallus, §.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth.gloſſ.mag.l. ſi filius.ff.de minoribus.Sed contra, nam iure prtorio nunquam datur cõcurſus inter agnatos & cognatos,ſed agnatis demum excluſis cognati uocantur,in prin.inſt. de ſucc. cognato.§.qua parte.§.eos.§. liberi.§. uulgo.eod.Reſp. q aliquando concurrunt.§.placebat,inſt.de legiti.agna. ſucc. l.legitimis.ff.unde cog.replico q regulariter non concurrunt,& ſuperioribus caſibus.Iam agnati eſſe per capitis deminutionem deſierunt.Ad idem.§.admonendi.inſt.de hær. quæ abinteſt.ergo ſi iure tantum prætorio uocarentur cognati certe non concurrerent cum agnatis,ſicq; ad ſucceſſionem illius,qui uenientes abinteſtato expreſſim grauauit,ſoli agnati non etiam cognati uocarentur, licet omnes eodem gradu exiſterent.Idem etiam ſi cognati proximiorem gradum tenerent,quod ſatis defendi poteſt. Hæc oĩa citra argumentorũ ſtrepitum,& uariarum opinionũ relationẽ peregimus,ut ad altiora frequentioraq; pueniamus.

Et poſtquam uidimus quemadmodum,& quibus detur, ſupereſt ut uideamus quibus denegetur,uel ut excludatur ergo excluditur per gradus remotionem.l.1.§.hæc aũt, ff. unde cog.l.octaui.ff.eo.§.fi.inſt.de ſucc.cog.l.4.ti.13.par.6. Excluditur per maximam,uel mediam capitis diminutionẽ. §.q aũt inſt.de cap dim.l.1.§.filio. ff.ad Tertul. intellige de capitis diminutione ipſius ſuccedentis non patris eius,ut.l. fin.unde leg.ff. 8 *Bo.poſ.unde cogn.quibus caſibus ceſſet.*

Non excluditur ingratitudine.l. cognatis.ff.unde cog.

Excluditur tempore mortis, repudiande.l.2.§.ſpectandi,de ſm tab.ff.l.ſed cum patrono,§.fin.cum l.ſeq.de bon. po.ff.l.ſi ponas.§.fin.ff.de inoffi.teſtam.l.ſi quis filium,in fi. C.eod.tit.Ampliatio.not.ut l.octaui,in fin.ff.unde cog.

9 *Cognatio amiſſa an inſtauretur.*

Et cognatio amiſſa per ſeruitutem nunquam inſtauratur licet manumittatur,poſtea ille.l.is qui.ff.eod.ti.ubi glo. & gloſſ.in.princ.inſt.de ſerui.cog. nos contra utranq; per rationem.l.ſi ſeruus.§.1. de adim.leg.Fallit ut l.1.§.filio ad Tertul.ff.facit.l.filio quem.ff.de lib.& poſthum.

QVEMADMODVM TESTAMENTA APERIANTVR.

§ XVII.

1 *Teſtamentum ut aperiatur quid exigatur.*
2 *Teſtes ut cogendi.*
3 *Stylus curiæ ſeruandus.*
4 *Ignominia uitanda.*
5 *Teſtamentum an uacillet ſi unus ex teſtibus teſtamentarius ei contradicat not.q.*
6 *Inſtrumentum an ualeat, & ſi teſtes non noſcent contrahentes.*
7 *Cancellatio utiat teſtamentum ope tantum exceptionis, & cancellatum nuda uoluntate utres reſſumit.*
8 *Teſtes teſtamentarii ſi mortui ſunt quo tempore aperitur teſtamentum, utiatur teſtamentum.*
9 *Intellectus ad l.1.C.de teſta.§.ſi quis ex teſtibus inſt. eod.titulo.*
10 *Cancellatio ſcripturæ nocet etiam in teſtamento nuncupatiuo.*
11 *Inſtrumentum exemplatum quando faciat fidem.*
12 *Inſtrumentum exemplatum etiam a tribus tabellionibus non facit fidem.*
13 *Inſtrumentum,ut deducatur ex regiſtris.*
14 *Tabellionis ſucceſſor in officio eodem iure quo ille utitur in exemplandis inſtrumentis.*
15 *Tabellio poteſt protocolum ſuum alienare ſine cuiuſquã citatione.*
16 *Exemplandi forma.*
17 *Exemplatio an ex longo tempore facta præſumatur.*
18 *Exemplatum præſumitur factum parte citata poſt longũ tempus.*
19 *Tempus longum ſit ut præſumi extrinſecam ſolemnitatem.*

20 *Tempus antiquum facit præſumi ſolemnitates, quæ in ipſo ex ſui inſpectione non apparebant.*
21 *Tempus longum quid dicatur.*
22 *Inſtrumentum exemplatum facit ſemiplenam approbationem, cũ originale non poteſt haberi.*
23 *Exemplum approbat cum originale non poteſt haberi.*
24 *Inſtrumenta in iudicio producto ſi ex illo exemplum deducatur, ut remaneat apud acta. & originale ipſi præſentanti reddatur facit plenam fidem*
25 *Inſtrumentũ relatum ex integro in altero inſtrumento, facit fidẽ.*
26 *Inſtrumentum ſiue originale, ſiue exemplatum an faciat fidem in fiſci fauorem.*
27 *Inſtrumentum producens an omnia in eo contenta agnoſcere debeat.*
28 *Inſtrumentum præſentans in uno iudicio omnia in eo contenta fateri uidetur etiam quo ad alius iudicium & ſibi noceant.*
29 *Teſtem præſentans illum approbare uidetur, etiam quo ad aliud iudicium.*
30 *Confeſſio qualificata, an per Iudicem poſſit diuidi.*
31 *Fama ut probet in antiquis.*
32 *Famæ & gentium omnium ſententia, & opinio pro ueritate eſt in antiquis.*
33 *Inſtrumentum ex regiſtro alterius ſumptum, ut faciat fidem.*
34 *Inſtrumentum ut ualeat tria requiruntur.*
35 *Tabellio alteri committere non poteſt, ut ſcribat in ſuo regiſtro, etiã ex cauſa infirmitatis.*
36 *Protocolo ſcriptura non reperta non facit fidem.*
37 *Protocolum an ſignum & ſubſcriptionem deſideret.*
38 *Citatio neceſſaria in exemplatione.*
39 *Protocolo ſi quid extrahatur citatio partis cuius intereſſe poteſt facienda eſt.*
40 *Exemplatio ex protocolo, ut fiat iudicis authoritas requiritur.*
41 *Antiquitatis uis.*
42 *Exemplatio rite facta, an ex temporis diuturnitate præſumatur.*
43 *Subſcribens ſe ſcripturæ ab alio factæ, no cet ſibi ut ſi eam ſcripſiſſet.*
44 *Subſcribens ſe ſcripturæ ex interpretatiue uidetur eam ſcripſiſſe.*
45 *Fama ut probetur*
46 *Famam quia atteſtetur talem eſſe tenetur etiam non interrogatus reddere dicti rationem.*

QVIA deliberare circa adeundam hæreditatem ex teſtamento hæres non commode poteſt niſi aperto teſtamento, cognitiſq; his, quæ in eo ordinantur, ideo de acquirenda hæreditate cõtinuo acturi præmittimus titulum hũc teſtamentum ſit exitum habeant, ſicq; ut aperiantur, inſpiciantur, & deſcribã

1 *Teſtam. ut aperiatur quid exigatur.*

tur publice intereſſe uidetur. l. uel negare. ff. quemad. teſta. aperiantur, ideoq; non ſolum ad poſtulationem hæredum, ſed etiam legatariorum fideicommiſſariorum, & aliorum, qui in eo teſtamẽto, de quo agitur honorati fuerint, id peti poteſt, ut. ff. eod. tit. l. 2. & non raro accidit, ut non aliter hæredes ſcripti uelint hæreditates adire, quàm ſi prius cũ legatarijs, & fideicommiſſi, q̃ cæteris eo teſtamento honoratis tranſactiones fecerint, atq; etiam cũ creditoribus, arg. l. 1. ff. eod. tit. l. & ſuum. C. de pact. l. de his. ff. de tranſa. ſtat ergo concluſio, ut teſtamenta ad petitionem eorum, de quibus mentionem habuimus ſint aperienda, quod uarie intelligitur, prius quando præſto erant omnes teſtes, qui tale teſtamentum ſignauerant, quo caſu à prætore cogendi ſunt conuenire, & ſua ſigilla recognoſcere, uel ſe ſignaſſe negare d. l. uel negare, & l. cum ab eo, ff. quemad. teſtamen. aper. Deinde intelligitur, ut maior pars ſignatorũ adeſſe ſufficiat. l. ſed ſi maior, eo. tit. Tertio intelligitur etiã ſi nullus ſignatorum præſto ſit tuncq; coram uiris honeſtis aperiendum eſſet teſtamentum idq; ex cauſa l. 2. C. eod. titul. & l. ſed ſi quis ex ſignatoribus, eod. titu. quod autem diximus cogendos eſſe ſignatores conuenire, & ſignacula ſua recognoſcere, in intelligendum eſt dummodo præſentes ſint. nam ſi abſint teſtamentum ad eos mittendum eſt, ut illud recognoſcant ne à rebus ſuis auocentur, idq;, & in omnibus teſtibus generale, & uſibus forenſibus receptiſſimum, & frequentiſſimum eſt, & ita temperatur, ac d claratur rigor illius tituli de teſtibus cogendis, ita probatur in d. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. Quarto intellige, ut procedat etiam in tabulis pupillaribus, niſi ſeorſum a patrnis cõſcriptæ fuerint, uel teſtor expreſſim eas aperiri uſq; ad certum tempus uoluerit, l. pupillares, ff. eod. tit. & ibi. l. ſi mulier. Quinto intellige etiam in codicillis non aliter, que in teſtamento. l. fina. C. od. tit & l. ſicut codicilli, eod. Sexto intellige, ut hæredi hac de cauſa pro tabulis teſtamenti detur rei uendicatio, non ſecus, quàm pro reliquis rebus hæreditarijs. ff. eod. tit. l. ipſi tamen. Septimo intelligẽ, ut & ſupra attigimus id obtinere non ſolum ad hæredis, ſed etiam ad legatariorum, uel fidecommiſſariorum petitionem. Octauo intellige procedere etiam ſi quis plura teſtamenta ad ſe ſpectantia aperiri deſideret. l. 2. §. ſi plura, ff. eod. tit. Nono intellige, ut procedat etiam ſi non ſint tabulæ teſtamenti, ſed iudicium teſtantis in alia quãuis materia deſcriptum fuerit. l. 2. §. 1. ff. eod. Decimo intellige, ut ſi tabulæ teſtamenti ſint apud tertium eſt ille compellendus, quod ſi neget apud ſe eſſe agetur cõtra eum ad exhibendum d. l. 2. §. fin. Vndecimo intellige ut ſubueniatur legatarijs, & reliquis ſi tabulæ teſtamenti ſint ſubreptæ, uel perierint, cum re uera extiterint aliquo tẽpore. l. ſi in duobus. §. fin. ff. eod. titulo. Limita niſi iuſſu teſtantis, uel ab eo inciſæ fuerint. l. cancellauerat, ff. de his, quæ in teſt. debentur, quod obtinet niſi furore correptus id fecerit l. fina. ff. de inu. rup. Duodecimo intellige, ut etiam ſi teſtamenti exemplum ſit pateſactum adhuc ipſum teſtamentum aperiendum ſit. l. fin. ff. de teſt. authen. ſi quis in aliquo documento, C. de edẽdo. Terciodecimo intellige, ut de his quæ tali teſtamento relicta eſſent tranſactiones fieri nequeant niſi aperto teſtamento, cognitis inſpectiſq; eius uerbis d. l. de his, ff. de tranſa. l. 1. §. pen. ff. quemad. teſta. aperian. Quartodecimo intellige ut procedat ſi tq; teſtamenti pateſactio, ſecundum leges moresq; illius loci ubi aperitur. l. 2. C. eod. tit. ubi, ſecundum leges moresq; locorum, quæ lex argumentum eſt, ut cuiuſq; curiæ, aut tribunalis ſi ſtylus ſeruandus, qua de re alibi. Quintodecimo intellige etiam ſi unus ex ſignatoribus neget ſigillum ſuum ſe agnoſcere fiet enim adhuc teſtamenti pateſactio, & ſi per hoc ſuſpectam reddatur, ut. ff. eod. tit. l. 1. in fin.

2 *Teſtes ut cogendi.*

3 *Stylus curie ſeruandus.*

Limita ut non aliter ad teſtamentũ aperiendũ inſpicien dũ, & deſcribendũ iudex pceda, niſi pſtito iuramento de calũnia ab eo, qui id fieri expoſtulat. l. eius. C. quemad. teſt. ape. Deinde limita, ut ſine die, & cõſule ne qd falſitatis fiat aperiat, ut ibi, & l. 2. §. dié. ff. eo. tit. Tertio limita ut nõ aperiat ea pars teſtamenti, q̃ ad ignominiã alicuius ſpectare dicebat d. l. eius facit. l. ſed eſt q̃ſitũ. ff. ad Treb. qd intelligo qñ ea ignominia nihil ad teſtamentũ pertineret arg. l quæ extrinſecus, ff. de uerb. oblig. non ſic ſi pertineret, quale eſſet in filij exhæredatione, utcũq; turpis cauſa expreſſa eſſet arg. l. & ſi pepercit in prin. ff. de lib. & poſt. auth. ut cum de app. cog. §. cauſas, l. ab exhæredati, ff. delega. 1. l. Papinianus, in prin. ff. de inoffi. teſt. l. cũ quidã, C. delega. Quarto limita, ut ea pars teſtamẽti nõ aperiat quã teſtator expreſſim aperiri uetuit, ut d. l. eius, & §. ſin aũt formidoloſus, inſt. de pupil. ſubſti. Quinto limita ẽt ſi tacite aperiri, phibuiſſet arg ff. quẽad. teſt. aper. l. pupillares, cũ l. ſeq. Sexto limita ut ſi unus neget ſe poſſe ilico teſtamẽtũ exhibere nõ fit pcipi tãdus, ſed tps comodũ ei ſit cõcedẽdũ, ſicq; & ſi pateſactio fiet non tñ ſine aliquo interuallo. l. 2. ff. eo §. utrũ aũt. Septimo limita ut ſi duobus exẽplarijs factũ fuerit teſtam. altero pateſacto alterius apertura ceſſet cum prior ſufficiat. l. ſi in duobus in princ. eo. tit Idq; rõne ſuperfluitatis uitãdæ arg. l. nõ cogendũ. §. Sabinus. ff. de pcurat. l. hoc ſtipulatio. §. diuus. ff ut lega. no. cau. unde & ſi qs fecerit teſtam. & exẽplũ poſt teſtamenti pateſactionẽ ceſſat exempli apertura. l. ſi. ff. quemad. teſtamen. aper. Octauo limita ſi ſui natura tabulæ aeertæ ſint d. l. ſi in duobus. §. ſi ſui natura. Nono limita ut teſtamentum pateſactio ceſſet donec certum eſſe cœperit mortuũ eſſe teſtatorem. l. 2. §. ſi dubitetur. ff. eod. titu.

4 *Ignominia uitanda.*

Illud

5 *Testa. non tollet si unus ex testib. testamentarijs ei contradicat nota.*

Illud autem notandum est quod ut supra incidenter attigimus, † si unus ex testibus cõtradicat testamento, eius fidem facit uacillare: ut uidetur probare l.1. ad fin.ff.quemadmodum testamen.aperi. tenet Corneus consi. 232. num. 1.lib.1.& consi.319.num.20. eodem libro per Alexã. Corneum & Iaso.in l.1.C.de testamen. id quod generale est in omni instrumento publico, ut si unus ex testibus in eo adhibitis ei contradicat, eius fidem eneruet, aut uacillare faciat, ut tenet Ioannes Faber in §. Item uerborum, colũ.8. inst.de inut.stipul.Bal.in c.1.de controuer. inuest. in feud. Boerius decis.118.& præsuppono aliam quæstionem, nume.12. Corneus in consil.supra allegatis, Socinus consil.2. numero 9. libro 3. & hæc pars uerior est, licet contrariam partem tutiorem esse contendant quam plures nostrorum ut diximus supra lib.1.qui huius operis septimus est.§. 7.num.29.

6 *Instrum. an uideat, & si testes non essent conuenti.*

Quid † autem si ille testis negaret se noscere testatorem aut nouisse, an testamentum eneruetur? uidetur quòd non: quia ad ualiditatem instrumenti necesse non est testes ut noscerent contrahentes, ut uult Bald. in rubr.de fide instrum. col.2. post Nicol.de Matta.quem ipse refert tenet Boerius decis.118. num.4. Sed in contrarium facit.l.si unus,C.de testamen.& l.si non speciali,eod. titulo, ubi oportet quòd testes testamentarij ipsum testatorem dum testatur uideant, ut utrobique tradunt communiter Doctores, ergo non possunt non cognouisse testatorem facit.l.fin.§.quòd si ignarus, ibi, testibus uidelicet qui hæredem cognoscant. C. de iure de lib. Tu considera tria tempora, tempus ante testamentum, & tempus ipsius testamenti facti, & tempus post factum testamentum, ante testamentum necesse non est ut testes noscerent testatorem, tempore quo testabatur necesse est ut eum uiderent, sicq; ut eum cognoscerent, post testamentum si ab eorum memoria decidit testator (quod non ratio fit, est enim labilis hominum memoria ut habetur in l. perægre. ff. de acquir. poss.) non per hoc uitiaretur testamentum, etenim ut sigilla sua non ut testatorem recognoscãt testes iubentur. Fallit in instrumento inuentarij per d. §. sed si ignarus.

7 *Cancellatio uitiat testa. ope tantum exceptionis, & cancellatio nuda uo lentate uires resumit.*

Denique † cum aperitur testamentum si reperiatur cancellatum uitiatur ut in l. cancellauerat, & per totum.ff.de his quæ in testa. delentur. Intellige quòd ope tantum exceptionis non etiam ipso iure uitiatur, ita tenent gloss. Barto. Alberi. Angelus & alii communiter in l.1.ff.de his quæ in testam. delentur, unde non minus utiliter quam nocue dicebam, quòd si postquam testamentum testator deleuit aut cancellauit pœnitentia ductus cum eodem testamento decedere noluit, conualescet illud testamentum, nec omnia ex integro facienda erunt, arg l.qui ex liberis. §.testamento, ff.de bonorum possess. secundum tab.§. non tamen, inst.quibus mo.testa.infir. per quod egregie limitatur.l.hæredes palam.§.sed si notam, & in princ.ff.de testamentis, in re autem dubia id testamentum cancellatum a quo uideatur uitiatum dixi de succ.crea.lib.2.nu.60.§.17. qui est in uersi.deinde & 24.

8 *Testes testamentarij si mortui sunt quo tempore aperitur testa. utiatur testam.*

In summa † si testes testamentarij quo tempore aperitur testm̃ mortui sint eneruatur testm̃ ut est communis opinio quam tenet glo in l.2.ff.quemad.testa.aper.in uerb. publicum.& ibi Bar.Bal.Ang.& Imo.gl.in l.publicari.C.de test. & gl.1.in l.1.eo.ti.ubi Bar.Bal.Ang.& Sali.opp.3. & Corn. & plenius Ias.per l.1.§.duæ autem causæ.ff.de carb edicto. gl.in l.2.& ibi oẽs Doct.C.quemad.testa.aperiantur,Boer. deci.118.& præsuppono,nu.24. Deniq; si testamẽti aperiẽdi tpe duo uel plures testes eorum qui in eo adhibiti fuerunt detegantur esse serui, licet pro ingenuis haberentur, uel fœminę. licet pro uiris reputarent, puto testm̃ eneruari arg.per locum ab speciali in l.1.C. de testa.§. si quis ex testibus, inst.eod. ti. quia ratione & in reliquis omnib. quarũbps quę in testibus desiderantur quæq; enarrauimus ad finem.ff.de succ.crea lib.2.idem crederem.

9 *Infell.l.1. C. de testa. §. si quis ex testibus inst. eod.tit.*

Ad hæc † quo casu unus ex testib. testamento adhibitis seruus erat, qui tamen liber reputabatur & si testamentum ualeat dubium tamen est an quo tempore aperitur testamentum probari possit per talem testem mouet quæstionem quòd seruus in iudicio testimonium dicere nequit l. quoniam liberi. C. de test. l.1.§. duæ. ff. de Carbo. edi. Et quòd per talem testem testamentum probari non possit, tenent Accursius Iacobus Butriga. Rayne.Bar.Fulgos.& Roma.in lege prima.C.de testamen.quos improbat Ias.ibi.nu.7.quasi parum esset testamentũ ualere si postea probari non posset,& sic effectu cariturum esset. Verum is intellectus tueri potest non in eleganter, nam & si testamentum regulariter non possit probari nisi per testes in eo adhibitos, fallit tamen in non paucis speciebus, ut notatur in l.2.C.de bonorum possess. secundum tabulas,& probatur in l.ad testium.§.fi.ff. de testibus tradunt plene Alexand.& Ias.in l.1.ff.de lib.& posthum. diximus de successionum creatione, lib.2.§.11.nu.17. sic ergo & in specie nostra cum id testamentum subintelligatur ex benignitate d.l.1.C. de testamen.§.si quis ex testibus.inst.eodem titulo.par est, ut defectus illius testis seruilis aliunde suppleri possit, sicq; si alius homo in eo testamento non adhibitus de tenore testamenti testificetur eius interuentu supplebitur defectus testis seruilis. Amplius etiam si neque per alterius testis interuentum, neque per ipsius testis attestationem id testamentum probaretur, sed tantum per reliquos sex testes, id ut nobis uidetur sufficeret, & in hoc consistit benignitas, & dispensatio, de qua in d.l.1.& in d.§.si quis ex testibus, argumen.in simili in l.Barbarius.ff.de offi.prætor. & quia necessitas caret lege l.ut gradatim.§.1.ff.de mune. & honor.l.fideiussor.§ si necessaria, ubi multa per Ias.ff. qui satis dare cogantur, id quod iustificatur ex his, quæ diximus supra de successionum creation.§.24.nume.5.& nume.3. & nume.2. lib.tertio.iunctis his, quæ edocemur ibi lib.secundo.§.88.

10 *Cancellatio scripturæ non cet etiam in testa. nuncupatiua.*

† Denique si quo tempore aperitur testamentum etiam si non in scriptis, sed per nuncupationem factum sit, reperiatur scriptura de illo testamento nuncupatiuo confecta deleta, uel cancellata uitiatum uidebitur testamentum, quãuis nulla scriptura egeret, ut singulariter tenet Paul. Castr.in l.fin.ff.de his, quę inteist.delen.quãuis contrarium sentiat Bald.ibi.unde descendit egregia declaratio, & ampliatio ad totum illum titulũ.ff.de his, quæ in test.delend.

Iuxta superiora occurrit quæstio ex facto. Quoddam testamenti exemplum post longum tempus producitur, & non originale erat, sed exemplum, iudicis authoritate extractum, non tamen ijs quorum interfuerat citatis, & originale reperiri non poterat, quia tabellio coram quo factum fuit iamdiu decesserat, quærebatur, an si testium quidam tale exemplum etiam probassent uires haberet, & in eius fauorem adducebantur multa, & etiam contra illud non pauca dicebantur, nam etiam si fama erat id testamentum factum fuisse tamen in re magni prę-iudicij ex aduerso id sufficere negabatur, & in primis.

11 *Instrumentum exemplatũ quando faciat fidem.*

† Instrumentum non originale non facit fidem, uulgaris est text. in lege procurator, & in authen.si quis in aliquo documento. C. de edendo, lege secunda. ff. de fide instrument. lege Pomponius, in princip. ff. famil. erc is, cum sua gloss. Ratio ponitur per gloss. in dicta authentica si quis in aliquo documento, & in allegata lege secunda.ff. de fid. instrumen. uel potest reddi alia melior ratio, quia notario non creditur nisi de his, de quibus rogatus fuit à partibus in authentic. de tabellionibus. §. nos autem, columna quarta, sed ita est, quòd rogari non potest nisi de his, quæ fiunt à parentibus coram eo, ut declarat Bartol. in dicta authentica si quis in aliquo, in secunda columna, sed notarius, qui exemplat instrumentum non fuit rogatus de contentis in instrumento, quod exemplatur, igitur non potest attestari notarius, nec suum exemplum facit fidem, cum non fuerit rogatus, est communis omnium conclusio legistarum in dicta authentica si quis in aliquo textus, & Doctores in capit.1.de fid. instru.

12 *Instrumẽtũ exemplatum*

Sed † quid si essent duo, uel tres notarij, qui id attestarentur, an sufficeret? Respondeo, nec ob id, quòd

etiam à tribus tabellionibus non fit fidem.

ſint tres, uel quatuor notarij, qui atteſtantur dictum tranſumptum, quia non ideo magis fidem faciunt, quam ſi eſſet unus ſolus, ut not. Speculator in titulo de inſtrumen. edi. in §. oſtenſo in uerbo. ſed nunc creditur, quem ſequ tur Bartolus in allegato. authent. ſi quis in aliquo, in 2. colum. tenet Paul. de Caſtr. in d. authen. dicens, quòd etiam ſi hoc atteſtarentur uiginti notarij non ſufficiunt, & ibi dicit quòd hæc eſt cõmunis opinio, tenet Bal. in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. in pen. q. ff. de edendo. tenet Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in tit. de ſententijs. in §. ut autem in additione, quæ incipit ſupple. tenet Anton. de Butrio, in c. 1. de fide inſtrumen. 3. colum. niſi tale exemplum extrahatur ab originali iudicis authoritate, & parte citata, ut traditur in prædictis locis communiter per Doctores ſupra allegatos.

13 *Inſtrumentum, ut deducatur ex regiſtro.*

Denique † in hac quotidiana materia dic quòd forma exemplandi ponitur in c. cum P. tabellio. de fid. inſtrument. ubi textus inquit ad petitionem eorum ad quos pertinet authoritate ordinarij iudicis poteris ea fideliter in publicam formam redigere habitura per hoc perpetuam firmitatem. Bart. in l 1. §. ſi quis duobus. ff. de bono poſſ. ſecundum tab. & obtinet hoc ubi notarius non erat hæres, nec legatarius, nec donatarius dicti tabellionis defuncti rita q; nullo titu. ſucceſſit in regiſtro ſed aliquo modo ad eũ peruenerunteius protocola, † nam alias ſi talis notarius titulo hæreditario, aut alio ſucceſſit in eius regiſtro, abſque iudicis authoritate ad edendum poſſit compelli ſicut poterat defunctus hoc probatur aperte in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. & in l. quædam. §. nihil & ibi Bar. ff. de edend. & ibi Angelus, quibus aſſentit Abba. in d. c. cum P. tabellio. 2. col. uidetur enim ſibi tunc à lege commiſſum, ut inde ſummat, & conficiat publica inſtrumenta abſq; iudicis authoritate, ut Bartol. inquit per illum text. in d. l. ſi quis, in fin.

14 *Tabellionis ſucceſſor in officio eodem iure quo ille utitur in exemplandis inſtrumentis.*

15 *Tabellio põt protocolum ſuum alienare ſine cuiuſquam citatione.*

principii † cum à iure permittatur tabellioni legare protocola ſua, imo uiuus donare, ut eſt caſus notabilis in d. §. nihil. licet Bald. & Paul. in d. §. nihil. & Speculator, de inſtrumen. edi. § oſtenſo, uerſic. quid ſi aliquis Tabellio, utroque caſu requirant iudicis authoritatem uerum eſt, quòd aliqui ſcribentium addunt unum aliud, ſcilicet quòd in hoc caſu interueniat citatio illorum quorum intereſt cuius opinionis fuit Hoſtien. in d. c. cum P. tabellio, per c. Alber. & c. ſignificauit, de teſtibus, &c. Sed ad hoc dupliciter reſpondetur. Primo quia Abba. in d. c. cum P. Tabellio. 2. col. dicit hoc iure non probari iſto caſu eſſe neceſſaria citatio, imo, quòd non ſit opus citatione probatur in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. in l. quædam. §. nihil, nec dicta iura allegata per Hoſtien. obſtant, quæ ſecundum eum loquuntur alio caſu, ſcilicet quando inſtrumentum exemplatur non à protocolo, ſed ab originali, quo caſu ſubeſt magnum periculum, cum ſtetur exemplato, ſicut originali, nec poteſt detegi falſitas, quod ceſſat ubi exemplatur à protocolo, ad quod ſemper poterit recurri, ut in cap. quoniam contra de probatio, & ſic Speculator. in §. oſtenſo. uerſicul. qualiter, de inſtrumen. edi. dum requirit citationem loquitur quando exemplatur inſtrumentum, ſed non à protocolo, ſecundum eum, fatetur tamen. quòd in commiſſione generali, quæ notario fieret per iudicem ad ſumenda inſtrumenta ex regiſtris notarij defuncti, cautum eſſet facere citationem generalem, ut compareant ad contradicendum hi, qui putant ſua intereſſe, ſed in qualibet authenticatione ſpeciali non eſſet neceſſe partem citare, ſecundum eum, & ſic reſidet. Idem firmat Bald. in d. l. quædam. §. nihil dicens, quòd requiritur commiſſio iudicis ad extrahenda inſtrumenta ex regiſtris notarij defuncti, & interdum etiam hoc conſueuit committi per ſtatutum laicorum, ſubdit ad propoſitum, quòd ſi per ſtatutum hoc committeretur generaliter tunc inſtrumentum ſumptum ex regiſtro faceret fidem, licet pars non citetur, quod contingit propter officium commiſſum, ſicut ab ipſo principio non requiritur citatio partis in confectione inſtrumenti. refert ſic tenere Ioann. Andræ. in addi. in dict. cap. cum P. tabellio. eandem concluſionem firmat in authen. ſi quis in aliquo quarta column. C. de edendo, unde Hoſtien. † quem refert Abb. in dicto capit. cum P. quarta columna ponens formam ſubſcriptionis quam debet facere notarius qui conficit inſtrumenta ex regiſtris notarii defuncti, refert ſic dicere debere, Ego talis tabellio ſupra dictum inſtrumentũ de uerbo ad uerbum ſubſcripſi de nota talis tabellionis mortui, qui ipſum manu propria quam bene noui ſcripſerat, & hoc de mandato talis iudicis quo ad ſubſtantiam nullo addito, mutato, uel traſportato & in publicam formam redegi, & meum ſignum appoſui & quædam. l. partite quæ eſt. 2. part. tit. 18. l. 55. incipit enfermedades. loquendo in eo qui ſuccedit in regiſtris notarii defuncti ſeruatis quibuſdam de quibus ibi fit mentio, non requirit citationem neq; de ea aliquam mentionem facit † & ſi hoc ponatur in dubium ex antiquitate inſtrumenti ſatis uidetur præſumi dictam citationem & alias ſolennitates neceſſarias præceſſiſſe. & ſuper hoc multa ex diuerſis iuris principijs adduci poſſent ad probandum ex antiquitate temporis præſumi ſolennitatem interueniſſe. tamen his cauſa breuitatis omiſſis ad propoſitum facit l. ſi filius. C. de peti. hæred. l. ſi arbiter. ff. de probatio. text. cũ gl. in c. peruenit. de empti. & uendi per quæ hoc probatur. Faciunt ad hoc punctualiter auctoritates illuſtrium doctorũ quaſi in terminis hoc affirmantium & primo authoritas Hoſtien. in c. Albericus, de teſtib. qui tenet q; licet in publicatione inſtrumenti requiratur citatio, tamen ſi factũ eſt antiquum tunc præſumũtur omnia ſolenniter facta. eſt uerum quod Abb. ibi fortiter & audaciter ſe opponit contrarium tenens, ſed opinionem Hoſtien. ſequitur ibi Ioa. Andr. Domin. Anto. Bal. & Ioan. de Imol. imò quia ſolennitas debita præſumit interueniſſe in dicta publicatione inſtrumenti † ubi eſſet lapſum longum tempus propter difficultatem ipſam probandi ita Florian. de ſancto Petro. in l. 2. ff. de fid. inſtru. inquit q; ſi producatur inſtrumentum lõgo tempore ſumptum ab originali licet non appareat de citatione partis, tamen præſumitur partem fuiſſe citatam allegat Ioan. Andr. in d. c. Albericus. unde † licet ſolennitas extrinſeca non præſumatur l. quocunque. §. fi. ff. de publici. tamen ſecus eſſet ubi factum eſſet ualde antiquum ſecundum Angel. in l. ſciendum. ff. de uerb. oblig. per d. l. ſi filius. C. de peti. hæred. Idem tenet Barto. quem alii Moderni ſequuntur in l. qui in aliena. in prin. ff. de acqu. here. accedat caſus ſingularis in l. ab ea parte. ff. de proba. ubi Iuriſconſultus inquit quòd emancipatio præſumitur recte facta, quem tex. ualde ponderat Anto. in c. quoniam contra. de proba. ad hoc quòd decretum interpoſitum per uiam uolũtarie iurisdictionis præſumitur ex iuſta & uera cauſa interpoſitum, & quòd omnes ſolennitates in eo requiſitæ interuenerunt, & dicit Anto. quòd ille tex. non reperitur ad hoc alibi ita de facili, Idem in c. ſicut. de re iudica. hoc ſequitur Bal. in l. quæcunque. C. de bon. quæ liber. & in l. fin. C. de præd. minorum & in lege ſi præſes. C. quomodo, & quando iudex. & in aliis locis hoc firmant ſcribentes probatur in lege ſecunda, uerſicul. quod non arbitramur. C. de offic. iudic. & in cap. accepimus. de ætate & qualitate, ibi, quos ſine examinatione non credimus ordinatos. Vnde eleganter Petrus de Anchar. requiſitus de conſilio circa aliqua uidens diuerſitatem ſcribentium ſuper illa quæſtione ſcilicet † utrum præſumatur pro decreto quando, in inſtrumento decreti non ſunt relatiue enunciatæ ſolennitates requiſitæ in decreti interpoſitione concludit, quòd quando inſtrumentum decreti eſſet antiquum præſumitur pro decreto, dato quod in eo non ſint enunciatę ſolennitates, ita conſuluit ipſe in conſilio 130. incipit ex conſilijs excellentium doctorum per dictã le. ſi filius. Idem firmant Anto. & Imol. in cap. ea noſcitur. de his quæ fiunt a prela. ſine conſen. capit. & hoc modo limitanda eſt illa doctrina Bald. ab eo poſita in lege ex his, C. de teſtamen. milit. & aliis locis ubi tenuit quòd tunc præſumitur pro decreto, quando in inſtrumento decreti ſunt enunciatiue relatę ſolennitates per gloſſ. in lege 1. C. de

16 *Exemplãdi forma.*

17 *Exemplatio an ex longo tempore facta præſumatur.*

18 *Exemplatũ præſumitur factum parte citata poſt longum tempus.*

19 *Tempus longũ facit præſumi extrinſecam ſolennitatem.*

20 *Tempus an tuũ facit præſumi ſolẽnitates q̃ in ipſo ex ſui inſpectione nõ apparebant.*

prima. C. de fide inſtrumentorum & iure haſtæ fis. lib. 10. nam illud eſt uerum niſi inſtrumentum eſſet antiquum, quia tunc præſumendum eſt pro decreto etiam ſi in inſtrumẽto non ſunt enunciatæ ſolennitates ſecundum prædictos doctores. Accedat prædictis ad propoſitum. Franciſ. de Aret. conſil. 36. incipit caſus talis eſt, ubi loquendo in exemplatione antiqua alicuius inſtrumẽti uidetur cõcludere, quòd probet, quamuis non appareat de commiſſione iudicis, & regulariter † longum ſeu antiquum tempus ad dictam præſumptionem inducendam cenſetur decennium ſecundum plures ex ſupra dictis in locis ante allegatis per dictam legem ſi filius, & ibi gloſ. quod eleganter intelligit Imola in dicto capitulo, peruenit, ubi tractaretur de modico præiudicio, tamen ſi ex dicta præſumptione ageretur de graui præiudicio alterius tertij oportet eſſe decurſos triginta annos ad hanc præſumptionem inducendam per illum textum cum gloſ.

21 *Tempus longũ quid dicatur.*

22 Præterea † quandocunque originale non poteſt haberi, ut in caſu præſenti exemplum facit ſemipl. prob. glo. eſt in lege ſicut iniquum. C. de fide inſtrumen. quam commendat Bald. in lege admonendi. ff. de iure iurand. & per Angelum de Aretio, in §. 1. inſtitu. de legit. patrono. tute. Idem Alexan. in dict. authentic. ſi quis in aliquo. penultim. colum. C. de eden. & per Angel. ibidem.

Inſtrumentum exẽplatum facit ſemiplenam probationẽ, cũ originale, non poteſt haberi.

23 Hoc † amplius ſi originale non poteſt haberi ſemper creditur exemplo tenet Bald. in lege publicati. 8. queſtione. C. de teſtament. pro qua deciſione eſt gloſ. quam ipſe ibidem allegat in lege chirographis. in princip. ff. de adminiſt. tutorum, rationem aſsignat ibidem Bald. quia ex quo iſtud exemplum fuit habitum a parte & non uult oſtendere originale facit fidem exemplum contra ipſum.

Exemplum probat cum originale non poſſit haberi.

24 Quinimo † ſi originale fuit præſentatum, & fuit regiſtratum in actis fidem integram facit tenet Hoſtien. & alij Canoniſtæ in capitulo, quoniam contra, de probation. tenet Barto. in lege chirographis, in princip. ff. de adminiſtr. tuto. Idem Bart. in lege fina. C de fide inſtrument. & eſt text. qui hoc probat in lege eos. §. ſuper his, in uerbo exemplo. C. de appellation. tenet Baldus in lege geſta. C. de re iudicata, imo ex tali exemplo poteſt ſumi aliud exemplum, quia dicitur originale & facit integram fidẽ notab. deciſio Bald. eſt in lege, noſtram. C. de teſtamen.

L. inſtrumento in iudicio producto ſi ex illo exẽplum deducatur ut remaneat apud acta, & originale ipſi præſentanti reddatur facit plenam fidem.

Nec obſtat tex. in l ſancimus. C. de diuer. perſcrip. nam ille text. loquitur in exemplo exempli quod eſt diuerſum a caſu noſtro, nam in præſenti loquimur in exemplo ſumpto ex orginali authoritate iudicis, quod facit plenam probationem, ita tenet & intelligit Baldus referendo Cynum, in dicta lege, ſancimus, ubi allegat l. fin. C. de fide inſtrum. imo regiſtrũ legitime exemplatum habet uim originalis, licet nõ ſit originale, tenet Bald. ibidẽ. & tenent Canoniſtæ in c. cum in iure. de offi. de lega.

Sed † certum eſt, quòd ſi in aliqua ſcriptura 25 continetur alia ſcriptura, illa talis ſcriptura facit fidem, text. eſt ſecundum unum intellectum, in lege, in teſtamento, in princip. de condition. & demonſtra. tenent Angelus in lege, ſi donatio. C. de donatio. ubi quòd quando relatio fit per eum qui de ſe poteſt principaliter de nouo diſponere, tunc non eſt neceſſe conſtare de relato, ergo inſtrumentum uel exemplum ipſius in quo fit mẽtio, probat, ita tenent Moderni in authentic. ſi quis in aliquo documento. C. de edendo, per quod limitatur dicta authent. tenet Dynus in lege, ex hac ſcriptura. ff. de donatio. quem refert Alex. de Imola in addditio ad Bal. in d. l. ſi donatio. tenet Bar. in l. admonẽdi. in 5 col ff. de iure iurã. Idẽ Bal. in l. in ciuile. ff. de legibus. Ang. & Imol. in l. ſciendũ. in prin. ff. de uer. obli. quotidie in uſu eſt.

Inſtrumentum relatum ex integro in altero inſtrumento facit fidem.

Denique † in fauorem fiſci exemplum ſiue originale facit fidem tex. eſt in l. in fraudem. §. nec. ff. de iure fiſci, probat tex. in quantum dicit quòd fiſcus actorum ſuorum exempl. non poteſt edere in ſui præiudicium, ergo illa exempla faciunt fidem alias ſuperfluè ponerentur per iuriſconſultum Paulum il la uerba ſi nihilum operarentur cõtra tex. in §. quibus. in prima conſtitutione. C. ita in terminis tenet Ang. in auth. ut ſponſa largitas. §. hoc inſuper Anto. de But. in d. c. 1. de fide inſtrum. 26 *Inſtrumentum, ſiue originale ſiue exẽplatum an faciat fidem niſi fauorẽ.*

Et † producens inſtrumentum ita ritè exemplatũ 27 poteſt ſibi nocere, cum producens inſtrumentum de iure uideatur confiteri omnia in eo contenta etiam contra ſe, & ex ipſo poteſt condemnari, tenet Bart. in l. poſt legatum. ff. de his quibus, ut indigni. 2. col. tenet Bal. in l. ſcripturæ. C. de fide inſtrum. & in l. cũ precum. ad fin. C. de libera. cauſa. tenent Innocen. & alij Canoniſtæ in ca. cum uenerabilis. de exception. & in cap. cum alij de cenſ. † Imo talis confeſſio etiã 28 facta in alio iudicio præiudicat confitenti in iſto, ita tenent Innoc. & Anton. de Butr. in cap. per inquiſitionem de electione. tenent Bar. & Cynus in auth. item poſſeſſor. C. qui potior. in pignor. habean. & notatur in l. is apud quem. C. de edendo, & hoc per regulam legis generaliter. C. de nõ numerata pecunia, & in cap. per tuas. de proba. Qua de re quam quotidie uſu forenſi habemus plura per doct. ubi ſuprà. & per Aymonem in conſuetu. Aluer. glo. des ſucceſſios titu. 12. artic. 50. in fi. Iaſ. in l. 1. §. editiones. ff. de eden. & in l. certi conditio §. ſi numos, col. 8. ff. ſi certum petatur Alexan. conſi. 87. col. 1. lib. 1. & in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. col. 2 ff. de uerborum obligat. Felin. in cap. cum uenerabilis. colum. 5. de except. & Iaſ. in d. §. editiones. col. fin. & Aymon, ubi ſuprà aiunt † q 30 teſtis à me productus uidetur à me approbatus etiã in alio iudicio, ubi etiam attingunt an iudex qualificatam confeſſionem diuidere poſſit, ut & Bar. in l. Aurelius. §. idem queſiit. ff. de lib. leg. eRdeundo ad 31 q. prin. facit, quia † fama cum aliis adminiculis probat in antiquis cap. ueniens. & ca. præterea. de teſti. cap. cum cauſam, de probat. Hoſti. in cap. inter dilectos, de fide inſtru. & Abb. ibi in 5. col. in ſecunda oppoſitione uerſi. ſecundo perpetuo nota. & ad propoſitum iuuat concluſio Bal. in l. cum ſuper. C. de rei uend. ubi dicit illam legem facere ad queſtionem nobilium qui prætendunt antiquiſſimum ius patronatus, & non poſſunt probare ullo modo quomodo deſcendunt per matrimonia ſucceſſiua & alia, nam ſufficit ſecundum eum quòd talia antiqua facta probentur per indicia, & famam l. indicia. C. de rei uen. ideo ſecundum eum ad ſeruãdũ ius patronatus multum ualet antiquiſſima poſſeſſio, quæ habetur pro titulo l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti. Idem ipſe in l. conuenticula penult. columna de epiſcopis & cler. dicens † quòd in factis multum an 32 tiquis opinio generalis habetur pro ueritate, ita ut nõ ſit neceſſaria alia probatio ſi eſt uniformis apud omnes, unde dicebat quidam Cardinalis ſecundum eum quòd licet eccleſia non habeat inſtrumenta de ciuitatibus ſuis, ſi tamen habet generalem opinionem præſcriptam apud omnes, ſufficit eccleſiæ pro plena probatione, alias non poſſet probari quòd Cęſar fuit Imperator. Idem ſingulariter Bald. ipſe in authen. quas actiones ad fin. de ſacroſan. eccle. qui loquitur in materia probandi ius patronatus antiquorum. facit l. ſi arbiter. ff. de probat. & in cap. quid per nouale de uerbor. ſignific. & glo. notab. hoc tenet in l. atque natura. §. cum me abſente. ff. de nego. geſt. & facit l. in ſumma. §. idem ab eo. ff. de aqua pluui. optime Bal. in l. proprietatis dominium. C. de proba. & ſingulariter loquit Inno. in c. ueniens, de uerb. ſig ſed in ꝓpoſito fama antiqua erat ꝓbata, ergo &c.

Inſtrumentum pro ducens an omnia in eo contenta agnoſcere debeat.

Inſtrumentum præſentans in iudicio omnia in eo contenta fateri uidetur quo ad aliud iudicium licet ſibi noceant.

Teſtem præſentãs illum approbare uidetur etiã quo ad aliud iudicium.

Confeſſio qualificata an per iudicem poſſit diuidi.

Fama ut probet in antiquis.

Fame & gentium omnium communis op. pro ueritate eſt in antiquis.

33 *Inſtrumentum ex regiſtro alterius ſumptum ut faciat fidem.*

Redeundo ad q. de inſtrumento teſtamenti contra illud adducebatur. Primò † quia ad hoc ut inſtrumentum per alium tabellionem ſumptum ex regiſtro alterius fidem faciat, plura requiruntur. Primum requiritur quòd ſit regiſtrum tabellionis defuncti, & ad eſſe regiſtri requiritur quòd manu propria tabellionis defuncti eſſet ſcriptum regiſtrum, ut tenet Bald. in rubrica de fide inſtrum. in 7. colum. ubi hæc uerba dicit, † tria ergo ſunt quæ per alium, quàm per ipſummet tabellionem fieri non poſſunt; primum eſt audire, & intereſſe, ſecundum eſt protocolum ſcribere, tertium eſt ſubſcribere & ſignare, hæc idem dicit Angel. in authen. de tabellio. 4. col. tenet Speculator in titulo de inſtrum. edictio. §. oſtenſo, uerſic. illud quoque iſtud idem dixit Bal. in l. una. §. nec autem. C. de caduc. tollen. 3. col. iſtud & concludit Siculus Barbat. in repetitione rubricæ de fide inſtrumen. quaſi ad finem, iſtud & apertè ſentit glo. in l. generali. C. de tabu. lib. 10. in tantum eſt hoc uerum † ꝙ etiam ex cauſa infirmitatis, aut alterius iuſti

34 *Inſtrumentum ut ualeat tria requiruntur.*

35 *Tabellio alteri committere non poteſt ut ſcribat in ſuo regiſtro etiam ex cauſa infirmitatis.*

impedimenti non permittitur tabellioni cõmittere alteri ut ſcribat in ſuo regiſtro, ut docto. tenent in locis prædictis, & præſertim Bald. in d. rubrica, & Ang. in d. authen. de tabellio, non ſufficit eſſe ait regiſtri ſeu matricis ſcripturam niſi ſit in protocoli libro c. cum P. tabellio, de fide inſtrumen. hoc idem iudicio meo, & magis ſingulariter dicit textus in auth. de tabellio §. fina. ubi dicit illud quoque præſenti addicimus legi, ut tabelliones non in alia carta parua ſcribant documenta niſi in illa quæ in iudicio uocatur protocolum. facit, & textus in eodem §. fina. dum conſequenter textus dicit, & ut protocolum non incidant ſed inſertum relinquant nouimus enim

36 *Protocolo ſcriptura non reperta non facit fidem.*

multas falſitates ex talibus cartis oſtenſas † & quòd ſimilis ſcriptura per ſe reperta, & non redacta in lib. protocolorum nullius ſit authoritatis, & quòd ex ea per alium tabellionem non poſſit inſtrumẽtum ſumi quod fidem faciat, tenet expreſſe Petrus de Anchara. ſuis conſilijs conſilio 432. & magis ſingulariter Alexand. de Imol. ſuis conſilijs. conſilio. 153. primo uolumine conſil. alias in 2. quod incipit uidetur prima conſideratione dicendum, & quòd regiſtrũ notarij debeat eſſe liber in quo rogationes ſcribantur per notarium, probat textus in lege ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium tabularum. ff. de edendo, & ibi Bart. item ad hoc facit in terminis l. parti. 3. par. titulo. 19. l. 9. quæ dicit iſta uerba tenudos ſean los eſcriuanos publicos de las ciudades, y de las uillas de guardar e fazer eſtas coſas que a qui moſtramos primeramente que deben aber un libro por regiſtro en que eſcriuan las notas de todas las cartas en a quella manera quel Iuez le mãdare, o a quellas partes que le mandan y fazer las cartas que acorden entre ellos e por eſto lo mandamos eſcriuir e nel regiſtro por que ſi la carta ſe perdiere, o obiere alguna duda ſobre ella que ſe pueda meior probar por alli. Et authoritate iuris diuini comprobatur quòd notarij debent in lib. ſcribere rogationes, ut habetur Hyeremiæ 32. dum dicit, agri ementur pecunia & ſcribentur in libro, & imprimetur ſignum, & teſtes adhibebuntur, & in ſecunda columna eiuſdem libri habetur, & ſcripſi in libro, & ſignaui, & adhibui teſtes, & de authoritate legis diuinæ ad hoc propoſitum facit feſtum Angel. ſuis conſilijs conſilio. 220. quod incipit ad hoc ut ſcriptura ſit publica, quinimo ibi tenuit, & in conſilio. 275. in-

37 *Protocolum dat ſignum & ſubſcriptionem deſideret.*

cipiente thema, ſuper quo conſilium petitur, † quòd protocolum notarij niſi fuerit ſignatum, & ſubſcriptum nullam fidem facit, allegat Innocen. & Ioan. And. in cap. 1. de fide inſtrumen. hoc tenet Bald. in l. contractus. C. de fide inſtrum. Vide part. 3. titulo. 18. l. 55. Requirebatur, & quarto ſecundum docto. dato ꝙ illud regiſtrum aut regiſtratum in libro protocolorum fuiſſet, ꝙ in exẽplatione illius citaretur pars principalis de cuius tanto præiudicio agebatur, cum ad actum præiudicialem parti non poteſt procedi ſine illius citatione ut l. nam ita diuus. ff. de adoptio. & l. de uno quoque. ff. de re iudi. & textus per locum a maioritate rationis in c. ſignificauit, de teſti. ubi ſi in teſtibus cum recipiuntur ad eternam reimemoriã requiritur citatio partis, de cuius preiudicio tractatur, & alias non ualeret teſtium atte ationes a fortiori indeductione inſtrumenti p tabellionẽ ex regiſtro mortui tabellionis u bi fraus poteſt cõmitti magis quam in examinatione teſtium, ex quo iudex non cognoſcit utrum regiſtrum ſit falſum aut uerũ. Item iſtud probatur argumento a fortiori, nam ſi exemplũ inſtrumẽti puplici originalis ſignati & ſubſcripti ab alio tabellione nullam fidẽ facit, niſi quorum intereſt ſint citati in exemplatione illius inſtrumenti, ut eſt communis concluſio ſcribẽtium in auth. ſiquis in aliquo documento. C. de edendo, & in cap. 1. & in c. fin. de fide inſtrumen. ſi igitur exemplar ſumptum ex inſtrumento publico ſignato, & ſubſcripto nullã fidem facit non citatis quorum intereſt, a fortiori in ſtrumentum ſumptum ex regiſtro mortui tabellionis cum illa non ſit ſcriptura publica, nec per ſe fidẽ facit ſine ſigno & ſubſcriptione fidem non faciet, ut notatur in l. contractus. C. de fide inſtrum. & in rubric. illius tituli per Bald. & per Bar. in lege fideicomiſſa. §. quoties, ff. deleg. 3. & per ſcribentes in cap. 1. de fide inſtrumen. ſi igitur in exemplari quod ſumitur ſcriptura publica quæ per ſe fidem facit, requiritur citatio alio qui exemplar non probat, a fortiori in ea ſcriptura quę deducitur ex regiſtro aut protocolo non ſignato nec ſubſcripto, & iſtud in conuincibile eſt fundamentum & in ſpecie quòd requiratur citatio quando alius tabellio deducit quod ex notis

38 *Citatio neceſſaria in exemplatione.*

39 *Protocolo ſi quid quid extrahatur citatio partis cuius intereſſe poteſt facienda eſt.*

alterius defuncti tenet in terminis, Bal. in d. c. cum P. tabellio, & in authen. ſi quis in aliquo documento, tenent domini de Rota ſuis deciſio. deciſio. 10. in cipiente fuit dubitatum, in antiq. Speculator in titulo de inſtrumen. edict. § oſtenſo, uerſic. qualiter, Ioan. de Imola in d. c. cũ. P. hęc idem tenet Hoſtienſ. & Io. And. in allega. c. cum. P. poſt alios antiquos, & ſi Cardi. & poſt eum Abb. in allega. c. cum. P. teneant ꝙ in caſu illius c. non requiratur partis citatio, at eorũ ſi dicta ratio aduertatur potius facit in contrarium, nam ipſi dicunt cum inſtrumentum exemplatur non a protocolo ſed ab inſtrumento ſignato, quia tunc exemplatum facit tantam fidem ſicut & originale, & in hoc utitur magnum periculum, hoc non poteſt fieri niſi parte citata, cum amplius non poſſit detegi falſitas, ſed in caſu cap. cum. P ſecus eſt, cum ſemper poſſit recurri ad originale, ut in c. quoniam contra. de probatio. & ſic euidenter preſupponunt, ꝙ tunc demum non eſt opus citatione in exemplatione quæ ſumitur ex protocolo quotiens protocolum ſtat & ad illud poteſt haberi recurſus, ſaltemꝰ ius ſaluum manet opponendi contra protocolum illud quod opponere poſſet quando ex eo inſtrumentum ſumptum fuit.

Quinto requirebatur † quòd exemplatio illa ex dicto regiſtro fieret authoritate iudicis competẽtis ordinarij, ut d. c. cum P. tabellio. & ca. fin. de fide inſtrum. & c. Albericus, & ca. ſignificauit, de teſtibus & ille dicitur iudex competens qui debet adiri ad hoc coram quo quæſtio principaliter moueri poſſet ſecundum Abb. in c. fi. de fide inſtrum. colum. 10.

40 *Exemplatio ex protocolo, ut fiat iudicis authoritas requiritur.*

Nec † obſtat opinio aliquorum doctorum tenentium quòd ſi inſtrumentum authenticatum eſt antiquum, ꝙ omnes iſtæ ſolemnitates & præſertim citationes præſumantur ex antiquitate temporis ut per Hoſt. & Ioa. Andr. in c. Alberi. de teſti. & per Bar. &

41 *Antiquitatis uſu.*

& Angel.in l.quæ in aliena in principio.ff.de acquirenda hered.& in l.si filius,C.de petitione hered.quoniam istorum opinio reprehenditur pluribus rationibus & fundamentis, per dominum Cardi.& per Abb. post eum in allega.c.Albericus,imò quòd nunqua citatio nec aliæ solennitates extrinsecæ presumantur in exemplatione instrumenti etiam si tempus sit longissimum,alio quin dicit Abb.posset quisdam facere publicare instrumentum falsum,& illud longo tempore tenere in arca,& postea uti illo & non est quid parti imputetur: quia tam longo tempore non allegauit contra dictum instrumentum, hoc idem tenet Bal.in l.2.C.de legiti.hære. ubi dicit quòd solennitas extrinseca nullo modo præsumitur propter longum tempus, item q̃ ex antiquitate & temporis lõginquitate instrumenti exemplum non probet adduco,l parti.hoc bene probantem.tertia parti.titu.18.l.c.3.ubi loquens illa lex in instrumentis, & priuilegijs antiquis & propter antiquitatem eorum aliquibus literis consumptis dicit uerba quæ sequuntur y todo esto que diximos delos priuilegios y delas cartas puedenser creidas entiẽdese quando a quel que se quiere aprouechar dellas mueſtra la carta oel priuilegio original ino el traslado , & sic aperte lex illa dicit quòd scriptura aut priuilegium quantunc ̃mque antiquum non probat nisi sit originale pro hoc facit quod dicit Bal. in l.2.C.si ex falsis instrumen.ubi & per mille annos mandatum procuratoris non presumitur. Idem Bal.in l 1.C.de rebus alie.non alie. in simili plene per Tiraq.de prescrip.§.1.gloss.4.Item dato quòd opinio aliorum tenentium contrarium quòd in scriptura antiqua presumatur solennitas citationis & aliæ solennitates tamen hoc recipit duplex temperamentum primum nisi ex inspectione instrumenti aut scripturæ appareat contrarium , ut quòd in eadem non interuenit citatio & aliæ solennitates extrinsecæ,nam apparente scriptura in qua non apparet de citatione, & alijs solennitatibus , tunc fortior est hæc probatio quæ apparet per rei euidentiam, quàm presumptio,quę resultat ex antiquitate, ita est de mente Bar.in l.hi qui ad ciuilia.C.de appellatio.

42 *Exemplatio tie facta ex temporis diuturnitate præ sumatur.*

Item illud de antiquitate quòd ex ea presumatur citatio in simili exemplatione instrumenti precedit dum modo scriptura inuenir tur in loco solenni , uel apud personas indubitatæ fidei , hoc ad literam dicit Bald. in cap. cũ in iure,quarta colum.de officio delega hanc ergo controuersiam ob iustam causam indecisam relinquo,sed uide per Andræ.Tiraq ubi supra.

Adde quatenus supra diximus ad ualiditatẽ instrumenti a tabellione publico confecti oportere, ut scriptura registri non solum scribatur,sed etiam quòd & signum tabellionis apponatur in ea,& q̃ etiam ipse tabellio se ei subscribat.ficq; ut propria ipsius tabellionis litera , & manu tam ipsa scriptura quàm etiã subscriptio fiat,nec eorũ quicquã possit per interpositam personam facere q̃ contra hoc facere uid tur.†Nam subscribens se scripturæ per alium fa-

43 *Subscribens se scripturæ ab al o factæ nocet sibi ut si eam scripsisset.*

ctæ,ita sibi,præiudicat ac si totum scripsisset, tenet Bar.in l.emptor,§.Lucius,in 2.notabili.per illum tex. cum gloss.& ibidem Ang.ff.de pactis.Idem Bar.in l.sicut , §.nõ uidetur. ff.quibus.mo.pignus uel hypote solui . Idem Bar. in l.quę doctis.ff.soluto matrim.tenet Bal.in l.si frater.C.de fideicom.Paulus de Cast in l.si ita stipulatus.ff.de uerbo. oblig. & quòd sola subscriptio tantum importet quantum si totã scripturam scripsisset,est tex.in expresso in l.cũ antiquitas. §.cum aũt;& ibi,ad hoc ponderãt Paul.de Cast. & Alex.de Imo. C.de testa.probat text.in l.siquis ex argẽtarijs. §.1 in versi.subscribere.ff.eo.ti & est tex. in l.si ita stipulatus . §. Chrysogonus,in uer.subscribẽte & ibi Ang.& Moder.ff.de uerb.obl.Pro ista parte f cit tex.in auth.quod sine C.de testa.iũcta auth.si modo.C.familiæ her. argum. a cõiunctione duarũ legũ o d̃ est ualidũ i iure,ut i l.Gallus.de lib & post. §.ille casum,uer.Iulian.cuius uerba sunt Iul.tñ uidet duobus quasi capitibus legis cõmistis,i hoc quoq; inducere le gẽ ne rũpant testam.& q̃ ille duæ auth. hoc probẽt probat sic nã ibi eqparat uel q̃patet scripserit totã scripturã testa mẽti cõditi inter liberorũ,uel q̃ solũ se subcripserit igitur.

Præterea † & pro ista parte est bonus tex.in l.si ergo .§. dotis.ff.de iure dotium in uerbc. subscribat, & per hoc approbatur doctrina Angeli in l. si ita stipulatus in §. Chrysogonus.ff.de uerborum oblig. ubi tenet cum Imola quòd stante statuto q̃ cedulæ scriptæ manu propria alicuius fidem faciant , & habeant executionem , quòd illud statutum habebit locum etiam, quando cedula esset scripta manu alterius , & solum subscripta manu debitoris , eo, quia subscribens uirtualiter dicitur totam scripturam scripsisse, sed hæc procedunt quo ad hoc ut subscribens sibi præiudicet sed nos de fide scripturæ publicæ quo ad alios .

44 *Subscribens se scripturæ ex inter præ territione uidetur eam scripsisse.*

Præterea,quòd supra de fama diximus non sat erat per testes gener liter deponentes probata.Primò † quia testes qui deponunt de fama tenent reddere rationem dicti sui etiam non interrogati , ut tenet originaliter Innocen. in cap.cum oporteat de accusatio. quem sequitur Abb. in ca. cum causam.4.columna de testibus. Idem in ca. consuluit , el primo de appellatio. Ang. in repetitione l. ea quidem. C.de ccusatio..4. columna. late moder. post Bart. in l. de minore.§. si plurimum.ff. de quæstio. imo etiam si testes dicerent se audiuisse à multis si tamen non dicerent audiuisse à maiore parte populi , nihil probant , ut est glo. & ibi Docto.in l.3.§. eiusdem.ff.de testibus. tenet Bart.& docto. in d.§.si plurimum , imo & si testes dicerent se audiuisse à maiori parte populi nihil probant , nisi assignent probabiles causas ex quibus populus fuit inductus ad credendum , aliter non probant famam , sed potius dicitur esse probatum de uana uoce populi, quæ audiri non debet , ut in l. decurionum.C. de pœnis,& ita tenet Bar.in d §.si plurimum , & idem Bart. in l. proprietatis C. de probatio. & in l. diffamari.C. de ingenuis manum. latè Salicet. in l. ea quidem.C. de accusat.Anton. & docto.in cap. ueniens . el primo de testibus . cum ergo testes non deponant de forma prout supra potius dicitur esse falsus rumor,nec quenquam mouere debet quòd rumor aliquando sit in consideratione , & etiam ueh mens opinio , ut in l. cum quidam. §. quod dicitur.ff.de acquirenda hæreditate , cum ibi notatis , nam illud procedit quando certè & indubitatè apparuit ex post facto , quòd ille rumor concurrebat cum ueritate alias secus. Præterea illud cum res non agitur inter partes p.out agebatur in specie nostra.

45 *Fama ut pro betur .*

46 *Famam qui atteſtetur talem esse te netur etiam non interrogatus redde re dicti rationem .*

§. XVIII.

DE ACQVIRENDA HAEREDITATE.

1 *Monacho hæreditas delata an immediate , & sine monachi facto monasterio quæratur , ardua q.*

6 *Monachus seruo an filio exequetur .*

3 *Seruus habet uelle , & nolle , & ei delata hæreditas sine facto suo domino nostro acquirnur .*

4 *Monachus patris hæreditatem monasterio quæ sit ipso iure.*

5 *Monacho legatum relictum ipsi iure quæritur monasterio.*

6 *Lis cœpta coram iudice laico an possit ad iudicem ecclesiæ transferri , ardua q.*

7 *Lis cœpta coram ordinario an transferatur ad rationalem , si fiscus litigatori successit , ardua q.*

8 *Fiscus maius fori priuilegium habet quàm eccl sia .*

9 *Monachus aut seruus fugitiuus an monasterio uel domino acquirant . ardua q.*

10 *Hæreditatem debitoris fiscalis, uel ecclesiae repudians an teneatur reddere quod ab eo quoquo titulo acceperat.*

11 *Executoribus testamenti etiam ignaris currit tempus datum ad testamentum exequendum, not.q.*

12 *Tempus currit impedimento facti impedimento secus si iuris .*

13 *Executori cui inscio currit tempus an detur restitutio .*

14 *Testamenti apertura an possit fieri coram iudice ecclesiæ , ardua quæstio .*

15 *Ius canonicum in testamentis clericorum instituitur .*

17 *Filius hæreditatem non quaerit sine ius patris .*

18 *Hæreditas patri pe. filium an ipso iure quaeratur cum erat utilis ,*

19 *Legatis*

19 Legalis acquisitio est commutabilis homonis uero incommutabilis.
20 Filius ergo haeres, ut accipiendum.
21 Iussus debet praecedere non sic in authoritate.
22 Voto non obligatur filiusfamilias nec pupillus.
23 Pupillus sine tutore obligatur naturaliter.
24 Filiusfamilias sine patre obligatur naturaliter.
25 Iussus ad adeundam hereditatem debet esse specialis.
26 Iussus de adeunda hereditate uuentis scienter factus mutatis est, non sic si per errorem.
27 Iussus differt ab aditione.
28 Iussus de adeunda haereditate sub conditione fieri potest.
29 Iussus de adeunda haereditate per nuntium fieri potest.
30 Iussus differt ab authoritate.
31 Iussus patris secutus post filij aditionem, etiam incontinenti non prodest.
32 Iussus & authoritas quibus uerbis fiant.
33 Restitui potest filio haereditas inuisu patris.
34 Haereditas filio delata patri quaeritur interdum sine iussu.
35 Iussus patris magistratus non exigatur.
36 Filiusfamilias iniussu patris haereditatem adeundo etiam se non obligat.
37 Ecclesia si non fecerit inuentarium legatariis, an in solidum tenea tur ardua q.
38 Ecclesia si non fecit inuentarium creditoribus, tenetur insolidum.
39 Lex generalis quando comprehendat personas priuilegiatas.
40 Ecclesia si non fecit inuentarium non deducit falcidiam.
41 Inuentarium si filius non fecit, integra legata praestat, & si excedant uires patrimonij.
42 Intellectus ad §. si uero non fecerit, in authentico de haered. & fal.
43 Inuentarium si non fecerit pia causa an teneatur insolidum.
44 Deliberandi tempus an possit breuiari, contra communem.
45 Inuentario non facto an haeres perdat Falcidiam iure.C.
46 Deliberandi tempore elapso an haeres habeatur pro repudiante, contra Corn.
47 Inuentarium si non faciat mulier, rusticus, ecclsiea, an legatarius insolidum teneantur contra Corn.
48 Inuentarij faciendi tempus, quando currere incipiat, contra communem.
49 Emancipatus an ut suus possit suam abstensionem reuocare, ardua q.
50 Intellectus ad §. nullam uero, in auth. de haer. abint.
51 Agnatio & cognatio aequantur quo ad potentiam, sed non quo ad modum succedendi.
52 Sortis iudicium in diuidenda haereditate an sit admittendum, uel alijs in rebus, ardua q.
53 Haereditas filiofamilias delata ut quaeratur.
54 Filius inuito patre potest adire haereditatem castrensem, cum Bar. contra communem.
55 Pater inuito filio haereditatem profectitiam adire potest, contra communem.
56 Filiusfamilias profectitiam haereditatem sibi delatam iniussu patris etiam hodie nequit adire.
57 Pater haereditatem aduentitiam filio delatam eo ignorante adire non potest, contra communem.
58 Patris & filij persona una non reputatur quo ad factum, sed quo ad ius tantum.
59 Consequentia cessat ubi datur una instantia.
60 Adire an possit pater haereditatem filio delatam, interea dum filius non apparet.
61 Epilogus quaestionum.
62 Haereditatem repudiare filius in permitiem patris non potest.
63 Haereditatem repudiare tacite in fuum, uel patri praeiudicium an posset filiusfamilias.
64 Haereditatem sibi delatam filiusfamilias sui iuris effectus an adire posset, si eam pater suus repudiauerat.
65 Seruus an possit adire.
66 Dominus an possit expressim repudiare haereditatem seruo delatam, contra communem.
67 Monachus haereditatem sibi delatã an adire uel repudiare iniussu monasterij possit.
68 Bonorum possessio ex testamento datur.
69 Bonorum possessio filiusfamilias ignorante patre agnoscere potest.
70 Bonorum possessio sibi delatam hodie filiusfamilias ignorante patre si agnoscat, uidet agnitio, licet patris ratificatio non sequatur.
71 Bonorum possessio sibi delatam an filiusfamilias inuito patre possit agnoscere hodie.
72 Bonorum possessionem filiusfamilias in damnum patris olim repudiare non poterat.
73 Bonorum possessio sibi delatam filiusfamilias poterat in damnum patris olim repudiare tacite.
74 Bonorum possessio filio delatam eo inuito uel ignorante pater repudiare nequibat.
75 Bonorum possessio filio delatam eo inuito potest pater hodie agnoscere.
76 Bonorum possessio seruo delatam dominus repudiare non potest cũ Iaf. contra communem.
77 Bonorum possessio agnoscendæ tempus utile est.
78 Bonorum possessio filiofamilias delatam quam pater tacite repudiauit filius potest agnoscere.
79 Monachus an monasterij intuitu praesumatur honoratus.
80 Bonorũ possessio aut haereditas abintestato seruo deferri nequiuit.
81 Mandati transgressi elegans quaestio.
82 Procurator falsus quis dicitur quaternus excesserit fines mandati.
83 Mandatum consumitur in prima uice.
84 Contractus plures resultant ex uno uerborum complexu.
85 Mandatum generale non comprehendit illicita aut damnosa.
86 Dolus est delictum.
87 Contractus substantia poni non potest in uoluntate alterius ex contrahentibus.
88 Lin ementis.C.de contr.empt.procedit etiam in locatione.
89 Contractus partes substantiales nec una possunt pendere ex uoluntate alterius ex contrahentibus.
90 Mandati fines quod excessit est ipso iure nullum.
91 Ratificatio rem esse integram desiderat.
92 Ratihabitio ut prosit necesse est quod fiat ante alterius partis contradictionem.
93 Contractus omnis etiam nominatus requirit simulataneum esse consensum aliquo tempore & interea admittit poenitentiam.
94 Poenitere licet ante contractus perfectionem.
95 Contractus perfici quando dicatur.
96 L.5.C.repu.haered.
97 Poenitere quando liceat in misterio.
98 Contractus nominatus admittit poenitentiam antequam altera pars consentiat.
99 Executio facilius quàm substantia contractus apponi potest in uoluntate alterius ex contrahentibus.
100 Restitutionis quadriennium a quo tempore currere incipiat.
101 Restitutionis tempus in conditionalibus dispositionibus incipit currere a tempore conditionis expletae.
102 Restitutionis tempus non currit ignaris.
103 Conditionis etiam potestatiuæ, & non contractus inspicitur tempus.
104 Tempus non currit impedito ab aduersario.
105 Restitutio an detur contra praescriptionem, quae currit ignoranti.
106 Subrogatus sapit naturam etiam primordialem sui principalis.
107 Haeres possquando acquirat ipso iure.
108 Haeres ex testamento quod caret uitio uisibili mittendus est in possessionem.
109 Edictum diui Adriani soli haeredi scripto commodatur.
110 Executoris testamentarij quale officium.
111 Executor testamentarius non potest substituere etiam de permissu testantis.
112 Executoris officium durat per annum & currit tempus ei etiam impedito.
113 Executoris testamentarij officium diebus etiam festis exerceri potest.
114 Ferus ad hominum utilitatem non ad Dei cultum receptis per statutum, derogatum in dubio an uideatur, ardua q.
115 Executores testamentorum simpliciter & de plano procedere debent.

CVM & in titulis ſupra proximis de ſucceſſionibus inteſtatorum tam ciuilibus, quàm prętorijs egerimus, & per omnes libros ſuperiores de ſucceſſionibus teſtamentarijs edocti fuerimus, & ad utraſque cõis & proxima ſit acquirẽdæ hæreditatis materia, de ea ut diſſeramus par eſt, & in primis hæreditas monacho delata immediata, & ſine ullo ipſius facto monaſterio acquiritur, ita Ioannes Andręas Antonius Butrius, & Panormitanus in cap. in præſentia, de probation. & eſt communis opinio ſecundum Corneũ, conſi. 88. col. 2. lib. 3. Alex. in l. 1. nu. 26. ff. de uulgari & pupillari ſubſti. Soc. cõſ. 52. lib. 4. quo teſte hęc eſt communis opinio, & traditur per Decium in d. cap. in præſentia. Contrariam tamen partem, ut monaſterio ea hæreditas ſine facto monachi nõ quæratur tenet Bar. in l. 1. ff. de vulgari, & pupillari ſubſti. nume. 24. & uidetur ſatis recepta opinio ſecundum Socinum, ubi ſupra per eundem conſ. 245. lib. 2. per Ripam in d. l. 1. ff. de vulgari & pupilla. ſubſt. per Couarru. de teſtamen. c. 1. nu. 21.

1 *Monacho hæreditas delata an immediate, & ſine monachi facto monaſterio queratur, ardua q.*

Quid dicendum? & quidem monachus per ipſum monachiſmum ſe & ſua Deo optimo maximo dedicaſſe videt in authen. de monachis fere per totum in authen. ingreſſi C. de ſacroſanct. eccleſi. ita vt iam non tam ſui quàm alieni iuris eſſe videatur, vt dd. iuribus. †Sed tũc utrũ filio in poteſtate patris an vero ſeruo exequetur, controuerſum eſt, vt plene diſputat Iaſo ad partes in l. 1. §. per ſeruum qui in fuga. ff. de acquiren. poſſeſſio. qua in re non pauci noſtrorum exiſtimant uel ſeruo vel filio eum exequari prout monaſterio vtilius fuerit, vt per Iaſum ibi ſecũdum quæ ſiue uelis eum ſeruo adequare ſine eius facto hæreditas neq; ſibi ſi ſui iuris eſſet acquireretur, neque per eum alteri ſine eius facto acquiri poſſibile eſt, quinimo longe minus alteri per eum, vt l. cũ proponas. C. de hæred. inſti. vbi not. per gloſſ. & omnes doct. l. is qui hęres, §. fin. ff. de acquir. hære. & cum hęreditas ſine animo & voluntate hæredis ſcripti ipſimet aut alteri per eum acquiri nequeat, l. nolle. l. gerit l. is poteſt. ff. de acquiren. hæred. §. fin. inſtit. de hære. quali. & monachus per monachiſmi interuentum, licet ſui iuris eſſe deſierit, quo ad corpus, tamen quo ad animum non potuerit nõ remanere liber & ſui iuris, idq; nullo iure humano vnq; tolli immutari aut impediri potuerit, vt contrariũ exiſtimantes ueluti contabulari aut ineptiri nobis videantur, vt diſſeruimus, ſupra. §. 1 nume. 38. cum ſequen. ergo cũ huic monacho animus & liber etiam poſt monachiſmum, & integer permanſerit, isque animus ad talem hæreditatem quęrendam neceſſarius ſit, conſequens eſt eam ſine eius facto monaſterio non acquirit. Id quòd regulariter procedit, quia †nobis hæreditas regulariter non ipſo iure acquiritur, at in quibus caſibus ipſo iure nobis inuitis ſeu ignaris acquiritur (id quod accidit in hęreditate patris familias, lege neceſſarijs, ff. de acquirenda hæreditate, lege Cornelius, lege tam dubitari. ff de hæred. inſtituen. lege uerba, lege fin. ff. de conditio. inſtit §. ſui, inſtit. de hære. qual. & differen. §. ſui, inſti. de hęred. quæ ab inteſt.) in illis quidem caſibus, & ipſi monacho ſine facto ſuo & per eum monaſterio ſimiliter ſine facto ſuo acquireret ut dd. ll. & l. qui in aliena. §. interdum, ubi text. egregius. ff. de acquir. hęredit. & hoc caſu poſt & debet tueri & ſaluari opin. contraria. Nam eſt eadem ratio quæ foret in relictis ſingularibus quæ† qa ipſo iure honorato acquirunt, l. cum patre. §. ſurdo. ff. de lega. 2. l. a Titio, ff. de furtis, ideo ſi is erat in aliena poteſtate ipſo iure ei in cuius poteſtate erat, per medium perſonam honorati acquiritur, l. filio familias. ff. de cond. & demon. l. legatũ. ff. de lega. 1. & vtrobiq; plene per doct. ficq; talia relicta ſingularia bene acquirerentur ipſo iure per monachum monaſterio, vt dd. ll. quę omnia inſtificantur ex eo quòd per leges poſitiuas ciuiles ius poteſtatesq; ſucceſſionum data ſuit, ſicque eis hac in re ſtandum eſt, vt plene diſſeruimus ſupra. §. primo, in principi. & fere per totum, de ſucceſ. crea. libro primo, & ibi §. ſecundo, in principio.

2 *Monachus ſeruo an filio exequetur.*

3 *ſeruus habet uelle, & nolle & ei delata hereditas ſi ne facto ſuo domino noſtro acquiritur.*

4 *Monachus patris hæreditatem monaſterioque ſui ipſo iure.*

5 *Monacho legatum relictum ipſi iure queritur monaſterio.*

Quid autem † ſi Titius cum Mæuio litem gerebat ſuper fundo quem Titius poſſidebat ſed re uera ad Mæuium pertinebat, Mæuiusq; monachum uel inſtituit hæredem, uel illum fundum ei legauit, an lis illa cœpta coram iudice ſeculari transferatur ad iudicem eccleſiæ, quod negandum eſt, quando monaſterium ſucceſſit in ius actoris, ꝙ ſi ſucceſſiſſet in ius rei conuenti tunc ſunt qui uelint inſtantiam transferri de iudice laico coram quo cœpta fuerat ad iudicem eccleſiæ, ne monaſterium cum uices rei cõuenti gerat coram iudice laico belligeretur, ita Bald. in l. 1. C. ſi pend. appell. mors inter. Angelus in l. tam ex contractibus. ff. de iudiciis. Bald. in cap. in præſentia, de probatio. Antonius, Abbas Siculus, & Felinus in cap. quia v. de iudici. Boerius deciſione. 69. numero. 32. uerſi. quid dicendum ſi clericus, Decius columna fin. in d. cap. quia v. Lancelotus, Decius, & Iacobinus de Sancto Georgio in l. hæres abſens, in principio. ff. de iudi. qui aiunt ita uſibus forenſibus obſeruari, & eſt magis communis opinio. ſecundum Robert. Marantam de ordine iudiciorũ fol. 121. numero. 13.

6 *Lis cœpta coram iudice laico an poſſit ad iudicẽ eccleſiæ trãs ferri, ardua queſt.*

Contrariam partem ut monaſterium litem peragere teneatur ubi cœpta fuit tenent Bald. conſil. 207. lib. 1. Imola in l. ſi eum hominem. ff. de fideiuſſo. Barbat. conſil. 1. col. 18. lib. 3. Barbat. in d. cap. quia v. Paulus Caſtren. in d. l. hæres abſens. Idem in l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſoluto matrimonio. Angelus in d. l. hæres abſens. Cagnolus in l. 2. numero. 175. ff. de pact. inter emptorem, & hæc opinio ſeruatur in praxi ſecundum Boerium, ubi ſupra. Alex. in add ad Bart. in authen. & conſequenter numero. 19 C. de ſentent. Guiliel. Benedictus in cap. Raynutius de teſtamen. in uerbo, & uxorem nomine. 2. numero. 124. & eſt communis opinio ſecundum Regerium de Mota. in l. 1. num. 71. ff. de iudi.

Cui controuerſiæ illa quoque ſimillima eſt † cum in ius rei conuenti poſt litem conteſtatam ſucceſſit fiſcus, & dubitatur an coram Cæſaris rationali ſit ea cauſa finienda cum coram alio iudice cœpta eſſet, qua in re ut ad Cæſaris rationales ea cauſa transferatur, auoceturq; à iudice coram quo cœpta fuerat, tenuit Curtius Iunior in l. hæres abſens, de iudici. numero. 2. qui firmat hanc eſſe communem opinionem, licet contrarium teneat Philippus Decius numero. 10. in d. cap. quia. v. poſt plures doctores quos ipſe refert quo teſte hæc eſt receptior opinio.

7 *Lis cœpta coram ordinario an transferatur ad rationalem, ſi fiſcus litigatori ſucceſſit, ardua q.*

Quid dicendum? & ſane hac in re ut nobis uidetur plenius eſt fiſci priuilegium, quàm clerici, ut per totum. C. ubi cauſæ fiſcales agi debeant per cuius tituli generalitatem & uerior, & tutior ea pars uidetur quæ uult inſtantiam transferri in Cæſaris rationalem, nam ut generi per ſpeciem derogatur. cap. generi de regulis iuris, libro. 6. l. uxorem. §. feliciſſimo. ff. de legat. 3. & ut pars detrahitur de toto, & non econtra l. cum quæſtio, cum ibi not. per glo. & doct. C. de legat. ita & iuri communi de quo in d. l. ubi cœptum, derogatur per d. titulum ubi cauſæ fiſcales. Et in fiſco ita quotidie uſibus forenſibus expertus ſum, ſiue enim fiſcus agat, ſiue conueniatur, ſemper cauſa coram rationalibus agenda eſt, ut per d. titulum ubi cauſæ fiſcales, licet per hoc uioletur regula quæ habet actorem forum rei ſequi debere l. 2. C. de iuriſdict. omnium iudic. cum uulgar. quid ergo mirum, aut nouum ſi ſimiliter uioletur fauore fiſci regula d. l. ubi cœptum. præſertim per argumen. de toto ad partem l. hęredes mei §. cum ita. ff. ad Trebellian. l. an pars. ff. pro derelicto lege quæ de tota. ff. de rei uendit. ſicque qua ratione tota cauſa contra regulas transfertur ad Cæſaris rationalem, & ſi agat eadem & longe facilius ratione pars cauſæ ad eundem transferri poteſt.

Diuerſum † eſt in monaſterio, monachis, uel clericis, hi enim non habent priuilegium fori cum agentes forum rei ſequi teneantur non ſecus, quàm reliqui, & coram ſuo iudice conueniantur ut reliqui, neque ad rem pertinet, quòd cum conueniuntur nequeant renuntiare priuilegio fori cap. antepenult. de foro compet. id quod licet

8 *Fiſcus maius fori priuilegium habet quàm eccleſia.*

licer reliquis priuatis laicis, l. pen. C. de pactis, nam adhuc dum agunt coram iudice laico litigant, idque eis permissum fuit ob eorum met utilitatē ne ius suum periret, quia princeps seculares non permitterent laicos conuentos in pernitiem laicæ iurisdictionis trahi ad iudicem ecclesiæ, & similiter cum clerici & similes hæredes laicorum existunt causam coram iudice laico cœptam ibi peragere debent, aut abstineant ab illa hæreditate, ne ergo abstinere ab uti li relicto cogantur id iure canonico eis permissum esse me rito intelligi debet, ut diximus supra. §. 22. nume. 70. cum sequentib.

Stat ergo ex superioribus per monachum monasterio ip so iure citra ullum factum monachi hæreditatem aliquan-
9 do acquiri legatum uero semper † quod procedit nisi illi
Monachus aut seruus fugitiuus an possessionem monasterio uel domino acquirant. ar dua q. monachi essent fugitiui, nam tūc nec per monachum monasterio, nec patri per filium similiter fugitiuum possessio acquireretur, & ita tenet, & firmat communiter teneri Are tinus in l. prima. §. per seruum qui in fuga, ff. de acquirend. possessio. Contrarium tamen tenet ibi Bar. quem sequitur Ias. ibi nume. 14. qui firmat Bar. opinionem receptiorem es se atque tutiorem, pro qua facit regula generalis, d. capit. in præsentia, de probationibus, iuncto titulo, institu. per quas personas nobis acquiritur. l. quo tutela. ff. de regu. iur. l. quęcunque gerimus, ff. de action. & obligation. & C. per quas personas nobis acquiritur obligatio p r totum, nec exceptio (ut nobis uidetur) sufficienter probatnr, ergo regulæ standum est, l. sancimus. C. de testam. l. si quando in princip. C. de inoffi. testament.

Illud autem prætermittendum non est, quòd qui repudiat hereditatem debitoris fiscalis tenetur cedere his quæ quoquo titulo ab eo debitore acquisierat, ita Bar & Angelus, per text. singularem ibi in l. hæredes. C de omni agro deserto, lib. 11. id quod ad eum qui esset debitor eccle-
10 siæ (ex causa forte decimarum uel alia) extendit Roma-
Hæreditatē debitoris fiscalis, uel ec clesiae repudians an teneatur reddere quod ab eo quoquo ti tulo accepe rat. nus in authen. similiter. nume. 15. speciali inter contractus C. ad legem Fal. & Ias. in l. qui filiabus. §. fin. ff. de lega. 1. Andreas Tiraquel. de priuileg. pię causæ. priui. 89. Idem Iaso. in l. filio pater, col. 2. ff. de legat. 1. In contrarium tamen se cundū Romanū, vbi supra, est text. in capit. fraternitas. 10. q. 4. & regula generalis de qua in d. lege filio, & in authen. vnde si parens. C. de inoffi. testa. l. apud Iulianū, in princ. ff. ad Treb. l. miles. §. pro parte. ff. de leg 2. l. qui filiabus supra alleg. §. fin. & l. cū responso. C. delega. & quia casus exceptu rus firmat regulam in contrariū, l. nam quòd liquide. §. fin. ff. de penu lega. Vnde d. l. hæredes hanc partem etiam probat tantū abest, vt contrariam tueatur, nec ad rem pertinet, l. fi. C. de sacrosanct. eccles. nam non sequitur fiscus, & ecclesia sunt exequati in terminis illius text. ergo & in omnibus reliquis speciebus idem erit, præsertim si credimus Accursio qui in lege si creditori. ff. de oper. noui nun. scripsit ad tollendam consequentiam sufficere dare vnam inst. intiā qua de re fuse per Ias. ibi.

Iuxta superiora & ea quæ prope subijcienda sunt quæ-
11 ro annus q dat executoribus ad ultimā voluntatē exequen
Executoribus testamē ti etiam igna ris currit tē pus datum ad testamen tum exæquē dum, not. q. dā an currat ignorātibus, dubiū est, & ignorātibus nō cur rere affirmant nō pauci nostrorū vt per Ludo. Roma. cons. 128. quo teste hæc est cōis opi. & ita limitat qđ habet per tex. ibi in l. nulli. C. de epis. & cleri. Contrariū tamē vt ipso iure currat tenet Bal. in l. captatorias. C. de test. mi. l. fin quē hæc ita seruat in pract. per Couar. in c 3. nu. 3. de testam. & hęc posterior pars uerior est, nā regula est tēpus currere ignorātibus, nō secus q̄ sciētibus, l. fin. C. de præs. longi tem poris, neq; ad rē ptinet, l. 1. §. fi. C. de annali excep. l. qui hę redi. §. si pars ff. de cōd. & dem. in quibus iuribus habet im
12 peditò agere tēpus nō currere, nā procedūt qñ erat impe
Tempus cur rit impedimē to facti impe dimento se cus si iuris. dimentum iuris & facti simul, secus si facti tantum, ut in dict. lege fina. vbi ita tenent Bar. & alij. & communiter do cto. in dict. lege 1. §. fina. sed in specie nostra facti tantum impedimentum fuit. ergo tempus currere non definit, sicq; in eo duntaxat quæstio, erit an restitutio huic execu tori concedenda sit, mouet quæstionem quòd Bartolus, & communiter docto. in dict. l. fina. tenent concedendam esse restitutionem ignoranti, & sic impedito impedimento facti, sed cum restitutio non concedatur nisi læso proba taq; ab eo læsione, & huius executoris nihil interfit cessa bit restitutio argum. l. fin. C. de integr. rest. is enim cuius nō interest non admittitur ad agendum l. ex conuentione. C. de pact. l. 1. C. fine censu, uel reliquis l. stipulatio ista. §. alte ri. ff. de uerb. oblig. §. alteri, inst. eodem tit. sed istius executoris nihil interest ergo non admittetur ad petendam restitutionem, quod puto uerum si eius nomine agatur. nam defuncti nomine si talis restitutio peteretur forte aliud es set quasi defuncti interfit, & secundum hoc possent non inepte superiores uarietates cōciliari, uide per Andręam Tiraq. de priuil. piæ cau. priui. 97.

Sed † an illius testamenti insinuatio, uel apertura etiam si ad pias causas factum nō fuisset possit fieri ante iudicem ecclesiasti cum, & fieri posse tenuerunt Imola, Antonius Bu trius, & Felinus num. 3. qui hanc dicit communem opinio nem in cap. fin. de fide instrum. sed contrarium ut fieri de beat coram iudice seculari tenent ibi Ioannes de Anania, & Panormit. & Barbatius in ca. si hæredes, num. 10. de te stam. ubi Couarru, hanc esse receptam opinionem adfir mat num. 3. & in hanc partem procliuior sum quando esset testamentum hominis laici, quòd si clerici esset testamen tum, & alterum clericū hæredem relinqueret superior op. tueri posset argum. l. 2. cum ibi plenè not. per gl. & doct. C. de edi. diui Adr. toll. idemq; forte etiam si laicum hæredē scriberet. ualiditas enim testamenti a clerico facti uidetur iudicanda secundum ius canonicum, non secundum ius ci uile, nec interest alterum clericum an uero laicum hæredē scripserit argum ca. relatum 1. & ca. cum esses. de testam. & ita poterunt superiores uarietates conciliari, & iure regio etiam inspicitur forus testatoris his in rebus l. 4. tit. 2. lib. 5. ordinam.

Denique ad dicendorum dilucidationem quæro ut fi liusf. debeat adire hæreditatem sibi delatam, qua de re est celebris tex. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquiren da hæreditate, & non ex hoc tex. † quòd in adeunda hære ditate per filiumfamilias requiritur iussus patris concor dat. l. qui in aliena, in princ. alleg. supra eodem tit. cum si mi. Ratio huius est, quia adeundo quis obligatur oneribus hæreditarijs inst. de obligat. ex quasi contractu. §. hæres, &. ff. de actio. & obligat. l. ex maleficijs. §. hæres, &. ff. quib. ex cau. in posse catur l. apud Iulianum. §. fin. sed sic est q̄ ea quæ querit filius queruntur patri l. placet, in fine eodem titulo, ergo non debet posse filius adire hereditatem, & per consequens obligare patrem absque iussu suo, & istam rationem uoluit ponere tex. in d. l. qui in aliena, in princ. Item quia omnis obligatio nascitur ex contractu, uel quasi uel delicto, uel quasi instituta de obligatio. §. 1. sed si pater non iubet nihil horum interuenit, ergo non debet teneri, † & ex prædicta ratione primo infero quòd si acquisitio non haberet aliquid in commodi, quòd tunc quæritur pa tri per filium, etiam non præcedente iussu, quia cessant prædicta ratio, tex. in l. etiam inuitis. ff. de acqui. rer. domi. & in l. seruus uetante. ff. de uerborum obligat. & instituta per quas perso. nobis acqui. §. item uobis, cum similibus. †Et ad prædicta uide l. si hereditatē. ff. manda. & in l. fin. C. de here. actio. cum concordan. intellige tamen q̄ acquirit sibi. Ecōmutabiliter nō aūt incōmutabiliter, hoc est dicere q̄ licet sit patri acquisitū, nihilominus pōt repudiare, ut in dictis iuribus notatur. ratio, quia beneficiū non acquirit inuito, ut in regula iuris. Nec obstat l sicut. C. de repud. hæ red. ubi post ius q̄situm non habet locum repudiatio, quia illud est uerum quando acquisitio est facta mediante facto hominis, hoc est per additionem, secus in acquisitione lega li, nam illa offertur ipso iure inuito, ut dictis iuribus non au tem infertur si uellet repudiare, quia cū nō interueniat fa ctū suū non est quid sibi imputet, unde nec mirū si possit di mittere, sicut in simili filiofamilias defertur ipso iure here ditas patris ēt inuito, tamen potest abstinere l. necessarijs in fine eodem, l. si quis filium. § 1. cum simil. all. supra eod. tit. de acquir. hær. Imo sufficit si se non immisceat posito q̄ expresse

13 *Executori cui insciocur rit tempus an detur restitutio.*

14 *Testamenti apertura an possit fieri co ram iudice ecclesiæ, ar dua quæst.*

15 *Ius canonicum in testamentis de minorum mspicitur.*

17 *Filius hæreditatem non quærit sine iussu patris.*

18 *Hæreditas patri per filium an ipso iure quæ ratur cum erat utilis.*

19 *Legalis acquisitio est cōmutabilis hominis ue ro incommutabilis.*

q̄ expreſſe non abſtineat tex.in l.ei qui.eod.tit.tex.ubi ponitur ratio in l.1.C.ſi mi.ſe ab hered.abs.†Nec obſtat illud
20 *Filius ergo heres, ut ac oportunum.* Paul ſi filius, ergo hęres, nam illud intelligatur quòd hę reditas filio defertur, non autem infertur inuito, ut notatur in d.l.neceſſarijs, & in d.l.prima, & notabiliter Bal. in l.qui ſe patris.C.und.libe.penul.colum.ad finem, uerſi. item dubitatur,ubi uideas, & iſta ſufficiant quo ad rationem huius regulæ.

21 *Iuſſus debet præcedere nō ſic in autho ritate.* Modo neceſſario inueſtigandum eſt†quæ ſint neceſſaria ad hoc quòd iuſſus patris teneat, in quo dicendū eſt,quod primo requiritur q̄ iuſſus præcedat, nec ſufficit q̄ ſequatur ut ibid.in prin.ad hoc autem ut dicatur præcedere ſufficit q̄ nō appareat ſequutum eſſe, ut per Bal.Angelum,& Paul.de Caſt.in l is qui hęres,in fin.ſupra alleg. eod.ti.ff.de acq.hær.ſecus in authoritate quæ etiā ſi appareat q̄ ſit ſequuta dum tamen incontinenti non uitiat actum, ut ibid. in tex.cum glo.& ſi dicatur contra,quia:imo authoritas tutoris debet etiam precedere, quod probatur †quia pupillus non obligatur uoto ſicut nec filiusfamilias, l.ſi rem.§. uoto.ff.de polli. ergo eadem ratione authoritas debet præcedere in uno,ſicut in alio. hoc non obſtante dicas q̄ ratio doctrinæ poteſt eſſe, quia patria poteſtas in filium eſt maior,nam olim habebat poteſtatem uitæ neciſq;,l.in ſuis. ff.de liber.& poſthum. unde filij nulla eſt uoluntas, & ſic non poteſt approbari per ſequcutem conſenſum, poteſtas autem tutoris eſt minor, nam pupillus dicitur habere conſenſum,quod patet, quia obligatur naturaliter, ideo poteſt per tutorem ualidari, quod eſt factum, quia eſt aliquid, iſtam rationem ponit ibid.Bar.in princip.d.§.iuſſum.

22 *Voto non obligatur filiusfamilias nec pupillus.*

† Et cum plerunque tales executores deputẽtur ad exonerandam conſcientiam defuncti, & ſic ad pium uſum, ſuum officium poterunt in uſibus pijs diebus etiam feriatis exercere, nã idem & iudex in huiuſmodi uſibus facere poſſet, ita Specul.tit.de feriis.§.ſequitur,uerſi.poſt authoritatem. argum.ca.nunquam,de conſe.diſt.1.l.omnes, cum ibi nota. C.de feriis.Bar.in l.diui.ff.ad leg.Falcid.per l.2.ff.de ferijs, & in l.publicas.C.eod.tit.Paul.Caſtr.in l.1.§.fi.ff.de ferijs. Bal.in c.fi.in fin..eod.tit. nam & in cauſa doctis, die etiam feriata procedi poteſt, ita Bal.Angel Imola,Paul. Caſtr.& Aretin.in l.1.ff.ſoluto matrimonio.ubi Alexan.col.3.Rom. in d.l.1.§. fin.ff.de ferijs.Aretin.conſi.96.in cauſa.& puncto. Bar.in l. ſi cum filius familias . col.3.ff.de dona. † Id quod procedit quo ad ferias, quæ ad hominum utilitatem introductæ ſunt non ita facile in ferijs ad Dei honorem conſtitutis, unde ſi ſtatutum diſponit ut certis in cauſis nulla iuris ſolennitate ſeruata procedi poſſit controuerſum eſt, an diebus feriatis etiem in Dei honorem poſſit procedi,& quod poſſit ſcribit Bar.in l.prouinciarum.C.de ferijs, per illum tex. quaſi ea feriarum obſeruatio ſit iuris humani, idẽ Bar. & Bald. in l.1.ff.de milit. teſtamen. Bart. in l.idem eſt §. deportari. eodem titulo . Bart. Bald. Angelus in l. milites.C. eodem titulo. Roma. in rubrica de arbitr.quæſt.17. Ancharan. in clemen. ſæpè. de uerb. ſignific.cuius contrarium tenent Imol. & Roman.in d.l. ſi cum filius familias.ff. de dona. per d.clemen. ſæpe. de uerborum ſignificat. cum ibi nota. ubi per illa uerba ſumarie , & de plano , non uidetur derogari ferijs in honorem Dei . Bart. in extrauag. ad reprimen. uerb. figura. ubi ait ex diuini , & naturalis iuris ratione deſcendere , ut ſabbata ſanctificentur , feriæq; colantur , & ſeruentur in honorem Dei . ſicq; magis eſt, ut per ſolennium iurium remotionem non intelligatur derogari ferijs ad Dei honorem ſed tantum ad hominum utilitatem conſtitutis , & quanuis ex iuſta cauſa iis quæ ſunt iuris diuini , aut naturalis poſſint leges , & principes humani derogare per modum declarationis , & interpretationis , ut notant glo. & communiter doctores in l. ius ciuile .ff. de iuſtitia , & iure, & diximus plenè ſuprà de ſucceſſion. progreſſu in præfatione , tamen in ſpecie noſtra non eſt cur huic iuri diuino in re dubia , aut naturali derogatum uideatur , cum id ſtatutum ſatis ſuperq; eſſe debeat ſi uerificetur in ferijs ad hominum utilitatem inuentis , ſicque partius uiolabitur ius, nec dubium eſt quin ſtatutorum à iure declinantium uerba eam interpretationem recipere debeant quatinus iura uiolentur ac lædantur l. ſi quando , in principio. ubi notant glo. & communiter doctores , ubi & nos fuſius diximus.C. de inofficioſo teſtamento , & ita etiam uult Alexand. in l. milites.C. de teſtamen. milit. & Andræas Tiraquel. de priuilegijs piæ cauſæ priuilegio.156. ubi etiam allegat l. ſi à fratre.C.de teſtam. militis iuncta l.diuus.ff.eod.tit.

114 *Ferijs ad hominum utilitatem nõ ad Dei cultum receptis per ſtatutum,de rogatum in dubio an uideatur , arduaq.*

115 *Executores teſtamentorum ſimpliciter & de plano procedere debent.*

Denique † in huiuſmodi pijs rebus tam teſtamentorum executores , quàm iudices de bonis hæreditarijs diuidendis agentes ſumarie , ſimpliciter , & de plano ſine ulla ferè cauſæ cognitione procedere, & poſſunt,& debent, ſecundum Speculatorem de inſtrumen. edict. §. nunc uero aliqua uerſiculo . iuxta hoc quæro an executor . Bald. in lectura legis primæ columna fin. & ibi Aretinus colum. fina.C. de ſacroſan. eccleſiis . Romanus in d. authen.ſimiliter in nono ſpeciali, & alij , non pauci quos refert , & ſequitur Andræas Tiraquellus ubi ſuprà. priuilegio. 157. quiq; omnes,& in cauſa dotis idem admittunt, ut per eum ibi , & in ſequen. priuilegio .

DE COLLATIONIBVS.

§. XIX.

1 *Collatio quid.*
2 *Donatio & dos an conferatur.*
3 *Conferebat emancipatus omnia bona.*
4 *Conferens retinet partem.*
5 *Collatio ut fiat.*
6 *Collatio non exigitur niſi a ſuccedere uolente.*
7 *Collatio differt a diuiſione.*
8 *Peculium profectitium communicatur & confertur ex neceſſitate præciſa.*
9 *Collationis uerbum quid ſignificet.*
10 *Collatio eſt duplex.*
11 *Collatio quare inuenta.*
12 *Conferre ſuus ſuo olim non tenebatur, & quid iure nouo.*
13 *Dos conferebatur.*
14 *Aduentitia non conferuntur ſuus.*
15 *Caſtrenſia non conferuntur.*
16 *Repudians non petit collationem fieri.*
17 *Collationem in materia cum ſit ab inteſtato non refert liberi fuerint inſtituti,an exhæredati,an præteriti.*
18 *Collatio ceſſat inter ſuccedentes diuerſo iure.*
19 *Collatio hodie ſit ex teſtamento, & ab inteſtato.*
20 *Conferre ut debeat ſuus emancipato .*
21 *Conferre an debeat ſuus transuerſalibus.*
22 *Conferre an debeat ſuus aſcendentibus.*
23 *Collatio ceſſat ubi ceſſat muria*
24 *Conferre ut debeat emancipatus.*
25 *Conferre non tenetur emancipatus ſimplicem donationem etiam a patre profectam contra communem .*
26 *Conferre non teneatur deſcendentes aſcendibus ex teſtamento,nec ab inteſtato .*
27 *Collatio non pertinet ad tranſuerſales.*
28 *Collatio non pertinet ad extraneos.*
29 *Collatio ceſſat in caſtrenſibus & quaſi , & in aduentitijs.*
30 *Libri a patre filio dati ad ſtudendum an conferendi ſint , quando erat emancipatus.*
31 *Libri a patre filio doctori donati non conferuntur.*
32 *Libri a patre filio licentiato donati non conferuntur.*
33 *Libri a patre filio clerico donati non conferuntur, & ſi ſit clericus primæ tonſuræ.*
34 *Libri donati a patre filio ſcholari an conferantur.*
35 *Donatio iurata non confertur .*
36 *Traditio non arguit donationem niſi quando prius nomine eius cui fiebat res fuerat empta a tradente .*
37 *Collatio ceſſat in expenſa facta a patre in filio doctorando.*
38 *Collatio ceſſat in equo & armis a patre filio ad bellum pergenti donatis.*
39 *Collatio ceſſat expenſae factae a patre pro beneficio eccleſiaſtico filio adipiſcendo .*
40 *Ceſſat collatio expenſae factae a patre pro conſequendo ſolario aduocationis,idem in cathedra.*
41 *Collatio an ceſſet impenſae a patre factae ut filius ſcriptoriam apoſtolicam uel non apoſtolicam uel decurionatum adipiſceretur.*
42 *Collatio an fiat illius impenſae quam pater fecit pro ſoluenda filij damnatione , ardua quaeſtio , & quid ſi ex forma ſtatuti ad id pater tenebatur .*
43 *Collatio ſit eius ſummae quam pater erogabit ut filij fideiuſſor.*
44 *Conferre tenẽtur omnes in quibus debetur a me legitima quod pro eorum damnatione ſoluenda erogaui..*
45 *Conferendum quando ſit fundum*
46 *Conferendum an ſit lucrum a filio cum patris pecunia factum.*
47 *Conferendum eſt non ſolum dos ſed & quod dotis contemplatione datur,idem in eo quod in monte Florentie pro filiabus maritandis ponitur .*
48 *Conferri debeat ſimplex donatio quæ ab initio ualuit facta a patre filio quando legitimam implebat.*
49 *Collatio aliquando ceſſat ex titulo , uel modo acquiſitionis.*
50 *Collatio an fiat ex teſtamento.*
51 *Collatio an fiat ab eo qui ab inteſtato errore ſucceſſit.*

52 *Quaerela*

52 *Querela an ſecum admittat aliud remedium, contra communem.*
53 *Confertur nepoti emancipato ex perſona patris in poteſtate retenti.*
54 *Collatio ceſſat inter ſuccedentes diuerſo iure etiam hodie.*
55 *Collatio ſit hodie etiam inter ſuccedentes diuerſo iure.*
56 *Collatio an hodie ceſſet inter ſuccedentes diuerſo iure, eũ communi.*
57 *Collatio etiam iure ciuili ſit non tantum prætorio.*
58 *Intellectus, aut liberis. C. de collatio.*
59 *Collatio an fiat in ſimplici donatione.*
60 *Emancipatus an conferat ſimplicem donationem.*
61 *Collationis & imputationis quis finis fuerit.*
62 *Emancipatus ſuo non confert cum ei nil ſed extraneo tantum ademit.*
63 *Ratio communis defenſa.*

POSTQVAM quis hereditatem adiuit aut bonorum poſſeſſionem agnouit, bonorum hereditariorum poſſeſſionẽ apprehendere non raro prohibetur, ni ſi prius bona ſua conferat, ideo cum de acquiren. hære. egerimus, de collationibus ſubagere conſequens eſt.

Collatio quid 1 Quæro † quid ſit collatio, reſp. vnã definitionem ponit Azo in ſumma huius tituli, alias plures, uide per Vitalem in tract. de collat. in princ. per Sapiam, in d.l.ſi emancipati, in prin. tamen uide glo. rubr. ff. eod. titu. ex qua colliguntur duę definitiones, prima eſt talis, collatio eſt rei propriæ in commune latio, quam ſequũtur Bar. & doct. in d.l.ſi emancipati. C. de collat. ſed iſta non eſt tenenda per rationes de quibus per Sapiã, ubi ſupra, & quia hæc diffinitio congruit ſocietati non minus quam collationi, ut per Vitalem, ubi ſupra, unde hęc uerba magis ſapiunt alluſionem, quàm definitionem. Secunda diffinitiõ quæ colligitur ex d. glo. habet ita: Collatio eſt bonorum ſuorum communicatio, hanc ſequitur Bar. in l. pater filium. ff. de collat. dotis. & eſt communis ſecundum Sapiam & Vitalem, ſed confunditur ut per eoſd. Præterea eo præcedente deterior eſt quod dicitur bonorum, &c. nam licet iure ffforum primæuo uniuerſorum bonorũ fieret collatio, tamen poſtea etiã iure ffforum cœpit fieri collatio dotis, l. 1. de colla. dot. & † etiam poſtea iure. C. cœperunt fieri collationes ſimplicium donationum, uel donationũ ob cauſam. C. de coll. l. ut liberis, l. illam, l. illud, unde Vitalis ait & etiã Sapia quòd collatio eſt bonorum ſuorum communicatio pro portionibus hereditarijs quod uerbũ adiecit ut effugeret incõueniẽs adductũ de ſocietate, ſed hæc adiectio falſa eſt, ut p l. 1. §. ſi ex dodrãte, & §. toties, & q ibi ait Bar. ff. eod. tit. ubi tunc demum fit collatio proportionibus hereditarijs cum emancipatus totam portionẽ aufert ſuo, ſecus ſi ex extraneo, tu ergo ita dic, collatio eſt ſuæ rei uniuerſę uel particularis cõicatio uera uel æquipollens facta ex neceſsitate cauſatiua pro modo dãni dati, Dixi rei proprie ut p l. 1. ff. ſi cert. pet. Dixi uniuerſæ † qa & iure ffforum emãcipatus oĩa bona ſua cõferebat. l. 1. ff. eod. & iure hodierno oĩa cõferet, ſi nõ habeat niſi profectitia, ut per oẽs in l. ſi. de coll. C. Dixi uel particularis, quia aliquando ſuus uel emãcipatus habẽt plura aduentitia, & tñ nõ conferunt niſi ꝓfectitia tantũ. Dixi cõicatio, quia eius rei quæ in collationẽ deducit ſua pars remanet penes emãcipatũ, l. 1. §. ſi ex dodrãte, & §. toties, & §. fin. l. 1. ſi tres. l. §. ſi prętor. §. toties de coll. bon. ff. Dixi uera uel æquipollens, quia aliquando collatio re fit aliquando cauſatiuè, aliquando tanto minus accipiendo, aliquando actionem conferendo, ut l. ſi pater. l. dotis autem. quod locum. C. de coll. per Sapiam & Vitalem ubi ſupra, Dixi facta ex neceſsitate ad differentiam eius collationis quæ fit in ſocietate, quæ collatio eſt uoluntaria, Dixi cauſatiua quia nullus compellitur hanc collationem præciſe facere, ſed ita demum ſi uelit ſuccedere, l. 1. in prin. ff. de collation. bo. l. 1. in pr. de collatione dotis, l. filiæ, licet, & l. filiam, C. eod. Dixi pro modo damni dati, quia ſi nulla ex parte emancipatus nocuit ſuo, tunc nil confert, ſin autem ex minima parte tunc pro ea tantum, d. §. ſi ex dodrante cum ſeq. uel dic collatio eſt rei proprie communicatio uera, uel æquipollens pro modo damni dati. Dixi rei, quia id uerbum generale eſt, compræhendens tam rem ſingularem, quàm uniuerſalem l. 1. in fi. ſi certum pet. ff. l. nam quod. §. fin. ad Trebell. Dixi proprie, † quia ſi non erat propria ſed patris, non tam uidetur conferri, q̃ diuidi l. certum. C. famil. erciſcun. d.l. filiæ licet, & illa uerba ex neceſſitate cauſatiua ſunt neceſſaria ad differentiam peculij profectitij, quòd confertur, uel communicatur ex neceſſitate præciſa d.l. filię licet, ex iſta diffinitione ſatis aperitur hęc materia, & uide Decium in rubr. C. de collationibus, & in l. ſi emancipati, num. 13. eodẽ tit. ubi per Cornẽ. in eodem num.

Collatio differt a diuiſione. 7

Peculium profectitium communicatur, & confertur ex neceſſitate præciſſa. 8

Verbum † autem collatio uarias habẽt ſignificationes, ut per Bal. & Salicetum in l. ſi emancipati, ſupra allegata latiſs per Alberic. in ſuo dictionario in uerbo collatores, & per Decium qui melius cæteris loquitur, poſt Iaſon. & alios ibi in d. rubr. C. de collation. † Collatio eſt duplex, quædam enim fit ex neceſſitate præciſa, ut d.l. certum, d.l. filiæ licet, quædam ex neceſſitate cauſatiua qualis eſt illa de qua ſupra d.l. ſi. de coll. dot. cum ſim.

Collationis uerbũ quid ſignificet. 9

Collatio eſt duplex. 10

Quare † fuit inuenta collatio dic duplici ex cauſa, ut per Bar. & omnes in l. ſi emancipati, de collat. ubi Corn. num. 10. unde plura inferuntur, ut per Curt. in rubr. de colla. C. Hodie alia ratione fit collatio, ut per Curt. ibid. num. 6. & Corn. d. numero. 10. unde infertur, ut per d. Curt. quem uide, quia utiliter loquitur, & quia hęc materia nulli ſecunda eſt in ſui fructu atque utilitate, & plura huc ſpectantia retulimus in materia earum rerſi quę in legitimam imputantur quam ſupra diſſeruimus, ideo quę hic deſunt illinc petenda ſunt. ſ. ſupra. §. 30. ad fi.

Collatio qua re inuenta. 11

Ergo primo uidendum eſt de collatione ſuorum actiue, & paſſiue, ſecundo de collatione emancipatorum actiue, & paſſiue. Tertio de collatione actiue, & paſſiue eorum, qui nec ſunt in poteſtate, & non ſunt ſui, nec emancipati nec in poteſtate quales ſunt nepotes ex fœmina. Quinto de collatione inter parentes eius cuius de hereditate agitur. Sexto de parentibus illius, qui ſuccedere uult. Septimo de tranſuerſalibus illius cuius de hereditate agitur. Octauo de extraneis.

Cõferre ſuus ſuo olim nõ tenebatur, & quid in re nouo. 12

Ad primum ſuus ſuo olim nil conferebat, & generaliter nulli omnino conferebat, quia ſuum nil is habere poterat l. placet, de acquirenda hęred. ita tenet glo. magna, ubi Bar. & omnes in l. ſi emancipati hoc titulo. Bal. in rubr. de coll. † Fallit in fœmina, quę dotem ſuam habere poterat l. 1. §. ſed utrum, in fin. ff. de minor. l. Pomponius Philadelphus. ff. fam. erciſc. ideo etiam iure ffforum, non primęuo, ſed demũ poſt Diuum Pium cœpit dotem conferre l. 1. ff. de coll. dot. & per totum illum titul. intellige primo, q filiæfam. dotem conferebant emancipato, ſecundo q etiam ſuo per genera ſitatem legum omnium quæ ſunt in d. tit. & eſt expreſſum in utroq; in l. filiæ dotem de colla. & licet quidam contra in hoc ult. ſed quia poſtea cœpit filiusfam. poſſe aliquid ſuũ habere, ſcilicet dationem propter nuptias, ideo fuit receptum ut & illam ſuo conferre teneretur l. ut liberis. C. de coll. intellige † quando ea propter nuptias donatio erat profectitia, ideſt, profecta ab eo cuius de hereditate ageba tur, ut ibid. ibi cuius de hereditate, &c. alias ſecus, ut l. illã. C. de coll. ibi, eo q nulla cõſtitutio, unde generaliter quid quid non aduentitium filiusfamilias acquirit id conferendum non eſt, ut iuſſit Iuſtinianus in l. fin. de coll. C. id quod ſatis preſenſerat Leo in d.l. ut liberis, licet doct. hoc inuentum Iuſtiniano condonent, atq; tribuant, ut Bar. tam in d.l. ſi emancipati, q̃ in l. pater filium, de coll. dot. ff. Bal. in rub. de coll. C. ergo quod dr̃ æqualitatem ſeruandam inter liberos intelligendũ eſt reſpectu bonorum parentum uõ aliorum, ut d.l. ut liberis. d.l. fin. iuncta l. cum oportet, in princ. C. de bon. quæ lib. habet ergo concluſiones prima, q iure primæuo. ff. ſuus nil omnino conferebat. Secunda q iure ffforum ſecundario filiafamilias dotem conferebat ſuo. Tertia q iure. C. filius familias cœpit conferre ſuo donationem propter nuptias. Quarta aduentitia ſuus ſuo non conferret l. 1. §. nec caſtrenſe de coll. bonorũ ff. Sexta qui abſtinet ab hereditate

Coferre ſuus ſuo olim nõ tenebatur, & quid in re nouo. 13

Dos conferebatur à ſilicf. 14

Aduentitia non confert ſuus.

Caſtrenſia nõ conferuntur. 15

Don. & dos an conferatur. 2

Conferebat emancipatus omnia bona. 3

Conferens retinet partem 4

Collatio ut fiat. 5

Collatio non exigitur niſi a ſuccedere uolente. 6

16 *Repudians non petit collationem fieri.*

hereditate non cõpellit conferre l.ſi.de coll. dot.ff. † Amplia etiã ſi non abſtineat a legato l.à patre l.filium.2.de coll.C.has cõcluſiones intellige qñ is qui petit collationem non abſtinuit ab hereditate parẽtis l.1.§.inter eos de coll.bo.ne alias uana eſſet petitio hæc. Septima item omnes has cõcluſiones intelige ſiue is qui collationẽ petit fuerit inſtitutus, ſiue exhæredatus,ſiue prẽteritus,item ſiue is à quo petit fit inſtitutus,ſiue exhęredatus,ſiue præteritus. Id.n. ſolum inſpicitur an extiterit hæres tam petens,q̃ is à quo petitur nec præfert an ex teſtamento,an abinteſtato,an contra teſtamentum hęredes extiterint inſpecto iure nouo,tñ ergo dic de iure fforum, ſi omnes fuerunt inſtituti,& extiterunt hęredis non erat collatio l.1.de collatio.C.ſi abinteſtato hæredes extiterunt fiebat collatio,d.l.1.l.filiæ dotem.C. de collat. in princ.l. unica.§. quo a nobis.C. de rei uxoriæ act.hoc ſecundo, quod primò intellige qñ nullũ omnino fuit factum teſtamentum, ut dd.ll. Idem ſi fuit factum,ſed uiuo teſtatore euanuit,arg.l.quod uulgo, de cõtratab.ff.Intellige tertio qñ poſt mortem teſtatoris euanuit per contratabulas l. poſthumo.C. de coll.Intellige quarto,ẽt ſi euanuit poſt mortẽ teſtatoris,& poſt aditam hereditatẽ quale eſt cũ p querelã euaneſcit l.ſcimus.§.illud.C.de inoffi.teſtam.gl. in l.illud,in prin.de contratab.ff.ſm quoſdam, quod puto uerum cũ oẽs fratres inter quos agit de collatione fuerunt exhæredati extraneo inſtituto, arg.l. filiũ.§.uideamus.ff.de contrata.ubi ideo deſinit eſſe collatio,quia ſuccedebant diuerſo iure, uel q̃ nulla fiebat iniuria,ergo ceſſantibus illis rõnibus eſſet collatio,ad idem l.pater filiũ cũ l.ſeq.de coll.dotis.ff.uerũ ſi unus frater ſit tm̃ inſtitutus, uel plures contra quos alter exhęredatus obtinuit in querela, rupitq; pro parte tm̃ teſtamentũ,ut d.l.pr̃ filiũ,cũ ſeq. † & p hoc diuerſo iure ſucceſſerũt ceſſat inter eos collatio. ut ibi,niſi in caſu l.ſi filiũ.ff.de colla.bono. p rationẽ de qua p Bar.in d.l.pr̃ filiũ,uide omnino l.ut liberis, in prin.cũ gl.in uer.petita,de colla.C.ſtat ergo q̃ hodie ſuus ſuo cõferret. Primo qñ nullũ factũ fuit teſtamentũ.Secundo qñ factũ teſtm̃ euanuit uiuo teſtatore.Tertio qñ euanuit poſt mortẽ,& ante aditã,ut per cõtratab.Quarto qñ poſt mortẽ,& poſt aditã, ut per q̃relã,& ẽt p cõtratab. Quinto qñ euanuit ipſo iure p natiuitatẽ pteriti.Sexto qñ euanuit ipſo iure p ptẽritionẽ filij in poteſtate.Septimo qñ factũ fuit teſtm̃ exq; teſtõ ſuccedit, auth. ex teſtõ.C.de colla. † Nam licet olim abinteſtato tm̃ non ẽt ex teſtõ fieret collatio,ut in l.1.cũ ibi notatis per glo.& doctores.C. de collationibus, tamen hodie collatio ſit non ſolum ab inteſtato,ut olim ſed etiam ex teſtamento. Ratio iuris ueteris erat,quia qui teſtamẽtum fecit, nec nominatim collationem fieri iuſſit non preſumitur uoluiſſe,ut collatio fieret,arg.§.ſin autẽ ad deficientis. C.de cad.toll.ratio iuris noui eſt,quia teſtator ſemper præſumitur uelle, ut fiat collatio licet oblitus mortis conſtitutione id non iuſſerit,argum. in authen. detri.& ſemi.§.illud.l.hac conſultiſſima.§.at cum humana.C.qui teſtam.fac.poſſunt.

17 *Collationis in materia cum ſit ab inteſtato non refert liberi fuerint inſtituti,an exhæredati,an preteriti.*

18 *Collatio ceſſat inter ſuccedentes diuerſo iure.*

19 *Collatio hodie fit ex teſtamento, & ab inteſtato.*

20 *Conferre ut debeat ſuus emancipato.*

Hæc quando ſuus ſuo conferat, nunc uidẽdum an & quando conferat emancipato, & olim nil conferrebat, quia nil ſuum habere poterat hoc primo, ſed quia poſtea filiafamilias cœpit poſſe ſuã habere dotem,cœpit ẽt eam emancipato conferre hoc ſecũdo, & quia poſtea filius fam. cœpit poſſe habere ſuã donationẽ propter nuptias,cœpit ẽt eã conferre emancipato,hoc tertio intelligẽdo utr̃.& quia poſtea cœpit oĩa aduentitia ſibi quærere non ſecus, q̃ emancipatus cœpit tã ipſe,q̃ emãcipatus ea nõ cõferre hoc quarto, ſicut nec caſtrenſia, uel quaſi hoc quinto. Sexto qui abſtinet ab hæreditate non confert. licet nõ abſtineat à legato.Septimo qui abſtinet ab hereditate non petit collationem,quæ oĩa plane pbant in iuribus ſupra allegatis,& cũ hodie ta ſuus q̃ emancipatus in aduentitijs pares ſint. l.cum oportet, & fere per totum. C.de bon.quæ liberis,inducì potuit ob æqualitatem ſeruandam ut uel hinc inde fieret collatio,uel ut hinc inde collatio ceſſaret,& placuit ceſſare,ut d.l.fin.C.de colla.ut induſtria caſusq; ſibi non etiam alteri utilis eſſet,argumen.dict.legis cum oportet, in prin.C.de bon. contra lib. qua in re non ſatis exequantur ſuus emancipatus quia aduentitia ad emancipatum pleno iure ſpectant,ad ſuum autem non pleno iure ſed dempto uſufructu d.l.cum oportet,& l.fin.per totam,C.de bo.quæ liberis.

21 *Conferre an debeat ſuus transuerſalibus*

Nunc † uidendum an ſuus conferat transuerſalibus ? & ſi ſint tales quibus debetur legitima uideatur quòd ſic argum.l.illud, ad pri.C.de coll.legitima aũt debeẽ fratribus Suares, in l. qñ,de inoffi..fol.4. col.2.cõtrariũ teneo argu.d.l.illã,ibi eo q̃ nulla,qđ & tenuit Bal.in d.l.ſi emancipati,& longe minus ijs quibus legitima nulla debetur, facit,l.fi.C commun. utriuſq; iudi.iuncto §.extraneum,in lege unica.C.de rei uxor.actione,& iſta eſt communis opinio.

22 *Conferre an debeat ſuus aſcendentibus.*

Nunc uidendum an ſuus teneatur conferre aſcendentibus ? Bald. quòd non in lege ſi emancipati, de collatio.argum.l,illam,ibi, eo quòd nulla, C.de coll. unde ſi is cuius de hereditate agitur parentes habebat deceſſitque ſuo hęrede relicto is a:o pro auove ſuo paterno uel materno conferre non tenetur, licet is auus aliqua ex parte inſtitutus hæres extiterit firmatur ratione, nam † prætor aſcendenti nullam fecit iniuriam cum hunc deſcendentẽ lex ciuilis ex toto ab inteſtato uocaret,& ex parte a teſtatore uocatus ſit,ergo ubi ceſſat iniuria, ibi ceſſat collatio,l. prima.§.ſi ex dodrante,& §.toties, de coll. bono.ff. l.filium,§.uideamus,ff.de cõtra tab.l.ſi filius de coll. bono.l.fratris.§.idem Papinianus.ff.pro ſocio,quæ iura non ſunt correcta ut auth. ex teſtamento in fin.de colla.& §.illud,in fi.in auth.de triẽte & ſemi. Sed in contrarium arguitur ut ſuus aſcendentibus ex parte inſtitutus teneatur conferre,neque ad rem pertinet q̃ nulla lege id expreſſim inductũ ſit, nã cũ olim ab inteſt.tm̃ coll.fieret,l.1.cũ ibi notatis. C.de colla. & ab inteſt.aſcendẽtes cum deſcendentibus cõcurrere nõ poſſent,nõ fuit neceſſe inter eos fieri collat. quæ nõ fit niſi inter cõcurrẽtes ad alicuius ſucceſsionẽ, ſed cum hodie etiam ex teſtamento fiat collatio authent.ex teſtameuto,C.de collation. & ex teſtamento poſsint parentes cum liberis concutre uidebatur collationem fieri debere, ſed in contrarium eſt ueritas, ut iam docuimus, nam attenta hac ratione etiam extraneis liberi conferre tenerentur,quando cum eis ex teſtamento concurrerent, quod ridiculum eſſet,& contra communem opinionem.

23 *Collatio ceſſat ubi ceſſat iniuria.*

24 *Conferre ut debeat emancipatus.*

Secundus caſus principalis,† ut emancipatus conferat,& dic emãcipatus emancipato iure.ff.primæuo nil conferebat,lege prima.§.fin.lege.ſecunda.§.ſi teſtes,l.ſi prætor.§.toties.ff.de collation.bon.l ſi emancipati C.de colla. hoc primo.ſuo,autem conferebat omnia ut dd.ll. & dict.lege prima, in principio,hoc ſecundo, poſthumiſque conferebat,non ſecus quam iam natis,l.poſthumo,de collation.C.hoc tertio.Hodie nulli confert caſtrenſia, uel quaſi, l.prima, §.nec caſtrenſe ff.de colla.bon.hoc quarto. nec aduentitia l.fin.de coll.C.hoc qnto.,pfectitia autẽ oĩbus cõferẽdum modo proficiſcant ab eo, cuius de hereditate agit,d.l.ut liberis,d.l.illud.d.l.illã, hoc ſexto.fallit ergo ſi alunde ,pueniant q̃ ab eo cuius de hereditate agitur,d.l.ut liberis,facit l.qñ nouella. C.de inof.teſta.fallit ſed o† in ſimplici dona. ſm nos cõtra cõem p l.illud,in fi.& regula procedit in datis ob cauſam. Etenim ſimplex donatio ob benemerita facta preſumit,arg.l.neq; adiecit.ff.p ſocio, iũcta l.cũ de inde-

25 *Conferre non tenetur emancipatus ſim plicem donationem etiam a patre profectam contra communem.*

bito.ff.de proba.uñ ut ſi extraneo talis donatio facta foret& p hoc res donatæ abſceſſiſſent a patrimonio patris eo mortuo, ad idem patrimonium re. illę non redirent, ita & iſto caſu redire non debent, ne deterioris ſint conditionis liberi emancipati, quam extranei, neve facultas meritorum gratiarumq; referendarum parentibus occluſa ſit erga liberos, quibus erga extraneos occluſa non eſt l. ſed non uſque adeo.ff. ſi quis à parente fuerit manum. Pro nobis tex. fere expreſſus in l. ſi quando.§. & generaliter, in prin. C.de inofficioſo teſtamento, ubi per doctores.facit l. ut liberis, in fine.C. de collatio.traditur per nouiſſimos in l. ſi donatione, eodem titulo, & alibi latius diximus, & eſt communis opin.

26 *Cõferre non teneãtur deſcendẽtes aſcẽdibus ex teſtamento, nec ab inteſtato.*

Nunc uidendum † an parentes illius, qui ſuccedit conferant uel collationem recipiant, quod ſupra incidenter attigimus,& Bal.tenet q̃ non in d.l.ſi emancipati,per d.l.illam,uerſi. eo q̃ nulla, &c. facit quod proxime dixi,hi enim ſimul ad hereditatem abinteſtato non uocarentur,ergo nec ex teſtamento uocati debent conferre niſi parens id deſignauit expreſſim, facit l.2.§. ſi duo.ff.de collat.bo.l.1.§.1. & 2. de collat.dotis,quod eſt expeditum de iure ſtorum, ut dd.ll. & quia cum illo iure collatio non fieret, niſi abinteſtato, nec de collatione agatur niſi inter ſuccedentes,conſtat q̃ inter parentes, & liberos collatio ceſſabat cum hi ſimul abinteſtato alicui ſuccedere non poſſent, ſed cum iure authen. iam etiam ex teſtamento fiat collatio. uidetur, q̃ ſi filium m um eiusq; matrem eandemq; uxorem meam inſtituam inter eos eſſe debeat collatio.argum.l.nam & ſi.ff.de inoffic.teſtam.teneo cõtrarium cum Bal.nam authẽ. ex teſtamento.C.de collatio.& tex.in corpore unde ſumitur expreſſim confirmant iura antiqua de collatione loquentia, tantum abeſt,ut ea expreſſim corrigant, unde in quibus caſibus olim abinteſtato erat collatio in iiſdem etiam ex teſtamento hodie erit,ue rum in quibus caſibus olim abinteſtato nõ erat, nec ex teſtamento hodie erit,& ideo rectiſſime. Bal. ubi ſ.ait non eſſe collationem niſi inter eos quibus ex teſtamento debetur legitima quiq; abinteſtato concurrerent,& pro nobis multum facit l.illam,de coll. C.urgetq; illa ratio quam proxime attigimus, nam ſi ea rõ qua modo arguebamus in conſideratione eſſe deberet,tunc eueniret ut liberi ẽt extraneis cõferre tenerentur eo caſu quo cum eis ex teſtamento concurrerent,quo nihil abſurdius, & à mẽte ſententiaq;

27 *Collatio nõ pertinet ad tranſuerſales.*

iurecõſultorũ remotius dici potuiſſet, & eſt cõis op.

Nunc † uidendum eſt ẽt an collatio cadat in tranſuerſalibus illius de cuius hereditate agitur Bal. (ut ſ.incidenter dixi) in d.l.ſi emancipati tenet, q̃ non tã per d.l.illam,ibi eo q̃ nulla,&c.tum per l.ſi.C. cõmunia utri.iud.ita inducendo,ibi dñ q̃ ea q̃ aliqñ fuerunt liberorũ licet iam eſſe deſierint, & ad parẽtem redierint,ſibi tñ prẽcipua ſeruanẽ ſi cũ extraneis, & ex teſtamento ſuccedant,ergo longe minus conferre tenerentur ſi nunquã ab ipſorũ filiorum dominio diſceſſiſſent,extraneum intelligimus ẽt coniunctum ex latere,arg.§.extraneũ.C.de rei uxoriæ actio. & id o ſi fratres meos heredes ſcripſi, ipſi inter ſe cõferre non tenenẽ,idẽ ſi mihi in teſtamento ſuccedãt, itaq; inter tranſuerſales illius cuius de hæreditate agitur non cadit collatio actiue nec paſſiue, intellige,q̃ nul

28 *Collatio non pertinet ad extraneos.*

lus iſtis confert nec iſti alijs,& eſt cõmunis opinio.

† Collatio nõ cadit actiue nec paſſiue inter eos, qui ei cuius de hereditate agitur extranei ſunt per d.l. illã,& d.l.ſi.ſm quod .ſ. proxime induxi ſm Bal. ubi ſ. in d.l.ſi emancipati, & intellige q̃ nullus ipſis tenẽt conferre,nec tenenẽ cõferre ipſi alijs,& iſta eſt cõis & uera op.ſcribentiũ in d.l.ſi emancipati,poſt Bald. ibi.C.de collationibus, quod intellige etiam in profectitiis, ideſt in profectis ab eo de cuius hæreditate agitur,nam ſiue teſtator extraneo ſimpliciter donaſſet, ſiue ob cauſam id ad ipſum teſtatorem redibitũ nullo caſu erat,etiam ſi hunc extraneum hæredẽ non feciſſet,uñ eo q̃ illũ hæredẽ ſcripſit non eſt cur id donatũ ad eũ reuertaẽ eiusq; patrimoniũ augeat. 29

Deniqueſ caſtrenſia & quaſi non conferuntur hodie nec olim conferebantur, l.1. §. nec caſtrenſe, de colla.bon.per rõnem,l.ſi fratris, §.idem reſpõdit. ff.pro ſocio,& l.2.§.ſi duo,de coll.bon.ff.aduentitia, olim conferebantur,l 1.in prin.de colla.bon.ff.hodie minime,l.fin.C.de colla.quid in liberis & in conc ſis ab Imperatore uel alio Principe nõ recognoſcentes ſuperiorẽ,uel ab Auguſta,& in expenſis factis a patre pro filio propter adipiſcendũ epiſcopatũ, in factis propter adipiſcẽdum gradũ doctoratus, in factis propter adipiſcendam aliam dignitatẽ habentem adminiſtrationem,uel non habentem. Quid in militia ſeu officio : Quid in expenſis factis a patre pro filio propter pompam nuptiarum, uide late per Corneum, Alex.Iaſ.Decium & per Sebaſt. Sapiam poſt alios in d.l.ſi emancipati.C.de collatio.late per Bar. & alios in d.l.1.§.nec caſtrenſe,ff.de coll.bo ſed ordinatius q̃ reliqui diximus nos ſ in ſimili dum de imputatione agebãmus,hoc eſt dum differebã an huiuſmodi res in legitimam imputarentur eo caſu quo profectæ eſſe dicerentur ab eo cuius de ſucceſsione agebaẽ,& quæ ibi diximus hic etiã obſeruanda & repetita intelligenda ſunt, qa fere ijſdem iuris regulis metiẽda ſunt,ut poſuimus de ſucc.cre.lib.3.§.30.ſup rep.l.oĩmodo §.iputari. C.de inof.teſt ibi collocata.

Collatio ceſſat in caſtrenſibus et quaſi, & in aduentitijs.

Sed ut plenius hæc materia habeatur quæritur 30
† an libri a patre filio dati ut literis indulgeret ſint conferendi,& magis eſt vt nõ conferant, vt ſentiunt Bart.in l.1.§.nec caſtrenſe.ff.de colla.bono. Decius, in l.ſi donatione,ubi Alex.hãc firmat eſſe cõem ſententiam.C.de colla.Iaſ.in l.filię licet,eod.tit. Angel. Bal.& Salic.num.8.in l.omnimodo. §.iputari.C.de inoffi.teſta.Paul. & Alex.nu.20.in l.in quartam. ff.ad leg.Falci.& ibi Ripa nu.168. Coraſ.in l.filium quem, num.92.& in 110.C.famil erciſ. licet quamplures teneant contrariũ ut per Ruinũ, in d.l.in quartã,n.18. & per dd.ubi ſ.Sed pro cõmu.opin.eſt text.in d.l.1. §.nec caſtrenſe.ff.de colla.bonorum, quod procedit quando filio emancipato donatio fieret arg.l.quæ pater.ff.famil.erciſ.cum glo.iuncta l.illud. C de coll. l.ſi qñ.§.& generaliter. C.de inoffi.teſt. † Deinde in 31
telligit qñ donatio fieret doctori, qa eos libros haberet ut peculiũ quaſi caſtrẽſe,arg.d.§.nec caſtrẽſe, iũcta l.fi.C.de coll.l.aduoc.ati. C.de aduo.diner.iud.

Libri a patre filio dati ti.ad ſtudendum an conferendi ſint,quando erat emancipatus

Libri a patre filio dati non conferuntur.

Præterea† procedit & ſi eos libros donaſſet filio licentiato ex mente Bart.in d.§.nec caſtrenſe. Iaſ.in 32
d.l.filiæ licet. Ripa in d.l.in quartam,numero 170.

Libri a patre filio licentiato donati nõ ferũtur.

Ad† hęc procedit & ſi filio in ſacris cõſtituto eos libros donaſſet, quia is quaſi caſtrenſe peculium habere poteſt & doctori equatur ſecundum Iaſ. & Ripam ubi ſ. arg.C.de epiſc.& cleri.l.cum lege Leonina.& l.ſacroſanctę,& auth presbyteros. Quod & in clerico in minoribus ordinibus incitato procederet ita Alber.in d.l.ſi donatione. Bertr. conſi.201. quod dic, ut per Ripam, ubi ſupra, qui hoc impugnat. 33

Libri a patre filio dati nõ conferuntur, & ſi ſit de vicus primæ tonſurae.

Deniq; procedit etiam† ſi filio ſcholari donaſſet, ſi tñ poſtea uiuo patre doctor aut licentiatus factus eſſet,arg.l.ſiue emancipatus. C.de don. & l.donationes.§.pater.ff.eod.iũcto d.§.nec eſt caſtrenſe, & eſt cõmu.opi.ſm Ripã,ubi ſ Alex.cõſ.142.col.pen.lib.2. 34

Libri donati a patre filio ſcholari an conferuntur.

Poſtremo procedit etiã ſi eos libros donaſſet filio nõ ſcholari,ſi tñ pater iurauit eã donationẽ,qa tunc ſtatim ualet,ut plene p Iaſ.in l.frater a fratre, col.an tẽ pẽ.ff.de cõd.indeb.finq; oĩbus hijs ſpeciebus ideo ceſſat collatio,quia ea donatio licet profectitia ſit, tamen ſtatim ualet, ſicque non confertur, ut dict. §. & generaliter, cum ſupra allegatis, quod ſi 35

Donatio iurata non conferetur.

ſtatim

statim non ualeret sed morte patris confirmanda
36 esset an sit conferenda nec ne prope uidebimus † q̃
Traditio nõ arguit donationẽ nisi quando prius nomine eius cui fiebat res fuerat empta a tradente. si tales libri non donati sed simpliciter à patre filio traditi essent quasi in peculium cõcessi cõferri deberent secundum Bart. & dd. commun. ubi s̃. nisi filij nomine empti essent, quia tunc pro donatis haberentur secuta traditione l.2.&.3.C.si quis alteri, uel sibi l.filiæ cuius.C.famil.erciſc.

37 Denique † impensa à patre filio data ad gradum
Collatio cessat in expensa facta a patre in filio doctorando. doctoratus adipiscendum non confertur, quia quasi castrense id reputatur secũdum plerosque eorũ quos s̃.retulimus,ita Bar.in d.§.nec castrense.Bald.Angel. Salicet.nu.8.&Paul.Castr.in d.§.imputari. Corasius in d.l.filium quem.num.110.Ripa in d. l. in quartam. num.166.quanuis Ruinus,ibi teneat contrarium,sed communis opinio ulterior est per d.§. nec castreuse iuncta d.l.aduocati. cum sua glo.& l.fin.C.de inoffic. testam.l.1.§.sed an id.ff.de collat. bonorum. Et quia doctoratus dignitas nec uendi potest,nec ad heredes transmitti d.§. sed an id,& d.§.imputari. † In summa
38 equi & arma à patre filio dati ut ad bellum pergeret
Collatio cessat in equo & armis a patre filio ad bellum pergenti donatis. non conferuntur glo.& communiter dd.in l. quæ pater.ff.fam.erciſc.Bald.Ang.& Salic.in d.l.omnimodo. §.imputari.C.de inoffic.testam. Ripa ubi supra numero.167.

39 Proinde † impensa à patre facta, ut filius adipisce
Collatio cessat expensae factae a patre pro beneficio ecclesiastico filio adipiscendo. retur beneficium ecclesiasticum non confertur, ita Bar.in d.§.nec castrense. Odofredus,Ioan. Fab. Cynus,Alber.Salic.Ang.Fulgo. & Paul. Castren. in d.§. imputari Bertran.consi.201.lib.1.Alex. num.22. Ripa num. 166.in d.l. in quartam,tum quòd tale beneficium,nec uendi potest, nec ad hæredes transmitti, sicq; non confertur d.§.imputari. iuncta l. illud l. ut liberis.C de collat. tum etiam quia loco est peculij quasi castrensis,sicq; non confertur l.sacrosanctæ.C. de episcopis & clericis. iuncto d.§. nec castrense, & d.§.sed an id, & l. fin.C. de inoffic. testamen. & d.l. aduocati.

40 Impensa † enimuerò à patre facta,ut salarium ad
Cessat collatio expensae factae a patre pro consequendo salario aduocationis, idem in cathedra. uocandi filius acquireret non confertur, quia nec uẽ di potest id salarium, nec ad hæredes transmitti arg. d.§.imputari, ex mente Odof.Cyn.Alber.Ioan.Fab. Angel.Salic.Fulg.& Paul.Cast.ibi.unde ex mente eorundem impensa à patre facta, ut filius cathedram

41 adipisceretur non esset conferenda. Qua ratione
Collatio an cessat impensae a patre factae ut filius scriptoriam apostolicam, uel nõ apostolicam, uel decurio natum adipisceretur. † impensa à patre facta, ut filius haberet scripturam apostolicam non esset conferenda, quia nec uendi potest, nec ad hęredes transmitti l. apud Iulianum.§. constat.ff.de lega.1. iuncto d.§.imputari, nisi à principe impetretur, quæ impetratio impossibilis reputatur d.§. constat. ita Nicolaus de Vbaldis de successione. abinteſtato.sed in contrarium est commun.opi. quia ut talis scriptoria uendi possit est sopitum concedi à Papa, sicq; quasi uendibilis reputatur l. 1.§. permittitur.ff.de aqua quotidia.l.quidam relegatus .ff.de rebus dub. unde conferenda est argumen.l. illud. l. ut liberis l. illam.C.de collat. iuncto d.§. imputari. ita sentiunt Paul.& Iaſon d.§.imputari . Ripa num.163.in d.l. in quartam.

Proinde cum Hispaniæ in omnibus ciuitatibus sint quædam militiæ, quæ appellantur decurionatus (Hispane uero regimientos) & aliæ quę dicuntur scriptorię publicę) Hispane uero scribano del numero dicuntur) & has militias, quę sui natura uendi nequeunt, nec ad heredes transmitti mos est, regibus nostris inuiolabiliter custoditus alienari, & cedi gratis,uel pretio permittere ac dispensare,consequens est impensa à patre facta pro talibus militijs filio emendis ut conferatur, non secus, quàm si huiusmodi militię, seu officia sui natura essent alienabilia,arg.d.§.imputari, & quasi hæc res iam transierit in assiduã iurisdictionẽ,ut in simili dicit tex. ut prin.inſt.de fideic.hęr.& in prin. inſt.de codici. §.ex non scripto,inſt.de iure naturali,l.de quibus, cũ ll. seq.ff.de legibus,idq; respõsuros. Paul.Castr.& Iaſ & Ripam proxime relatos contra Nicol. de Vbal.ue rosimillimum est.

Deniq; q̃ pater pro filij cõdemnatione soluenda 42
persoluit ne illo corpore plecteret, neve carceribus *Collatio an fiat illius impensae quam pater fecit pro soluenda filij damnatione, ardua quaestio, & quid si ex forma statuti ad id pater tenebatur.* detineret sunt qui uelint conferendũ esse, quia q̃ patet filio dedit quo maiore nec essitate etia causatiua ad dandũ id cõpellitur eo facilius conferendũ est,arg.d.§.imputari, in d.l.omnodo, C.de inof.testa. iũcta l.qñ nouella,eod.tit.& l.ut liberis,l.illa.l.illud C.de colati.Nec dubiũ est, quin maiore necessitate causatiua cogat pater filio pecuniã dare ad talẽ condemnationẽ soluendã,caputq; suũ,libertatem,honoremque saluandum quam ad militiam ei emendam, unde si datum ad militiam emendam confertur, ut pluries admonuimus,multo magis & hoc conferendum est,ut tenere uidenẽ in simili q̃ plures relati p Fabianũ in rep.auth. nouissima. C.de inof.test. in 8. q.9.q.prin.nu.89. qui hãc partem sequitẽ appellatq; cõem opinionem quã sequitẽ & cõem esse firmat Ripa,in l.in quartã,nu.185.ff.ad leg. Falc. quauis contrariã partẽ in simili teneat Bar. in l.Stichus.ff.de peculio legato,cuius opinionẽ cõem dicit Alex.in d.l. in quarta,nu.23.Bal.& Roma.in auth.ex testamento. C de collat. Idem Bal.in auth.contra rogatus.C. ad Treb.Imola in c.lator,de pignor. Roma.in l.quę dotis.ff.soluto matrim.Bald.in l.filiæ,& in l.certum, C. fam.erc.idẽ Bal.in l.1.ad fi.C.ne filius pro patre , Bal. in d.§.imputari,col.2.& alij quos retulimus in lib.3. de succ.crea.§.30.nu.220.ubi ad argumenta eorum quia hanc partẽ tuentur respondimus.

Sed † & q̃d pater pro filio soluit eius creditori ex 43
causa paternę fideiussionis est cõferendũ s̃m Bar.& *Collatio fit eius summae quam pater erogabit ut filij fideiussor.* oẽs fere s̃ relatos,arg d.l.Stichus,ff.de pecu.legato. Idemq; & in eo quod pro filij cõdẽnatione pater soluere coactus necessitate præcisa, quale esset si ex forma statuti ad id teneret s̃m utriusq; partis fautores supra allegatos.Quatenus in simili loquunt fallit qñ delicto a filio perpetrato pater causam prębuisset ita Bar.Bal.& reliqui,ubi s̃,arg.l.qui originẽ. §.qui filios.ff.de muner.& honorib.

Quid † aũt in eo q̃d parẽtibus a liberis datũ esset 44
ad soluẽdã parentũ cõdẽnationẽ ex filio descendẽte, *Conferre tenẽtur omnes in quibus debetur a me legitima quod pro eorũ damnatione soluenda erogau.* uel in eo q̃ simili ex causa fratri utrinq; præsertim cõsiũcto ab altero fratre datũ esset,uel datũ esset ex eadẽ causa a liberto patrono suo,uel datũ forte esset a filio emãcipato patri emancipatori, uel forte datũ esset a patre filio emancipato, uel forte a patre adoptiuo datum esset filio adoptiuo, uel filio arrogato, in quibus casibus eis legitima debetur abinteſtato, uel ex testamento instituti sunt, & in omnibus his speciebus,& similibus magis esse uidetur, ut taliter datum sit conferendum,quasi non omnimodo ex libera & soluta uoluntate hæc datio descendat, sed ex quadam necessitate causatiua, cum turpissimum esset his casibus periclitanti non subuenire eum qui eis esset tam coniunctus,& quia onus conferendi ad læsionem conferentis spectat, ut per totũ.ff.& C.de colla.&.ff.de colla.dotis,& d.l.quoniã,nouella.C.de inoffi.test.Vnde si hæ dationes etiã a filio legitimo, & naturali conferentur,neque aliter ad partus successionem sumopere sibi debitam admittitur, multo magis in his speciebus qui tales dationes conferre noluerit a successione de qua agitur repellitur cum nulli non tam debita sit, q̃ filio legitimo & naturali,

Feudum autem quod filius a patre, uel accepit, 45
uel eius pecunia emit quando sit conferendum, dic *Conferendum quando sit fundum.* ut p Paul.& Alexan.in l.si patroni.ff.ad Treb.Coras. in l.filium quem habentem.C.famil.erciſ. nume.94. Alex.nume 29.in d.l.in quartam, & in l.pater filium.

.ff.ad legem Falcid.Salic.num.9.in l.omnimodo.§.im putari.C.de inoffic.teſtam.Paulus Caſtrenſis ibidem, & Ripa num.177.in d.l.in quartam.

46 *Conferẽdum an ſit lucrum a filio cum patris pecunia factum.*

Adhæc † lucrum factum a filio cũ pecunia patris dum cum ea negotiaretur an ſit conferendum quaſi peculium profectitium uideatur, an uero non ſit cõferendum quaſi aduentitiam lucrum uideatur, hoc eſt partum ab ipſius filij induſtria argum. d.l. fin.C. de coll.iuncta l.cũ oportet.in prin.C.de bo. quæ lib. & l.filium quem.C.fam. erciſc. & placuit dimidiam partem ad filium pertinere induſtriæ ſuæ conceſſam, alteram dimidiam ad patrem ſpectare, ſicq; conferendam eſſe,argum.l.ſi non fuerint.ff.pro ſocio, & inſt. eodem tit.§.1.ita Bar.in d.§.nec caſtrenſe, Decius in l.illud.C.de collat. Coraſius in l. filium quem. ſuprà alleg.Ripa in d.l.in quartam,num.157.Angelus cõſi. 67.Bertrandus conſil.303. lib.3. Romanus, & alij in authen.ex teſtamento.C.de collatio. Corneus conſi. 24. conſideratis lib.1. Bald.in d.§. imputari. Socinus conſilio.92.circa primum, lib.1.Corneus conſi.58.ad euidentiam,lib.4. Fallit in caſibus,ut per eos.

47 *Conferendũ eſt non ſolum dos, ſed & quod dotis contemplatione datur,idem in eo quod in monte Florẽtie pro filiabus maritandis ponitur.*

Denique † non ſolum dos confertur, ut per totũ .ff.de coll.dotis d.l.quoniam nouella. ſed & quod dotis contemplatione datur legitimę conferendum eſt, ſicq; ſi cum filia monaſterium ingrederetur pater pecuniam ſuper altare poſuit id conferendum eſt, ita Bar.in l.1.§.ſi parens.ff.ſi à paren.quis fuer.man.Ripa in d.l.in quartam,num.155.Bal.in d.l. quoniã nouella.Fel.in c.eccleſia ſanctæ Marię de conſti. col.29.in ſimili per Bar.in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.dẽ cond.& demon.& ibi Paul.Caſtr. Qua ratione idem foret,& in eo qđ ponitur in monte Florentię pro dotibus filiarum, ut per Corneum conſil.1. lib.4.Ripa num.156.in d.l.in quartam.ff.ad leg.Fal.

48 *Conferri an debeat ſimplex donatio quæ ab initio ualuit facta a patre filio quã do legitimam implebat.*

Sed † an ſit conferenda ſimplex donatio, quæ à patre filio facta ab initio ualuit, ſi quidem implebat eius legitimam,& pleriq; putant conferendam eſſe, quaſi tunc cõtemplatione legitimę facta fuerit, ſicq; magis relicti,q̃ inter uiuos dationis naturam imitet. arg.d.§.ſi parens,ita in imputatione legitimæ loquẽtes uidentur ſentire Bar.in d.l.in quartam, cuius opinio communis eſt ſecundum Paulum Picum ibi nu. 62.Coraſi.in d.l.filium quem.C.fam.erciſ.nu.106.Ripam.nu.493.in d.l. in quartam, qui hanc firmat eſſe communem op.& nu.160.cum plu ſeq.& ibi Carolus Ruinus num.18.& nu.23. In contrarium tamen inclinat Soci.conſi.18.lib.9.& Coraſi.ubi ſuprã.& Corn. in l.illud.C.de collat.& hãc uarẽ ueriorẽ eſſe in ſimili edocemur ꝫ.de ſucc.crea.li.3.§.30.nu.254.per d.l.ſi qñ.§.& generaliter.C.de inof.teſt.l.illud,de colla.C.

49 *Collatio aliquando ceſſat ex titulo, uel modo acquiſitionis.*

Ex † cauſa uel titulo acquiſitionis illius rei de qua cõferenda agitur ceſſat collatio aliqñ,unde qſita tit. onoroſo non conferuntur ſm Bal.in l.qñ nouella.C. de inof.teſt. Idẽ in queſitis ex ſimplici donatione ſm nos p l.illud.§.fi.de collatio.Idẽ in quæſitis ex ultima uolũtate q̃ res in plures ſcindit partes, ut dixi.ꝫ. idq; de iure ſtorum uerificabatur in relictis in codicillis,hodie põt uerificari in relictis ẽt in teſtamẽto tit.ſingulari ut plegata & ſimilia,hęres cohæredibus conferre non teneat l.ſihũ 2.l.à patre, de collatio.C. Idẽ in donatione cã mortis.Idẽ in alijs donationibus q̃ morte firmant. qualis ẽ donatio facta à patre filio in poteſtate ſecundum cõmunem,ſed in omnibus iis caſibus præter primũ põt ẽt dici ceſſare collationẽ pp tẽpus acquiſitionis.ſ.q̃ acquiſitio cõtingerit poſt mortẽ illius cuius de hereditate agit, licet initiũ eo uiuente habuiſſe uideant. Ea aũt duntaxat recipiunt collationẽ q̃ uiuo eo cuius de hereditate agit ab eo primonio abſceſſerunt,nõ q̃ poſtea ut dictis iuribus.

50 *Collatio an fiat ex teſtamento.*

Ex teſtamẽto nõ fit collat.l.1.C de coll.cõcor.l.1. §.quo à nobis.C.de rei uxo.actio.l.ſi.com.utriuſq; iur.& l.illud.in uerb.abinteſt.bis repetito l.illã,i uerb. inteſtatus.§.in uerb.inteſtata,l.ſi maritus, C.de coll. auth.de trient.& ſemi.§.illud,in prin.col.3.l. pactum, in uerb.nec in teſtato.C.de colla.l.ſi filius qui in poteſtate.ff.ſi quis omi.cau.teſta.l.ſi filia fuerit, de coll. dot.ff. Ratio huius cõcluſionis eſt quia ſi emancipatus a patre ſcriptus ſucceſſerit tunc nullam iniuriam ſuo fecit prętor,ſed pater qui eũ admiſit ſcilicet oẽs.

Secunda ratio quia teſtator qui teſtamentum faciens quæſita ab emancipato conferre non iuſſit,ea bona eius præcipua eſſe uoluit, nam qui cum poſſet adimere id nõ fecit tacite dediſſe uidetur, l.1.§.pen. de leg.3.l.conficiuntur,de iure codi. & qui non prohibuit cum poſſet tacite permiſſiſe uidetur,l.nec nõ ff.ex quibus,cau.maio.

Hanc concluſionem amplia ex parte perſonarum rerum & cauſarum,ex parte perſonarum, nam intellige primo quod emancipatus inſtitutus non confert, ut diximus per d.l.1.C.de coll.cum ſimi. Intellige ſecundo quòd etiam ſuus inſtitutus non confert,ut tenet gloſſ.1.quæ nil allegat in l.1.C. de coll. ſed pro ea eſt tex.in l.filiã.1.cum ſimilibus.C de coll. & l.3.in prin.ff.de coll.dot.& l.illud. C.com.utr.iud. & l.filiæ dotem.C.de colla.

Ex parte rerum intellige,primo quòd non fit collatio aduentitiorum,licet alias contra,ut l.1. in prin. ff.colla.bono. Intellige ſecundo quòd nec profectitiorum collatio fit,ut probatnr in l.illud.C.com.utr. l.filiam.1.C.de colla. nam de caſtrenſibus indubitatũ eſt, lege prima.§.nec caſtrenſe,ff.de coll.bonorum.

Ex parte cauſarum intellige primo quando nullum omnino teſtamentum fecit,l.1. C. de collation. l.ſi emancipati,eod.titu. l.ut liberis,in princip. eod.

Secũdo intellige quando factum fuit teſtamentum ſed ruptum poſthumi agnatione, l.poſthumo. Tertio quãdo factũ fuit ſed ruptum per contra tabulas, l.filiæ dotẽ,in prin.d.l.ut liberis,in pr.Quarto qñ factum fuit teſtamentum, ſed reſciſum per querelam, Idem ſi alijs modis reciſum eſſet,ut per glo.in uerſi. petita,in d.l.ut liberis. Quinto intellige ut per l.ex parte, §.inteſtato.ff.fam.ercis. nam in his quinque caſibus & ſimilibus caſtrenſia non conferuntur.

Et in glo.in uerſi.obtinentibus, in l.1.C.de colla. 51
colligitur † quòd emancipatus qui per errorem abinteſtato ſucceſſit,cum ex teſtam.ſuccedere poſſet, nõ magis confert quàm ſi re uera ex teſta. ſuccederet,l. filius emancipatus,de collation.dot.uel ſic, ſi per errorem ſuceditur abinteſta.ceſſat collatio, non ſecus quàm ſi reuera ex teſtam.ſucced retur, vide omnino l.ſi filius qui in poteſtate.ff.ſi quis om.cau.teſt. & l.ſi filia fuerit de coll.dot.ff.ex quibus uidetur ex mente Fulg.& Cor.in d.l.1.nil referre ex errore an ſcienter ab inteſtato ſuccedat.Ita dic referre & ſunt tres caſus primus,cũ ſuccedit ex teſt.& tũc ſine dubio iure ſtorum ceſſabat, colla.d.l.ſi filia fuerit. in prin.cũ cõcor.alle.ꝫ. Sc̃dus qñ ſuccedebat ab inteſt. p cõtra tab.& ſic cõtra teſtam.& ſimiliter ceſſabat colla d.l. ſi filia,2.reſp.ẽt ſi id ſciẽter fieret. Tertius qñ ab inteſt.vñ liberi,& tũc niſi fieret p erroré nocebat, ut fieret colla.ut d.l.ſi filius,q̃ in poteſtate, & d.l.filius emãcipatus,ratio dr̃ię inter ſecundũ & tertiũ caſum quia q̃ accepit.vñ liberi uidẽt p prius repudiaſſe ex teſtam.l.illud.ff.de acq.hęr. ergo cum impugnauerit teſtam.inde nõ debet lucrũ cõſequi.c.ex eo.de regu. iur.in 6.l.queſitũ,de acq.hęr.l parẽtibus. C.de inof. teſt.& ſic debet cõferre,nõ ſecus q̃ ſi reuera teſtam. factũ nõ fuiſſet,verũ q̃ accepit cõtra tab.ex neceſſitate feciſſe uidẽt.d.l.ſi filia(ibi neceſſe habuit) vñ ei ſubueniẽdũ, l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria,q̃ ſatis da. cog.facit,l.ſi poſt mortẽ.§.fi.de cõtra tab.ff.ſed quare cõtra tab.uidẽt magis ex neceſſitate accepta q̃ unde liberi.reſp.quinimo,priuilegiũ, de quo in d.l. ſi filia fuerit.Sc̃do reſp.nõ aliter p̃cedit q̃ ſi ex neceſſitate

51 *Collatio an fiat ab eo qui ab inteſtato ereditate ſuccеſſit.*

contra

cõtra tab.accipiat,ut ibi exprimit, ut licet inter accipiẽtes bo.poſ.cõtra tab.ſit colla.actiue & paſſiue,l.1.§.inter eos de coll.bo.l.filium,§.uideamus.ff.de contra tab.tamen qui cũ inſtitutus eſſet coactus ab inteſt. ſucceſſit (qđ accedit cũ contra tab.comſſo,ab altero edicto accepit)is immunis eſt ab onere collationis non ſecus quàm ſi ex teſtamento ſuccederet,ut ibi,uerum unde liberi nunquà accipitur niſi ſponte ab eo qui nullo cogente imperio repudiauit ſecundum tabulas, uel contra tabulas, ut l. unica §.1.ff.ſi tab.teſtam.nullæ ext. ex teſtamento ergo ſuccedens non cogitur conferre hoc primo.Idem ſi ab inteſtato per bonorum poſſeſſionem contra tab ex neceſſitate acceptam, d.l.ſi filia fuerit,2.rereſp.hoc ſecundo.Ab inteſtato ſuccedens per unde liberi tenetur conferre licet per hoc eius portio non augeatur tũ per regulam l.1.& per totum de colla.dot.tum per l filius emancipatus,& d.l.ſi filius qui in poteſtate.contra Fulg.Alex.Decium,& Iaſ.in d.l.1.de coll. C.ſi portio ſcripti ab inteſtato contra tab.uel alias ſuccedentis augeatur in diſtinctæ confert d.l.ſi filia 2.uel 3.reſp. hoc quarto,intellige q tenetur conferre,uſq; ad emolumẽtum,ſeu augmentum,ut per hoc lim.d.l.filia.

Et circa materiã d.l.1.C.decollationibus,& gl.fin.ibi,& l.ſi non mortis,ff.de inofficioſo teſtamento,ſol.gloſſ.communiter eſt approbata ſm Alex.& Decij opin.poſt Salice. & alios,qui ſimpliciter ita tranſeunt.Sed Fulgo.& Decius aiunt,quòd ſi filius nolit repletionem fieri tunc oportet, quòd conferat,quod inter uiuos acceperat ut ſit in eius electione uelit ne acceptum in legitimam imputare, an teſtamentum expugnare,Alex.contra quia inquit quãdiu alio remedio locus eſt ceſſat querela, ſi ergo filius ad conſequendam legitimam habet remedium agendi ad ſupplementum,non poteſt habere querelam.Decius reſp.id eſſe de iure nouo,ſed errat,quia deciſio l.omnimodo,eſt de iure nouo,non autem deciſio.§.tam aũt inſt.de inoffic.teſta

52 *Querelam ſecũ admittat aliud remedium, cõtra communem.*

dic nouiſſime,† quòd cum querela bene poteſt aliud remedium concurrere licet non ſimul exercere patet in l.fin.de lib.præteri.ibi,& nemo ex alio orſus auxilio, &c. ubi expreſſum eſt.quòd poſt electionem alterius remedij ceſſat querela,ut ibi,non autem impeditur quin aliud remediũ cum querela poſſit competere licet non ſimul exerceri, quod optime probat d.l ſi non mortis,eſtq; nouiſſimus intellectus ad omnia hæc iura.unde collige primo cõtra cõmunem quòd cum querela poteſt aliud remedium competere licet non ſimul intentari. Secunda concluſio,quæ inde infertur iure. ff.filius qui inter uiuos integram legitimam non receperat poterat querelare contra communẽ. Tertia concluſio is filius poterat agere ad ſupplementum, idq; ab eius pendebat uoluntate,contra communẽ.Quarta concluſio, qui maluit querelare quàm acceptum imputare,tenetur conferre d.l.ſi non mortis.2.reſp.& ideo, in quibus caſibus datum inter uiuos uenit imputandũ,in ijſdẽ & conferendum,ut dixit glo. quæ nullum tex.allegauit in l.illud,C.de colla.infertur ueram non eſſe communem opinionem dicẽtem, quòd etiam iure.ff.datum inter uiuos ea contemplatione,ut in legitimam imputaretur impediebat querelam, nam non impedit ſi id non impleat legitimam, niſi cum filius ſponte uelit approbare teſtamentum,& ſupplementum petere,&c. Itaque iure uetere filius, qui inter uiuos minus legitima accepit ea lege, ut id in legitimam imputaret,ſi poſtea exhæredaretur poterat querelam mouere d.l.ſi non mortis,non ſecus, quàm ſi id teſtamento accepiſſet iure.C.ad ſupplemẽtum legitimæ tantũ agere poteſt ſiue ex teſtam. capiat l.omnimodo.C.de inoffi.teſtam. ſiue inter uiuos ea lege,ut in legitimã imputaret l. ſcimus eod. tit.,quę oĩa nota,ſed cogiti in ijs quæ cõtra cões tra

53 ditiones diſputationis gratia attigimus quia non firmamus.

Cõfertur nepoti emancipato ex perſona patris in poteſtate retenti.

Et ad d. l.1. C. de collatio.dum tex. ibidem probat nepoti † emancipato ex filio in poteſtate præmortuo conferendum.contra l. ſi emancipati,de colla.cum ſimilibus Bartol.in d.l.ſi emancipati,col.2.in prin. communiter receptus,ſecundum Iaſ.ibi nume.4. & Curt. nume. 19. ibidem ait,id ideo eſſe ibi q a nepos emancipatus ſimul cum altero nepote in poteſtate uocabantur ad unam portionem, ſcilicet illam quæ deberetur patri eorum ſi uiueret ſuccedentes in ſuirpes,unde is nepos emancipatus beneficio fratris ſui in poteſtate conſequitur beneficium collationis,q ex perſona ſua conſ qui non poſſet,non ſecus quàm inſtitutus filius beneficio emancipati conſequitur facultatem, agnoſcendo contra tabulas quam nomine ſuo habiturus non eſſet l.ſi poſt mortem,§.final.de contra tabul ſt. quod omnino falſum eſt, & quia ſecundum hoc ſequeretur q ſi erant duo filij in poteſtate, duo emancipati tunc etiam emancipato conferri deberet beneficio aliorum fratrumin poteſtate quod eſt contra l.1.§.portionis,l.2.§.ſi tres l.3.§. totiens,ff.de coll.bo.dic ergo quòd illud ideo,quia iſti nepotes non iure ſuo,ſed iure repreſentato ueniebant, unde cum ille cuius perſonam repreſentabant eſſet capax collationis petendæ ſi uiueret ita,& ipſi,ſicut in ſimili in §.cũ filius inſti.de hæredi.quæ ab inteſtato,infero nouiſſime contra omnes,quòd ſi in terminis huius tex.omnes nepotes eſſent emancipati adhuc eis conferri deberet non ſecus, q ſi omnes eſſent in poteſtate.

Ad argumẽ Bartol. reſp.quòd interdum iure tranſmiſſo admittitur tanquam filius ſed certe occurrit iniquitas rei ut quod nepotes emancipati quæſierunt id ſibi habeant patruoq; non communicent,quod autem patruus emancipatus quæſiuit eius cõparticipes faciat.reſpõ.quod idem foret,& ſi eorum pater uiueret,nam licet iſti nepotes ſibi haberent quòd quęſi eſſent adhuc tamen patruus emancipatus patri horum in poteſtate aui retento conferre teneretur,ſed certe tunc in hæreditate patrisfamilias inueniret acquiſitiones factas per filiumfamilias nepotum patrem ſi uiueret quas mortuus facere non potuit, hæc amaritudines ceſſabunt ſi ponas,quòd filius nepotum pater poſt mortem aui deceſſit antequam peteretur collatio. Inter† ſuccedentes diuerſo iure non fit collatio, ſecundum Bart. & omnes in legẽ ſi emancipati. C. de collatio. & Bartol. in legẽ pater filium, de collatio doctis.Bald. in rubr.C. eodem per legẽ filium,§. uideamu.sde contra tabulas legẽ ſi filius, & legẽ primam.§.1.de collatio.bonorum. ff. legẽ pater filium, & lege nec filia, ff. de collatio. dotis, leg. filiam ſecunda leg. à patre. C. de collatio.leg. ſi pater, ff.de collatio.dotis.Intellige primo quando unus ſucceſſit titulo ſingulari alius titulo uniuerſali dicta lege ſi pater,dicta lege filiam,dicta lege à patre. Intellige ſecundo quando unus ſucceſſit ex teſtamento alius ab inteſtato dict.§. uideamus,dicta lege nec filia,dicta lege pater filium,quod limita, ut procedat quando ex neceſsitate diuerſo iure ſucceſſerunt,ſecus ſi ex uoluntate dicta lege ſi filius, ſecundum Bartol. utrobique. Intellige tertio, ſecundum quoſdam quando unus ſuccedit iure ciuili alius iure prætorio, nos contra per legẽ filiæ dotem.C.de collatio.ubi filiusfamilias dotẽ profectitiam tenetur conferre filio emancipato, & tamen certum eſt quòd filiusfamilias poteſt ſuccedere de iure ciuili emancipatus tantum de iure prætorio, ad idem lege prima in princip.in ſui generalitate, ff. de collatio.dotis, Illorum ergo opinio potuit forte procedere ante conſtitutionem diui Pij, de qua fit mentio in lege prima.ff. de collatio.dot. Confirmatur opinio noſtra, nam emancipatus non poteſt compellere ſuũ qui iure ciuili ſuccedere poteſt, ut agnoſcat ſecundum tabulas,uel contra tabulas,uel unde lib. ergo iniquam eſſet per hoc emancipato ſuum conferre profectitiam non cõpellen.cui emancipato imputari nil potuit, ſed ſi ſuus uelit prouocare emancipatum ad collationem forte erit quid ei imputetur cur non accepit bonorum poſſeſsio. cum poſſet, niſi forte prius adiuerat de iure ciuili quàm emancipatus contra tab. accepiſſet. Sed certe & tunc ſuus poſſet contra tab.accipere, ſed certe & ſi ſit quid ſuo imputetur adhuc idem ut d.l.ſi filius.Quod intellige primo quando id fecit ut uol patris tueretur ut ibi.Secundo intellige etiam ſi non ea ratione fecit, ſed quòd in terminis d. l. is inſtitutus ex teſtamento repudiauit, & ab inteſtato adiuit poſtquam emancipatus contr atabularat, nam & tunc for-

54 *Collatio ceſſat inter ſuccedentes diuerſo iure etiam hodie*

te

te poterit emancipatum prouocare ad collationem, ut ibi, cogita tamen. † Hodie autem inter ſuccedentes diuerſo iure eſt collocatio. ſecundum Barto. in d.l.pater filium.in fine,& in d.l.ſi emancipati.Cuius opinionem dicunt communem Iaſ.num.16. & Decius numero 20. in l.ut liberis, de collati.per auth.ex teſtamento.C.de coll. quam ſic induco: In l.pater filium, dicitur ꝙ emancipatus inſtitutus qui adiuit,contra quem ſuus exheredatus querelando obtinuit, ideo ſuo non conferet quod ipſe emancipatus ex te tamento ſuccedit,ergo cum hodie etiam ex teſtamento ſuccedens teneatur conferre non ſecus quam ſi ab inteſtato ſuccederet.ſequitur ꝙ is emancipatus teneatur conferre. Teneo contrarium, quia is emancipatus non propter illam ſolam rationem ſed & propter aliam deſinit conferre,ſcilicet quia ipſe ex teſtamento, ſoror autem exhæredata ab inteſtato ſucceſſit,ut ſtatim exprimitur in l.ſeq. unde ibid.infertur ipſam exhæredatam licet ab inteſtato ſuccеſſerit non teneri dotem conferre, quia non eodem iure quo frater ſucceſſit,niſi ſuſtinendo communem opinio.reſpondeas quòd emancipatus ibi non potuit prouocari ad collationem quia ſuccedebat ex teſtamento, & cum ipſe conferre nolet, non quoque potuit collationem petere a ſorore:hodie autem & ipſe poterit prouocari,& etiã prouocare arg.auth.ex teſtamento.C.de collati.

55 Collatio ſit hodie etiam inter ſuccedentes diuerſo iure.

56 Et quod dixi † ſupra nunc contra communem confirmatur, nam in d. l. pater filium, iuncta l. nec ipſa fortis argumento facit ut nec inſtitutus,nec exhæredatus conferant,inſtitutus non,quia ex teſtamento ſucc. dit,quo caſu illo iure non fiebat collocatio, non quoque exheredatus, quia diuerſo iure ſuccedebat quam inſtitutus, uidebatur enim quòd exheredatus teneretur conferre utpote ab inteſtato ſuccedens.ſed contrarium ſtatuitur, quia licet exhæredatus eſſet in ea cauſa ut conferre deberet, tamen ceſſat collocatio. quia prouocans ad collocationem non ſuccedebat eodem iure quo prouocatus, ſic & in propoſito licet hodie talis inſtitutus poſſet prouocare ad conferẽdum dicens ſe eſſe in ea cauſa ut debeat conferre, tamẽ ex alio capite poteſt excludi, ſcilicet quòd replicetur ꝙ ipſe diuerſo iure ſuccedebat quam is quem prouocabat, Tandem tenenda eſt communis opinio.& adde ꝙ tam. l. pater filium,quam l.nec ipſa, ſunt correctæ. nam ſi inſtitutus in caſu l.pater,prouocetur non poterit hodie ſe tueri eo prętextu quòd ex teſtamento ſuccedat,non quoque ex eo capite ꝙ alio iure ſuccedat quam exheredata,quia ea allegatio ideo ut puto exhæredatę, patrocinabatur quòd inſtitutus ei non conferebat non profutura, ſi inſtitutus cóſ.r ret,unde cum inſtitutus non poſſit ſe tueri aduerſus eam, nec ipſa aduerſus eum,tuenda eſt, ne exheredata ſit melioris conditionis quam inſtitutus contra l.fi.C. delib.prætери.ꝙ ueriſſimum ſi teneas inſtitutum ſe tueri non poſſe aduerſus eam. Et pro communi facit l.ſi filius, de collat.bo. & quia nulla urgens. ratio dari poteſt quare non ſit collatio.inter ſuccedentes diuerſo iure niſi quia & deficiũt uerba edicti ut l.filium.§.uideamus, de contratab. d.l.ſi filius, & quia in terminis d.l.pater filium,cum l. ſeq. ſi fieret collatio deficeret æqualitas, ex eo quòd licet filia ſua conferret tamen emancipatus inſtitutus nõn poterat compelli ad conferendum,& quia uſus conferendi emancipatis prodeſſe non debet ut.ff.de colla.bon.l.1.§.fi.l.2.§.ſi tres l.3.§.totiens.Quod intelligendum eſt in aduentitiis non in profectitiis ut per totum de coll. dotis & l. filiæ dotem.de coll.

Collatio an hodie ceſſet inter ſuccedẽtes diuerſo iure, cũ commuti.

Denique teneo communem per d.§. uideamus,ubi patet quòd inter ſuccedentes diuerſo iure non ceſſaret collatio,licet uerba edicti deficerent,niſi & æquitas ceſſaret,unde cum in terminis d.l.pater filium,æquum ſit collatio. fieri ergo &c. Secundo per d.l.ſi filius. Tertiõ, quia hæc materia eſt fauorabilis ut probat Areti. in l.ſi emancipati. C. de colla. Quarto propter autoritatem communis opinionis. Cogita tamen quia non uideo ut exhæredata iure tantum ciuili non etiam prætorio ſuccedens teneatur cõferre.argumento l.ſi filius,ff.de colla.bon.l.1.§.1.eod.reſp. ꝙ licet iure tantum ciuili ſuccedat poteſt. fieri collatio ut l.1.in prin.de colla dot. adde quòd correcta ratione legis, ipſa quoque lex cenſetur correcta,ſed olim cum alter ſuccedebat ex teſtamento,alter ab inteſtato, & ſic diuerſo iure,nulla alia ratione ceſſabat collatio. niſi quia ſuccedens ex teſtamento non poterat prouocari ad conferendum, & ſic propter æqualitatem ſeruandam etiam ſuccedens ab inteſtato non prouocabatur, ſed hodie etiam ex teſtamento ſuccedens poteſt prouocari ergo &c. Quòd autem correcta ratione legis lex ipſa ſimiliter correcta uideatur,probat tex.in l.unica.in prin.C.de eadu. tollendis ibi, ut quod uelli calamitas introduxit lenitas pacis ſopiret, ubi notat & diſputat plene Corneus.tradunt nouiſſimi in auth.quas actiones,C.de ſacroſanct.eccleſijs. Vnde ſi emancipatus ex teſtamento ſuccedit, ſuus uero ab inteſtato, olim non ideo ceſſabat collatio ꝙ inter ſuccedentes diuerſo iure collatio fieri non poſſet.ſed ideo ꝙ ex teſtamento ſuccedens ad collationem prouocari non poterat l. 1. cum ibi not.C. de collati.unde ipſe quoque propter æqualitatem ſeruandam,etiam eum qui ab inteſtato ſuccedebat prouocare nõ poterat, ſed cum hodie etiã ſuccedens ex teſtamento poſſit prouocari ad collocationem,non ſecus quam is qui ſuccedit ab inteſtato, nulla efficax ratio eſt quæ impediat collationem inter ſuccedentes diuerſo iure, non mãgis quam inter ſuccedentes eodem iure, † ergo reuoco in dubium intell.l.ſi filius, de colla. bon. iuncta l. pater filium,cum l. ſeq.de colla.dotis,nam in l ſi filius,dicitur quòd inter ſuccedentes diuerſo iure,quia unus ex teſtamento alius ab inteſtato non datur collatio.at in l.pater filium, cum l.ſeq.dicitur opp.ſol.ſecundum Bar.tã in d.l.pater,quã in l.ſi emancipati.C.de colla.quòd in l.pater.diuerſo iure ſucceſſerunt ex neceſsitate, at in l. ſi filius ex uoluntate, unde eſt ac ſi eod.iure re uera ſuccederent cum poſſent ſi uellent. Contra quod arguit Sapia.fortiter in l.ſi emancipati.C.de coll. nu.86. & ex ſolu.Bar.collige duas cõcluſiones. prima eſt ꝙ inter ſuccedentes diuerſo iure ex neceſsitate non fit collatio,tamen hodie fit collatio etiam ſi ex neceſsitate. ut in fol.præced. nouiſsime dic in l.pater, omnes ſuccedunt de iure ciuili, unde ſunt extra iuriſdictionem prætoris, & ſic non conferunt,nam quibus prętor dat beneficium bonorum poſſeſsionis id beneficium eiſdem reſtringit & temperat,iubẽdo ut conferant, quibus uero nil dedit eiſdem nil ademit nec debuit adimere, uerum in l.ſi filius emancipatus ſucceſsit per bonorum poſſeſsionem, ideo debuit conferre non ſolum fratri bonorum poſſeſsionem contra tabulas accipienti,ſed etiam de iure ciuili adeunti,uel ſecundũ tabulas accipienti.

57 *Collatio etiã iure ciuili ſit non tantum prætorio.*

Sed an & is filius in poteſtate teneretur conferre emancipato,& minime illo iure,quia nihil ſuum habere poterat pręter caſtrenſia, quę nec emancipatus conferret. Quid autem ſi haberet quia erat filiafamilias quæ dotem habebat,diſtingue eſſet profectitia an aduentitia: ut l.filiæ dotem.C.de colla.Sed opp.ꝙ tempore d.l.pater,& d.l.nec ipſa, eod.ti. iam neceſsitas conferendi proficiſcebatur etiam aliquando ex iuriſdictione iuris ciuilis ut l.1.eod.ti. declarat Bar.in d.l.ſi emancipati,Bal.in rubr.C.de coll. ergo uidebatur ꝙ filia compelleretur conferre licet non iure prætorio per contratab. ſed ciuili per querelam ſuccederet,ut exprimitur in d.l 1.in prin. de colla.dot. idq; uiſus eſt mihi pręſenſiſſe conſultus qui in d.l.nec ipſa non ſe fundat in eo quòd iure ciuili per querelam filia exhæredata ſuccedat ſed quòd diuerſo iure ſuccedat ipſa ſcilicet ab iteſtato frater uero ex teſtamento,quòd nota.

Denique † ad.l.ut liberis,in prin.de coll.C.ibi,reſciſſo, oppo. quòd non reſcindatur teſtamentum per querelam l. pater filium,de collatio.dot.unde gloſſ.in uerſic.petita in fin.eadem lege quam reprobat Bartol.& omnes dicentes, quòd querela reſcindit teſtamentum aliquando ex toto,aliquando tantum ex parte, quod euenit cum contra filium teſtatoris inſtitutũ,qui etiam ab inteſtato ſuccederet querela inſtituitur. unde infertur ꝙ lex ut liberis debet intelligi cum extraneo ſcripto plures filij teſtatoris fuerunt exhæredati ſecundum Iaſ.nume.16.ibi quo caſu inquit etiam

58 *Intellectus l. ut liberis. C. de collatio.*

ſi pro

si pro parte tantum rumpatur testamentum, ut in terminis d.l.pater,erit collatio,nam si duos filios instituit alios duos exhæredauit qui querelantes ex parte tantum ruperunt testamentum, tunc & inter duos querelantes erit collatio de iure ueteri, & etiam inter duos scriptos de iure nouo, ut authen. ex testamento.C. de coll. quod est contra communem uolentem ℘ cum ex parte tantum rumpitur testamentum cessat collatio. ut d.l. pater, licet non cesset si ex toto ruperetur ut d.l ut liberis,& sic opinio communis nullo casu potest saluari. secundum Iaſ.tamē salua hoc modo, filium cum extraneo instituit,alium exhæredauit, isq; querelauit, puto ruptum esse testamentum ex toto propter personam extranei arg.l.3.de inofficio.testamēto.C.l.hac consultissima,§.ex imperfecto,de testamētis.C. ergo inter fratres ab intestato succedentes erit collatio. Illud autem quod ponimus pro constanti, ut si habebam duos filios & alterum cum extraneo heredem scripsi, alterum uero exhęredaui.tunc si exheredatus querelam moueat & obtineat totum testamentum euertatur argum.d.l.3. & d.l.hac consultissima. §. ex imperfecto.C.de testamentis non satis expeditum est cogita,ergo.

59 *Collatio an fiat in simplici donatione.*

Denique est antiqua regula † ℘ in hæreditate matris cesset collatio,Decius in l.2.col.fin. in prin. de collati. Est alia antiqua regula quòd emancipatus emancipato nil omnino conferat l.1.§.fi.l.2.§.si tres l.3.§.quoties,de coll.bo. l.si emancipati.C. eodem.

Tertia regula emancipatus suo omnia omnino conferebat l.1.in prin. de coll. bono.d.l.si emancipati,d.§.fin.d.§.si tres,d.§.quoties.

Prima regula ex parte iure nouo uitiata fuit,ut l.ut liberis,C. de coll. id est quo ad donationes ob cām quæ quodam modo ex necessitate quadam uidentur descendere, & ex parte regula uiget adhuc, id est quo ad simplices donationes l.illud,in fin.eod.tit.

Secunda regula similiter ex parte uitiata est, nam emancipati emancipatis conferunt donationes ob causam profectas ab eo cuius de hæreditate agitur d.l. ut liberis, ibi, siue sui iuris sint siue emancipati, quam intelligo siue suus suum prouocet ad collationem, siue emancipatus emancipatum, siue suus emancipatum, siue emancipato suum, ut sic generaliter d. l. ex sua sane sententia intelligatur, cōfirmatur ibi dum ait ut in diuidēdis rebus. quod uerb. bis repetitum est,quorum uerborum sensus est,quòd cum agitur de bonis diuidendis ea omnia bona quæ profecta fuerunt diuidantur.

60 *Emancipatus an conferat simplicē donationem.*

Tertia regula ex parte uidetur uitiata † ut emancipatus suo simplicem donationem non conferat argumen. d. l.illud,in fi.In contrarium facit.d.l. ut liberis, & sane magis est ut conferatur per d.l.ut liberis,primo ibi,pro tenore præcedentium legum,& iterum ibi,uel post emancipationem, Non obſt.d.l. illud, in fin. quia ex mente Decii in auth.ex testamento,col.fin.in prin.de coll.C.sensus d.l.est quòd in quibus casibus qui olim non cōferebat(qualis est filius respectu maternæ hereditatis)tenebatur saltem conferre profectitia in illis casibus, sed simplicem donationē non conferebat,at nos loquimur in eo qui olim tenebatur conferre generaliter omnia undecunque & quoquo titulo quæsita, siue simplicis donationis siue ob causam.Itaq; aut loquimur in personis quæ olim nil tenebantur conferre, & in his innouatum est ut hodie conferant non castrensia uel quasi, non quoq; aduentitia sed tamen profectitia. Profectitiorum autem non omnia sed tantum donationes ob causam non etiam simplices dicta le. illud. Aut loquimur in personis quæ olim omnia undecunque & quoquo titulo quæsita conferebant qualis est emāncipatus,& in istis laxata est necessitas conferendi quo ad aduentitia.l. fin. de collatio,sed ampliata quo ad profectitia ob causam data, ut ea emancipatus conferat etiam emancipato d.l.ut liberis,in princip.quo ad profectitia autem simplici donatione collata,nec est laxata ea necessitas conferendi,nec ampliata,sed intactum manet ius antiquum d.l.ut liberis,in fi. ibi pro tenore præcedentium legum.Vnde ut olim emancipatus simplicem donationem etiam profectitiam emancipato non conferebat ut l.1.§.portionis.l.2. §.fi tres.l.3.§. quoties,ff.de coll.bo ita nec hodie conferet.& ut olim illā donationem sub generalitate uniuersorum cōferebat suo, non secus quam reliqua bona.l.1.in princ.de coll bon.d.§. portionis,d.§.fi tres,d.§. quoties, eodem titulo ita & hodie conferet,extat ergo,℘ cum agitur de hæreditate mris, uel materni generis simplex donatio profectitia nunquam confertur,d l.illud,in fi hoc primo, sed ob causam donatio semper confertur d.l.ut liberis.hoc secundo.Cum agitur de successione patris donatio ob causam indistincte confertur d.l.illud,d.l.ut liberis,hoc primo,donatio autē simplex non confertur à suo emancipato, quia olim non tenebatur ei quicquā conferre, hodie profectitia ob causam data non etiam simplici donatione concessa tenetur conferre d.l.illud in fin, iuncta d.l.ut liberis,hoc secundo, non quoque confertur auo alteri suo. ut dd.ll. hoc tertio non quoque emancipato,ut dd.ll.hoc quarto, sed suo confertur ab emancipato d.l.ut liberis,hoc quinto.

61 *Collationis et imputationis quis finis fuerit.*

Denique † finis utilitasq; imputationis est triplex prima,ut excludatur querela l.quoniam nouella.C.de inofficioso testa.l.illud,in prin.de colla.C.Secūda.ut excludatur ius agendi ad supplementum.l.omnimodo, §.imputari.C. de inoffi.test.Tertia quæ ex istis resultat,ut seruetur uoluntas testatoris,quæ certa erat,& indubitata. nam qui testamentum fecit & minusculam portionem filio reliquit,plene uoluit eum amplius non habere facit tex:& quæ ibi dixi in authen.ut eum de appellatio.cogno.§.ceterum. Verū finis utilitasq; collationis est, ut seruetur æqualitas inter fratres.Secunda quæ inde resultat est, ut per hoc iniuria quam faciebat prætor cūm suis emancipatū iungendo cessset,iniuria autem non inde expēditur,℘ emancipatus paternorum partem capiebat,id enim naturæ consentaneum erat cum is emancipatus filius esse non desineret,sed inde, ℘ eorum bonorum,quæ suus quæsierat patri partem emācipatus consequebatur,unde fuit consequens, ut & eorū, quæ ipse emancipatus quæsiuit suum quoque participem faceret,ergo recte dixi solum propter æqualitatem seruandam,collationem iure.ff. introductam.ex qua æqualitatis ratione sequitur remotio iniuriæ, & ideo si emancipatus nullam portionem suo, sed extraneo ademit cessat collatio, † quia & si per hoc inæqualitas inter hos fratres reperiatur,huius tamen rei auctor non fuit prætor,nec etiam ipse emancipatus,sed pater qui bonorum suorum & eorū, quæ filiusfamilias quæsierat partem extraneo dedit, cui suus ademit,ut si ex tali ademptitione,quæ iniuria resultat ea non tam in fratrem,quàm in extraneum spoliatum illata uideatur,l.1.§.si ex dodrante,& §.toties,ff.de colla. bo. & quod iure digestorum secundario receptum fuit, ut filiafamilias dotem profectitiam conferret id similiter propter iniuriam uitandam fuit receptum,iniurium enim esset si tam paternorum bonorum,q̄ eorum, quæ filiusfamilias patri forte quæsierat soror quicquam haberet, cuius rei participem fratrem non faceret, sicq; frater sua à sorore possessa uideret ℘ inuidia plenissimum esset.l.cū oportet de bo.quæ lib.C.uerum cum hodie filiusfamilias nō patri, sed sibi acquirat,euenit ut etiam si profectitiam dotem filiafamilias non conferret adhuc id iniuriam non esset,cum ea dos non sit ex acquisitis à filio.ergo eius dotis collatio non tam propter iniuriam uitandam,q̄ propter æqualitatem seruandam fit,quæ æqualitas ex mente patrisfamilias esse præsumitur,nō solum si intestatus,ut olim, sed hodie etiam si testatus moriatur,ut auth.determinate,& sem.§.illud,col.3.stat ergo prima conclusio,℘ olim collatio fiebat aliquando propter iniuriam uitandam. Secunda conclusio ℘ aliquando fiebat solum propter æqualitatem seruandā ut &si re uera filiusfamilias nil patri quæsiuit, tunc emancipatus suo adhuc conferebat, † sed certe tunc uidetur esse maxima inæqualitas, ut bonorum emancipati partem habeat suus cum emancipatus bonorum filiifamilias nullam partem habeat, & ideo. Vitalis in tract. de colla.nu.6. prima parte improbat hanc communem rationem,sed ta-

62 *Emācipatus suo non cōfert cum ei nil sed extraneum tan ademit.*

63 *Ratio communis defensa.*

men

men respon. dupliciter, nam quia plerunque filiifamilias aliquid quærebant patribus ideo, receptum fuit ut bona patrisfamilias augerentur cum bonis emancipati non secus quam aucta fuerint præsumptiue, & potentialiter, aut inter prætatiue, cum acquisitionibus filij familias, sed op. non ne ea æqualitas melius seruaretur si, & quæ filius familias patri quæsiuit sibi præcipua haberet post mortem patris, & quæ filiusfamilias emancipatus quæsiuit sibi similiter præcipua forent solumq; communicarēt bona paterna nullius ex filijs opera quæsita. Resp. fateor huiusq; rei, & ea utilitas foret non contemnenda q̄ unusquisq; ex filijs id intelligens propriæ industriæ opes diuitiasq; eō prærare studeret si eas sibi præcipuas post mortem patris fore intelligeret, & forte ideo iura noua statuerunt, ut aduentitia non inuicem conferentur, sed cuiusq; acquirentis præcipua forent, uerum olim cum aduentitia per filiumfamilias quæsita patri quærerentur difficillima foret separatio eorum, quæ forte filiusfamilias quotidie patri quæreret cum eius bonis miscerentur, ergo propter difficilem separationem remedij loco receptum fuit, ut hinc inde omnia communicentur. Simile. ff. si cert. pet. l. nam & si fur, nec indignari debet emancipatus dum conferet si re uera liqueat filiumfamilias nil patri quæsisse, nam quid contra si filiusfamilias multa quæsierit, emancipatus uero habeat nil, idq; non uidit Vitalis, præterea secundum Decium nu. 14. in l. si emancipati de coll. C. quid, non ne si is emancipatus semper in potestate fuisset quæsita ab ipso fratribus nil etiam quærentibus communicarentur, ergo ēmancipatus, uel ut extraneus. (talis enim est inspecto iure ciuili) bonis paternis abstineat, uel si ut suus immiscere se uelit non plus arroget sibi q̄ si re uera in potestate semper fuisset arrogaret, stat ergo q̄ iure digestorum collatio fiebat non propter æquitatem seruandam respectu aduentitiorū, patet in l. si fratres. §. idem Papinianus, pro socio, & in l. 2. §. si duo, de col. bo. l. 1. §. nec castrense, de collatio. bonorum. ff. nam & castrensia aduentitia sunt, inducebatur tamen propter iniuriam uitandam respectu eorum quę quisq; ex filijs quęsiuit hoc secundo, uel ne emancipatus melioris esset conditionis, q̄ si in potestate maneret, hoc tertio, nec q̄ ex usu collationis potest resultare iniquitas, & sic contrarium eius propter quod inducta fuit, id in consideratione esse debet, quia ut dixi melior exitus inueniri non potuit.

DE HIS QVIBVS VT INDIGNIS RELICTA AVFERVNTVR.

§. XX.

1 HAEreditas aufertur ei, qui non habuit defuncti uoluntatem.
2 Fisco applicatur hæreditas quam filio culpa sua mihi subdititio reliqueram, estq; ardua quæst. aliud si sine casus culpa.
3 Errantibus subuenitur.
4 Aufertur hæreditas ei, qui defuncti non necauit, & fisco applicatur.
5 Indignus hæreditate est, qui pactus fuit de hæreditate uiuentis, uel eum necauit.
6 Indignus hæreditatis est, qui necem defuncti non uindicauit.
7 Indigno an per fiscum auferatur hæreditas nondum addita.
8 Indigna hæreditas adempta, cui applicetur, ard. quæst.
9 Indigno sine culpa sua hæreditas ablata legitimis mortui hæredibus applicatur, quod si eius interfuit culpa, fisco applicaretur.
10 Indigno hæreditas eo ablata quod seruum filium subdidit tum non esset fisco applicatur. Idem si fuit indignus eo quòd testatorem necauit, uel de eius uiuentis hæreditate pactus fuit, uel eius necem non uindicauit.
11 Indigno auferetur hæreditas etiam non adita, & fisco applicatur.
12 Indigno, qui testatorem occidit, hæreditas ablata fisco applicatur. Idem si testatoris filium occideret, ardua quæstio, & an filius occisoris ea hæreditate incapax fiat.
13 Indigni cohæredes non leduntur nec lucro afficiuntur.
14 Indigni portio cohæredibus non accrescit, sed fisco defertur, ard. q.
15 Indigno marito qui uxorem, quæ eum hæredem scripsit, necauit hæreditas ablata cui applicetur, ardua q.
16 Indigno substituto qui institutum necauit, hæreditas ablata cui applicetur, ardua quæstio.
17 Donatario omnium bonorum donatorem occidente, cui bona donata auferuntur, cui applicentur.
18 Indigno an auferatur hæreditas uel donatio et iurata egregia q.
19 Fiscus quando teneatur subire onera hæreditatis indigno ablatæ.
20 Cancellatio an testantis iussu facta præsumatur.
21 Indigni portio coniunctis non accrescit.
22 Indignus quare iudicetur, qui facit pactum de non succedendo in hæreditate uiuentis, noua ratio.
23 Indignus an sit hæreditatis qui testatorem occidit in casu a lege permisso, ardua q.
24 L. Cædus. C. ad leg. Iul. de adult. temperatur.
25 Indigno ut auferatur relictum regula cum xlij. amplia.
26 Appellata sententia si reuocetur, sit læsio iudici a quo etiam si iniuste sit reuocata.
27 Intellectus ad tit. inst. de eo cui lib. ca. ho. add.
28 Intellectus ad tit. ff. si a par. quis fue manu.
29 Intellectus ad l. licet. C. de pactis.
30 Fiscus an necem defuncti uindicare teneatur.
31 Intellectus auth. hoc amplius, C. de fide.
32 Vindicare necem defuncti tenentur hæredes etiam diuerso iure succedentes. quid in hærede rei certæ.
33 Necessitate coactio subuenitur.
34 Ætati subuenitur.
35 Paternus iussus excusat.
36 Fructus restitutio intelligitur sine usuris.
37 Fiscus aufert lucrum siue quæsitum, siue delatum, secus si nec delatum erat.
38 Secundus casus.
39 Indignus interdum est qui in seipsum peccat.
40 Tertius casus.
41 Quod est cessibile an sit transmissibile.
42 Transmittitur fideicommissum uniuersale.
43 Actiones activæ & passivæ facilius transmittuntur quā tribuitur.
44 Quartus casus.
45 Intellectus ad titulum. ff. de his quib. ut indig.
46 Indignus uidetur hæreditate qui testantis uoluntate destituitur.
47 Intellectus l. fin. ff. de hær. inst.
48 Intellectus l. actus legitimi ff. de reg. iur.
49 Intellectus d. fin. ad fi. ff. de hær. inst.
50 Intellectus l. Titius ff. de lib. & posthu.
51 Intellectus d. sicut certi, & l. si cum uel in utero. C. de testamen. milit.
52 Intell. §. si. inst. de exhæred. libe.
53 Querela inofficiosi testamenti potest concurrere cum alio remedio.
54 Intellectus §. tam autem, inst. de inofficio. testa.
55 Famulorum ex facto quis teneatur.
56 Exercitor tenetur ex contractu magistri & non nautarum, sed ex nautarum etiam delicto tenetur.
57 Furans uel furtum suscipiens parificantur.
58 Testis per modum inquisitionis interrogatus tenetur etiam ultro reddere rationem dicti sui.
59 Indignus filius an legitima priuetur.

VIA post acquisitam hæreditatem de qua & eius appenditiis egimus, ea indignis hæredibus aufertur ideo nunc agemus de his quibus ut indignis &c. & in primis scias quòd hæredi instituto quem postea apparuit non habere uoluntatem defuncti aufertur hereditas l. fin. ff. de hære. inst. sed an hæreditas ei ablata fisco applicetur an uero reliquis testatoris legitimis hæredibus ingens dubium est, nam interdum uidemus legitimis testatoris hæredibus applicari, quale est cum testator aliquem in locum fratris non iure adoptauit eūq; hæredem scripsit, præsumitur enim illius fraternitatis occasione eum instituisse, non instituturus si scisset erroneam esse

1 *Hæreditas aufertur ei qui non habuit defuncti uoluntatem.*

esse & nullam, seu non uerã, sed tantum putatiuam illam fraternitatem, sicq; ei auferetur hereditas (uel ut rectius loquar) non defertur, eaq; legitimis testatoris hæridibus non fisco applicatur. l. neq; apud. C. de hæred. inst. † Proinde si eum qui in uerum filium meũ esse putabam cum subditicius esset hæredem scripsi, non instituturus si subditicium noscerem ei similiter hæreditas denegatur, & si delicto ipsius id factũ fuisset, fisco applicaretur, ita intelligo. l. si pater tuus. C. de hæres inst. in uerb. auferendam. quod uerbum sonat in ademptionem, quæ sit rei ad fiscum transferendæ. quod si sine culpa ipsius scripti id fieret, tunc adhuc auferretur, sed non fisco, sed legitimis testatoris heredibus applicaretur, ut dict. l. neque apud. & d. l. final. sunt tamen qui uelint utroque casu legitimis testantis hæredibus applicari per generalitatem d. l. si. & dict. l. neque apud; & quia testator uolebat se conformare cum legis dispositione legitimos heredes instituendo. Vnde si errore lapsus fuit, sicque apparet ipsum noluisse suam cognationem bonis suis fraudare, non est cur eis denegentur, & fisco applicentur. † erranti enim subueniendum merito fuit. l. si per errorẽ. ff. de iur. om. iud. l. cuius p erroré. ff. de reg. iur. p totũ. C. & ff. de cõdi. indebi. Cæterũ † si testator circa psonã eius quẽ heredẽ scripsit non errauit, quẽ uolebat enim eundẽ, & non alium heredem fecit, is tñ postea quo ad testatorem indignus fuit, tunc ei hereditas auferetur ablataque fisco applicatur. l. Lucius. ff. de iure fisci. intellige siue indignus fuerit, quia testatorem necauit, uel ei insidiatus fuit, ut ibi. † siue quia de eius uiuentis hæreditate pactus fuit, per quod ex legis interpretatione pro insidiatore contra eum cuius de hereditate agitur habetur. l. 2. ad fi. ff. de his quibus ut indignis l. quidam in iure. §. final. cum l. sequen. ff. de donatio. iuncta l. fi. C. de pact. sicq; siue uere, siue interpretatiue tantum ei, cuius de hæreditate agitur insidiatus fuerit, † siue etiam erga eũ demeritus fuerit eo, quòd necem ipsius non uindicauit. l. hereditas, C. de his quibus ut indignis, q; si erga testatorem indignus non fuit, sed delictum ultimo supplicio dignum commisit, sicque capitaliter damnatus fuit, tunc hereditas ab eo adita fisco applicatur. l. final. & per totum. ff. de bonorum damnatorum per totum. C. de sententiam passis iuncta l. sed si plures, §. filio. ff. de uulg. & pupilla. subsli. cum enim per additionem hereditatis proprium patrimoniũ heredis hereditas illa effecta fuerit, desieritque esse hereditas, ut in d. §. filio supereſt, tu cum reliquis hæredis bonis ad fiscum transuolauerit, & utraque bona eandem fortunam sequuta fuerint, ut in simili ait. l. fin. in fin. C. de inoffi. testam. n. quòd si nondum adierat hereditatem, nec delicti perpetrandi cogitatione additionem distulerat, tunc si aditio secuta non fuit, ea hereditas manebit penes heredes legitimos. l. 1. ff. de iniusto rup. & in prin. inst. de here. quę ab intest. iuncta l. quia autem, in princip. & §. 1. ff. de his, quę in fraudem creditorum.

Illud autem quod proxime diximus ita quibusdam uisum est, sed in cõtrarium fortiter facit. l. quidam in iure. §. h. in uerb. actiones denegãdas. ff. de donationi. ubi etiam ab eo, qui actiones hereditarias non habet, sicq; nondum quæsuit bona, bonorum possessio delata auferetur si indignus erat, cogita ergo.

His suppositis dubium est † an hæreditas, quę alicui tanquam indigno auferetur fisco applicetur, atque uenientibus ab intest. applicet. tenet q nõ gl. in l. si pr̃. allegata in. gl. fi. & ibi Iaſ. idẽ in l. hereditas. nu. 9. C. de his quibus, ut indign. Idẽ Iaſ. in l. si is, qui ex bonis. ff. de uulgã. ubi hanc dici commun. opin. post Alexan. ibi. sentit. Bald. in l. si quis incesti, ante finem. C. de incest. nup. sentit Alex. in additio. ad Bar. in l. cum ratio. §. fi. ff. de bono. damnat.

Contrariam partem ut fisco applicetur tenet glo. in lege his consequenter. §. primo in uerbo ptinere. ff. famil. erciscun. quam sequitur Florianus. ibi & Roma. singu. 473. procurator si sententiæ. sequitur & dicit communem opinionem Boerius. decis. vigesimaquinta. numero quinto, cum sequentibus. Bart. o. in dicta leg. cum ratio. §. fin. Paul. de Castr. in leg. codicillis. §. matre. ff. de lega. secundo, est communis opinio fm Iaſo. in. d. l. si pater. tenet Albericus in tertia parte statutorum quæstione quinquagesima octaua. Lucas de Pẽna. in l. cum hæc. C. de primipil. dignit. Bart. o. in l. ei qui. & in l. fin. ubi Alexan. in ulti. addi. ff. de his quibus ut indig. Cẽpola. cautela. 80. propter delictum patris, Ange. in leg. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius uocando. Barba. consil. 8 quæst. 1. lib. 3. Bal. & Salicet. in d. l. hæreditas. Socin. consilio 124. lib. 3. quid dicendum & sane ut neutra istarum opinionum simpliciter tuta est, ita aliquo casu utraque uteri potest. † Nam q uenientibus ab intestato ea hereditas applicet, uerũ est & procedit, qñ hæredi nõ culpa sua sed testatoris errore, uel alterius machinatione hæreditas data fuit, tũc. n. ea hereditate idignus, sed sine culpa sua ille ur, & ita potest intelligi. d. l. si pr̃. & d. l. neq; apud. ut. §. differumus. Cæterum ubi culpa interfuisset ipsius heredis, tunc hereditas ei ablata fisco applicaretur, & ita procedit opinio contraria, quod uarie intelligitur. Primum, † quando hæres fuit in culpa eo, quòd se se quasi filium uel cognatum testatoris subdidit cum non esset, ita intelligo dicta le. si pater. uerb. auferendam, quod uerbum sonat, ut fisco applicetur. Deinde intelligitur quando hæres in culpa fuit eo, quòd testatorem interfecisset, uel ei uere insidiatus fuisset, ita intelligo dictã leg. his consequenter, §. primo, & l. cum ratio. §. fina. ff. de bon. damnatorum. l. Lucius. ff. de iure fisci. Tertio intelligitur quando hæres in culpa fuit, eo quòd uino eo cuius de hæreditate agitur, de ea dispositum dict. leg. quidam in iure. §. fin. & le. secunda in fin. ff. de his, quibus ut indig. Quarto intelligitur quando hæres in culpa fuit, eo quod necem defuncti non uindicauit. l. hæreditas supra allegata. le. 2. & 3. l. sororem. C. de his quibus ut indig. Quinto, uidetur posse iutelligi. † etiam si his hæres qui in culpa fuit non dum adiisset hereditatem uel bonorum possessionem, nam eo ipso q ei delata fuit, si ea indignus culpa sua est, fiscus inuitatur. arg. d. l. quidam in iure. §. fi. de quo nullus scribentium meminit, optimus tex. hanc ad rem a nemine allegatus. in l. si Titio & ei. iunctis his quę notat ibi Bart. ff. de leg. 2. ubi Titio & incapaci decem legata fuerunt, & pars incapacis licet ei non esset quæsita, Titio non accrescit sed fisco defertur, & hunc sensum habere uidetur tex. in l. 2. secundo responso. ff. de his quibus. ut dign. in sui generalitate. Nec est obscura ratio differentiæ utrum hæres culpa sua indignus fuerit an sine culpa. nam primo casu, non est cur conqueratur testator quandoquidem talem elegit, idem si intestatus decessit cum tacite eum elegisse uideatur. l. consiciuntur. ff. de iure codicil. l. 1. §. fi. ff. de lega. 3. Sed quando hæres inculpatus fuit sicque defuncti electio tolerabilis & inculpata fuit, inhumanum esset ei non subuenire ut in simili eleganter notat Alex. in l. recusare. §. si fisco. ff. ad Trebell.

Ex superioribus colligitur † quòd si testator occisus fuit ab hærede scripto, uel intestatus decedẽs oc cisus fuit ab hærede legitimo, ea hereditas ab eo ut indigno ablata fisco applicat, non ẽt reliquis legitimis defuncti heredibus, comm. opin. est quam tenent Bart. per tex. ibi cum glo. in d. l. cũ ratio. §. fi. Paul. in d. §. matre Alberic. in d. q. 58. Lucas de Pẽna ubi. §. Floria. ubi. §. Cepola. in d. cautela. 80. Bal. & Salicet. in d. l. hæreditas. Roma. Barba. & Socinus, & Boerius ubi. §.

Fisco applicẽtur hæreditas quã filio cuipa sua mihi subditicio reliqueram, estq; ardua quæst. aliud si sine casus culpa. 2

Errantibus subuenitur. 3

Auferetur hæreditas ei, qui defunctum recauit, & fisco applicatur. 4

Indignus hæreditate est, qui pactus fuit de hæreditate eui uentis uel eum necauit. 5

Indignus hæreditatis est, qui necem defuncti nõ uindicauit 6

Indigno an per fiscũ auferatur hæreditas nondum addita. 7

Indigno hæreditas adempta, cui applicetur, ard. quæst. 8

Indigno sine culpa sua hæreditas ablata legitimis mortuis hæredibus applicatur, quod si eius interfuit culpa, fisco applicaretur. 9

Indigno hæreditas eo oblata quod se ut filium subdidit cũ non esset fisco applicatur. Idem si fuisset, uel ei uere insidiatus fuisset, ita intelligo dictã leg. his consequenter, §. primo, & l. cum ratio. §. fina. ff. de bon. damnatorum. l. Lucius. ff. de iure fisci. intellige siue indignus fuerit, quia testatorem necauit, uel ei insidiatus fuit, ut ibi. † siue quia de eius uiuentis hæreditate pactus fuit, per quod ex legis interpretatione pro insidiatore contra eum cuius de hereditate agitur habetur. l. 2. ad fi. ff. de his quibus ut indignis l. quidam in iure. §. final. cum l. sequen. ff. de donatio. iuncta l. fi. C. de pact. sicq; siue uere, siue interpretatiue tantum ei, cuius de hæreditate agitur insidiatus fuerit, † siue etiam erga eũ demeritus fuerit eo, quòd necem ipsius non uindicauit. l. hereditas, C. de his quibus ut indignis, q; si erga testatorem indignus non fuit, sed delictum ultimo supplicio dignum commisit, sicque capitaliter damnatus fuit, tunc hereditas ab eo adita fisco applicatur. l. final. & per totum. ff. de bonorum damnatorum per totum. C. de sententiam passis iuncta l. sed si plures, §. filio. ff. de uulg. & pupilla. subsli. cum enim per additionem hereditatis proprium patrimoniũ heredis hereditas illa effecta fuerit, desieritque esse hereditas, ut in d. §. filio supereſt, tu cum reliquis hæredis bonis ad fiscum transuolauerit, & utraque bona eandem fortunam sequuta fuerint, ut in simili ait. l. fin. in fin. C. de inoffi. testam. n. quòd si nondum adierat hereditatem, nec delicti perpetrandi cogitatione additionem distulerat, tunc si aditio secuta non fuit, ea hereditas manebit penes heredes legitimos. l. 1. ff. de iniusto rup. & in prin. inst. de here. quę ab intest. iuncta l. quia autem, in princip. & §. 1. ff. de his, quę in fraudem creditorum. 10

Indigno auferetur hæreditas etiam non adita, & fisco applicatur. 11

Indigno, qui testatoris filium occideret, ardua quæstio, & an filius occisoris ea hæreditate incapax fiat. 12

Amplia ut procedat etiam ſi non ſolum eum de cuius hereditate agitur ſed eius filium occidiſſet. ut ex commun. opinione reſolvit Roma. in d. ſingulari. 467. Bald. in d. leg. hæreditas per legē his conſequenter. in. §. primo ſupra allegata.

Amplia ſecundo ut nō ſolum hæres legitimus qui occidit defunctum. priuetur ea hæreditate ſed etiam filius occiſoris defuncto ab inteſtato non ſuccedit, ita ſentiunt gloſſ. & Bartol. in ſecundo notabili. in dict. le. Lucius. Bald. in. l. eam quam. colum. quarta. C. de fideicommiſſ. & alii relati per Boerium. ubi ſupra qui hanc dicit communem ſententiam. Contrarium tamen ut filius occiſoris ab ea hæreditate non excluditur tenet Baldus per textum ibi in lege, ſi quis inceſti. in fin. C. de inceſt. nup. & Nicolaus Pignolatus. in additione ad Romanum. in dict. ſingulari. 467. Alexan. in addictio. ad Bartol. in dicta lege cum ratio. §. fin. Sunt qui tenent tertiam opinionem, ut ea hereditas filio occiſoris deferatur mero iure, ſed ei per fiſcum adimatur, ut per Iaſo. in l. ſororem. C. de his quibus ut indign. Cagnolus in leg. fina. numero 123. C. de pactis. Sed horum opinionum nulla ſimpliciter uera eſt, & tamen omnes aliqua ex parte tueri poſſunt, nam ſi occiſor prius deceſsit quam occiſus, puta quia licet eum uulnerauit tamen uulneratus diutius uixit, & interea occiſor deceſſit. & poſtea uulneratus ille ex uulnere perit. tunc eius hæreditas cum occiſori nunquam fuerit delata non potuit ab eo ut indigno auferri, & fiſco applicari, priuatio enim preſupponit habitum in re uel in potentia, uel in ſpe probabili. leg. decem. ff. de uerborum obligation. quæ ſpes probabilis hic non fuit leg. fina. C. de pactis dict. lege. quidam in iure. §. fina. dicta lege ſecunda, in fine. ff. quibus ut indign. ergo ſi filius occiſoris ipſo occiſo proximus agnatus erat ſibiq́ue primordialiter deferatur hæreditas occiſi non eſt cur ea priuetur ex delicto patris, quandoquidem eam capit ex perſona ſua, & iure proprio, non autem ex perſona patris ſui leg. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inofficio teſtamento per totum. C. ne filius pro patre. & per totum. C. ne uxor pro marito, lege non debet. ff. de iureiurand. in rubrica, & per totum. C. de res inter alios acta. Cæterum ſi occiſor ſuperuixit occiſo occiſiq́ue hereditas occiſori delata fuit, & ab eo adita ſtatim ad fiſcum cœpit pertinere, & ſic deferri non potuit filio occiſoris ſaltem cum effectu dicta leg. Lucius. dicta leg. cum ratio. in fine. Verum ſi occiſor qui occiſo ſuperſtes fuit deceſſit antequam eius hæreditatem adiret, non ideo minus ei delata fuit quod defunctum occidiſſet. & eo ipſo eodemq́ue momento quo ei delata fuit, aperta fuit uia fiſco ad eam uendicandam uel perſequendam, quaſi fiſcus propter delictum illius in ipſo iure adeundi ſucceſſerit, ut ſupra diximus per dict. leg. quidam in iure. §. final. in uerbo actiones hereditarias leg. ſi Titio & ei. ff. de lega. ſecundo, in quibus iuribus. quando honoratus fuit incapax uel indignus etiam ſi nondum queſierit portionem hæreditatis uel legati. ſed ei tantum delata fuerit, fiſcus eam aufert quaſi fiſcus in ipſo met iure agnoſcendi bonorum poſſeſſionem uel legatum, uel hæreditatem ſucceſſerit, impedieritq́ue eam ſequentibus legitimis deferri. facit dict. lex ſecunda. ſecundo reſponſo. ff. quibus ut indign. quę & ita poteſt intelligi. facit. le. delata. ff. de uerborum ſignification. Ergo ſi occiſi hæreditas occiſori fuit delata, & etiam adita. reliqui omnes legitimi hæredes excluduntur per fiſci interuentum. Idem ſi delata tantum fuit. q́p ſi nec delata, nec adita tunc excluſo fiſco legitimi hæredes occiſi admittuntur ſiue liberi ſint occiſoris ſiue non ſint.

Hactenus† quādo ſolus occiſor erat in primo gradu proximitatis cui ſoli hæreditas interfecti delata fuit, † cęterum ſi etiam alij ęque coniuncti erant eis non nocet facinus occiſoris, & conſequenter ad occiſi hæreditatem ab inteſtato admittuntur ut eſt communis & uera opin. ut per Bartol. in dict. l. cum ratio §. final. Bald. in l. data opera. quæſtion. penulti. C. qui accuſa. non poſſunt, ſequitur, & dicit eſſe commun. opin. Boerius ubi ſupra per l. 2. §. fratre. ff. ſi quis aliquem teſtari prohibue. l. ſancimus. C. de pœnis. d. §. legis, & dictus titulus ne filius, pro patre ſequitur Roman. ubi ſupra. Quod obtinet quo ad portionem cohæredum, qui inculpati fuerunt, ſed ingens quæſtio eſt, † quid fiet de portione, quæ pertinebat ad ipſum occiſorem, an accreſcat cohæredibus ſuis, qui erant in pari gradu proximitatis, an uero fiſco deferatur, qua in re Bartol. in dict. l. cum ratio. §. final. ſentit quòd cohæredi accreſcat, quod & tenent alij relati per Boerium, ubi ſupra. Cōtrarium tamen ut ea portio cohæredibus non accreſcat tenent Bald. Alexand. & Iaſ. in dict. l. hęreditas. Idem Bald. conſilio 223. punctus lib. prim. & conſil. 50. ſuper eodem lib. 4. Roman. ſingul. 467. & Nicolaus Pignolatus. ibi in additionibus, quod tāgit Boerius, ubi ſupra. nume. 9. ſed uix aperit ſententiam ſuam, ſed poſterior opinio, ut receptior ita, & uerior eſt, per dict. l. his conſequenter. §. 1. ubi occiſi multi erant hæredes, & nullus eorum contra occiſorem agere potuit, quia ſua non uidebatur intereſſe, unde colligitur, quòd eis non erat acceſſura portio occiſoris. nam ſi acceſſura eſſet ſatis eorum intereſſe uideretur. Colligiturque ad eam portionem fiſcum inuitari, quod apertius probat. l. Lucius ff. de iure fiſci, & dict. l. ſi Titio, & ei dict. l. quidam in iure. §. fin. dict. l. 2. ſecundo, & ultimo reſponſo. ff. de his quibus, ut indignis. ergo fiſcus præfertur cohęredibus ſine dubio quando portio occiſoris per eum adita fuit. Idemq́ue etiā ſi adita nondum fuiſſet dummodo delata eſſet, quòd ſi nec adita, nec delata fuit, tunc fiſcus excluderetur, & reliqui coniuncti totam hęreditatem iure ſuo non partim iure ſuo, & partim iure accreſcendi uendicarent, ut ſupra diximus, & hoc caſu Bartol. opin. defendi poteſt.

13 *Indigni cohæredes nomi lęduntur, nec lucro afficiuntur.*

14 *Indigni portio cohæredibus non accreſcit ſed fiſco defertur, ar dua. quæſt.*

Vnde colligitur ueram non eſſe opinionem Bald. conſil. 223. punctus lib. 1. & Bartol. in l. final. ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit quos refert, & ſequitur Boerius, ubi ſupra nume. 9. aiunt enim, quòd ſi uxor maritum ſcripſit hęredem isq́; eam interfecit ea hæreditas pertinet ad legitimos hæredes uxoris occiſę, quod uerum non eſt. nam marito nihilominus ea hęreditas delata fuit, eiq́ue ea hęreditas ſic delata ſine dubio aufertur a fiſco. ſiquidem adita fuerat. cum fiſcus ſuccedat in omnibus bonis delinquentis, non ſolum quos habebat tempore delicti, ſed etiam in ea hęreditate, uel relicto, quę accuſauit poſtea per conceſſionem tacitam, uel expreſſam illius, in quem facinus uel culpam commiſſit in faciendo, uel in committendo, & ita procedit totus titulus. C. & ff. de his quibus ut indignis, ut ſupra diximus, licet aliud eſſet in bonis poſt delictum aliunde quæſitis, ut docuimus, q́p ſi hęreditas, de qua agitur ab ipſo indigno nondū fuerat adita, ſed tantum delata, tunc aliquantulum dubij erat, ſed ahuc idē, ut ſupra oſtendimus, q́p ſi indignus ille ante eum ipſum, cuius de hęreditate agitur deceſſit, ſicq́; ei ea hereditas, nunquam fuit queſita, nec etiam delata tunc ſine dubio fiſcus excluditur, ut iam oſtendimus, & hoc caſu ſaluari poteſt opin. Bal. & ſequatium prēter eorum intentionem.

15 *Indigno marito, qui uxorem, quæ eum hæredem ſcripſit, ne cauit hæreditas ablata cui applicetur, ardua q.*

Vnde ſi plures fratres hęredes inſtitui, & unū alteri ſubſtitui ſubſtitutusq́; eum, cui datus erat ſubſtitus interfecit portio interfecti non interfectori, ſed reliquis, fratribus accedet, ne occiſor ex ſcelere lucrum conſequatur,

16 *Indigno ſubſtituto qui inſtitutum necauit, hæreditas ablata cui applicetur, ardua quæſtio.*

conſequatur, ita Boerius, ubi ſupra numer. 11. poſt Bald. quem allegat conſil. 50. ſuper eloquenter. uerſic. Item quę ritur an frater lib. 4. argumen. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi uir. ff. ſoluto matrimonio, ſed quidem ſi poſt mortem teſtatoris de latamque hæreditatem homicidium patratum fuit iſtorũ opin. uera eſſe nullo caſu poteſt. nam ſi hęreditas ab occiſore iam adita erat, impoſſibile erat locum eſſe iuri accreſcendi, quod ceſſat poſt portionem quæſitam. l. 1. §. interdum, ff. de uſufruct. accr. per rationem. l. ſed ſi plures. §. filio impuberi. ff. de uulga. l. final. §. final. C. de inofficio. teſtament. quòd ſi adita non fuit hæreditas, ſed tantum delata, quia frater occiſor ſuam tantum portionem, non etiã portionem occiſi adierat ex ſubſtitutione ſibi delatam tũc in ea portione occiſori ex ſubſtitutione delata, fiſcus ſucc. dit, non ſecus, quam in portione altera, quæ primordialiter occiſori relicta fuerat, ceſſatque ex toto fundamentum Doctorum, nam occiſor non diteſcit ex ſcelere imo de pauperatur, cum non ſolum portionem, in qua fuit ſubſtitutus, ſed etiam eam, in qua fuerat inſtitutus amittat. ergo ſiue occiſor iam utranque portionem adiiſſet, fiſcus ſine dubio præfertur, ſiue ſuam tantum adiiſſet non etiam portionem fratris occiſi, idem foret, quòd ſi neque ſuam, neque fratris occiſi portionem quęſiuit, cum utraque delata ei eſſet, adhuc ceſſante iure accreſcendi fiſcus admittitur, ueluti delinquenti ſubſtitutus, aut hęres, aut ueluti iure tranſmiſſo cum ius accreſcendi excludatur tam per ſubſtitutionem. l. 2. §. ſi duo. ff. de bonorum poſſeſſio. ſecundum tabulas. §. in primo, &. §. pro ſecundo. C. de cadu. tollend. quàm per tranſmiſſionem. l. unica C. qui ante aper tabulas l. ſi paterfamilias. ff. de hæred. inſti. & ita in ſpecie probat. l. ſi Titio & ei. ff. de lega. 2. iunctis dictis per Bartol. ibi, ubi Titio & incapaci decem legaui quo caſu dominium legati non tranſit ipſo iure in legatarium, ſed demum à tempore traditionis ſecundum Bartol. ꝙ omnes, in l. 1. ff. de legat. 1. & tex. ait, quòd ſola quinque Titio dantur, neque alia quinque ei accreſcunt, ſed ſecundum Bartol. ibi fiſco applicantur, ſicque fiſcus in iure, & portione illa delata tantum ſuccedit non ſecus, quàm ſi foret queſita. Cæterum ſi frater fratrem uiuo teſtatore occideret, & uiuo etiam teſtatore decederet, utraque portio reliquis fratribus accederet ut ſupra oſtendimus per dict. §. in primo, & d. §. pro ſecundo.

17 *Donatario omnium bonorum donatorem occidente, cui bona donata auferuntur, cui applicentur.*

Ex ſuperioribus † ſimiliter infertur ſuſpectum eſſe, quod Boerius, ubi ſupra. nume. 14. ait iudicatum fuiſſe ſic quod & ipſe ſequitur, is qui omnia bona ſua (ait) donauerat occiſus fuit à donatario, ſibi ut indigno, & ingrato ea bona adimuntur, & cognatis defuncti hæredibus applicantur, argumen. l. final. C. de reuocand. donatio. ſed certe quòd ei auferantur par eſt ut dict. l. fin. ſed fiſco applicari debent argument. per totum. ff. & . C. de his quibus ut indignis, & eorum, quæ ſupra diximus, quæ omnia iuſtificantur, quia quoties quis bonis priuatur tanquam indignus, uel quoties ut indignus priuari poteſt, ſolus fiſcus agere poteſt, & præterea nemo, quia nullus admittitur ad agendum ciuiliter niſi is, cuius intereſt. l. ex conuentione. C. de pact. l. prima. C. ſine cenſu, uel reli. l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. & §. alteri. ff. de uerbor. oblig. §. alteri, inſtitu. de inuti. ſtipul. unde cum ſolus fiſcus ad bona propter cuiuſque indignitatem adimenda admittatur aliorum intereſſe non poteſt, ſicque alij non admittuntur, ita tenet gloſſ. communiter approbata, ſecundum Boerium, ubi ſupra nume. fina. in dict. l. his conſequenter. §. 1. in uerb. pertinere. ff. fami. ercis. Bald. in l. prima. C. ſi quis aliquem teſtari prohibu. Corneus conſilio. 150. lib. 2. quem allegat Boerius, ubi ſupra, quæ communis ſententia ſi uera eſt, ut reliqua omnia quę ſupra diximus uera ſint neceſſe eſt, ſed certe tota materia. ff. & . C. de his quibus ut indignis procedit quo ad auferendas indignis hereditates, non autem donationes quas inter uiuos acceperunt. quaſque proximius eſt ad hæredes donantis in ſpecie propoſita pertinere non ſecus quam data alio ingratitudinis genere ad ipſum donatorem redirent. d. l. fin. C. de reuo. don. Vnde ſi ex genere facinoris bona huius donatarij ingrati ſint publicanda, benignius eſt contra fiſcum reſpondere, ſicq; bonorum ſeparationem fieri, ut ea bona quę ab occiſo donata occiſori fuerant, ad occiſi hæredes reuertantur, bona autem propria ipſius occiſoris publicentur argu. l. non puto. ff. de iure fiſci.

Quid autem † ſi is qui omnia bona ſua in teſtamento uel inter uiuos Titio donauerat, iurauit id teſtamentum ſe non reuocaturum, aut eam uel donationẽ iuramẽto uel rem promiſerat, an adhuc ex cauſa ingentis ingratitudinis poſſit contrarium (puta ſi eius uxor a donatorio fuiſſet adulterata) facere & teſtamentum uel donationem reuocare quaſi ingrato. mouet quæſtionem quòd uerba reperta ſunt quæ indicarent non quæ impedirent noſtram uoluntatem, ut ait Cicero pro Cecina in ſua eleganti oratione. l. Labeo. ff. de ſupell. legata. unde non ſolum ex dilucida ſed etiam ex conjecturata agentium uoluntate recedimus a proprietate uerborum, tam in ultimis uoluntatibus quam in actibus inter uiuos. l. penul. uerſic. cogitaſſe, & ibi communiter doct. C. de impuberum & ali. ſub. l. hæredes mei. §. cum ita, & ibi communiter doct. ff. ad Trebell. l. licet Imperator, ff. de lega. 1. l. pater Seuerinam. §. conditionum uerba. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condition. & demonſtra. l. ita ſtipulatus, in magna & ibi notant Paul. Caſtre. & Iaſ. in uerſi. Sabinus, uerbo ex mente. ff. de uerborum obliga. l. 3. C. de liberis præteri. nec dubium cuiquam ſano uideri poteſt quin ſi forte hæres ille aut donatarius uxorem donatoris aut teſtatoris compreſſiſſet. de tali indignitate aut ingratitudine remittenda teſtator aut donator non cogitauerit, ſicque quamuis uerba promiſſionis & iuramenti generalia repugnent. tamen ex mente & ſenſu iurantis & promit entis hoc in caſu iuratum aut promiſſum non uidetur. & conſequenter non ſolum reuocatio libera erit, ſed etiam periurium non uidebitur commiſſum, cum conſenſus iurantis ad hunc caſum non uideatnt ſe ſe extendere. neque iurantem talem ſpeciem cogitatione ſua uideatur comprehendiſſe. nec ueroſimiliter in tali ſpecie iuraturus eſſet ſi de ea cogitaſſet, aut de ea fuiſſet interrogatus. Nam & ſimiliter ſub obligatione bonorum generali non comprehenduntur ea quæ quis in ſpecie ueroſimiliter obligaturus non eſſet. l. obligatione generali. ff. de pignoribus. & in exhęredatione generali non comprehenditur ille filius quem teſtator ueroſimiliter exhęredaturus non eſſet (qualis eſt quem mortuum putabat). l. Titius. in prin. ff. de libe. & poſthum. Idemque in præteritione etiam a milite facta. l. ſicut certi. l. ſi cum uel in utero, C. de teſtam. militis. Quinimo quod plus eſt, etiam hoc caſu ſolet lex ueluti ſubdititiam facere hæredis ſic præteritum præteriti inſtitutionem tex. egregius in l. 3. C. de inofficio teſtamento. Et ſub generali iuramento de mutuo reddẽdo excipitur nec comprehenditur caſus quo pecunia non eſſet numerata etiam ſi non probetur numerationem defuiſſe l. fin. C. de non nu. pecu. Et iuramentum de non multiplicando numero canonicorum non extenditur ad caſum ueroſimiliter non cogitatum (qualis eſt cum creuerunt facultates) cap. cum M. Ferrarienſis, de conſti. Et renuntiatio iurata non comprehendit caſum ueriſimiliter non cogitatum, qualis eſt cum ultra dimidiam renuntians reperitur læſus, ut plene per docto præſertim per Georgium Natam in cap. quanuis pactum, de pact lib. 6. Iaſ. & Decium in l. pactum dotali, de collati. & eundem Decium conſilio 181. & conſilio 182. tradunt communiter Doctores in lege fina. C. de pactis. quia in omnibus his ſpeciebus & ſimilibus, & ſi inſpectis uerbis indubitanter periurium incurratur, tamen inſpecta mente quæ prævalet aliud eſt, nec nocet periurium quo ad uerba factum uideri ſi quo ad mentem factum non fuit. cum uerba ut iam oſtendimus non quæ impedirent, ſed quæ indicarent noſtram uoluntatem reperta fuerint. Sicque in ſpecie ut huic hęredi indigno

18 *Indigno an auferatur hæreditas uel donatio et iurata egregia q.*

teſtator eam hæreditatem adimere poſſit tenent, & aiunt periurium non committi. glo. in c. ultima uoluntas. 13. quæſtione tertia. & ibi Archidi. Corne. conſil. 224 lib. quarto, qui hanc firmat eſſe communem ſententiam, quam tenet & ait communiter teneri Alcia. in c. cum contingat. numero. 39. de iureiuran. Bartol. in l. ſi duobus. §. idem reſpondit. ff. pro ſocio. Bart. in l. ſi quis pro eo. numero 4. ff. de fideiuſſor. eſt communis opinio ſecundum Angel. de Gambelionibus. in tracta. de teſtam. in Glo. & iurauit non reuocare. ſequitur & affirmat eſſe communem ſentẽtiam Cynus in lege prima, in fin. C. de ſacroſan. eccleſ. quamuis contrariam partem ut periurium incurratur teneat & firmet communiter teneri Probus. in cap. fin. column. fin. de procura. in. 6. Alexan. & Socin. nume. 50. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerborum obligatio. qui tamen & ſi contendat hãc opinionem communem eſſe legiſtarum ingenue fatetur contrariam eſſe commun. opinio. canoniſtarum qua de re per Maynerium. & Canoglum in le. nemo poteſt mutare. de regulis iuris per Alciat. ubi ſupra nume. 77. per nouiſſimos in rub. de teſtamen. parte ſecunda, num. 15. & Curtium conſi. 33. nu. 21. Sed pars negatiua ut periurium ceſſet, (iudice me) uerior eſt, quę etiam procedit & in tali donatione reuocanda per eadem iura & rationes, ut plene per Ripam poſt alios in l. fin. C. de reuocan. donationibus.

19 *Fiſcus quando teneatur ſubire onera hæreditatis indigno ablata.*

Denique in quibus ſpeciebus ſupra diximus. bona quę indigno auferuntur ad fiſcum transferri, dubitari ſolet † an fiſcus teneatur onera hęreditaria ſubire? & quidem quin onera debitorum agnoſcere debeat dubium non eſt l. recuſare. §. ſi fiſco. ff. ad Trebellia. & §. penul. C. de cadu. tollen. l. ſi Titio & ei. ubi Bartol. & alij. ff. de leg. 2. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis ante. & ibi omnes. dd. ff. de leg. 1. ſed an legata & fideicommiſſa, & ſimilia agnoſcere debeat. & magis eſt ut debeat ſiquidem hęreditas hęredi ob culpã ſuam aufertur ut dictis legibus. & l. ſororem. C. de his quibus ut indig. tenet Iaſ. in l. eam quam. num. 11. C. de fideicommiſs. Alexan. in d. §. ſi fiſco. ubi hanc eſſe communem opinionem aſſeuerat quamuis cõtrariam partem, ut etiam ſi ſine culpa hęredis ei bona auferantur ſint agnoſcenda legata & fideicommiſſa teneat Salice. in d. §. penul. per tex. ibi. ubi affirmat hanc eſſe communem ſententiam facit. d. §. ſi fiſco. & d. l. ſi Titio & ei. qua de re plenius edocemur ſupra lib. 1. qui eſt ſeptimus huius operis. §. 63. num. 37. cum ſequentibus.

20 *Cancellatio an teſtamẽti iuſſu facta præſumatur.*

Illud autem dubium eſt ſi teſtamentum deletum † uel cancellatum reperiatur iuſſu ne an iniuſſu teſtatoris deletum aut cancellatum præſumatur? & ſiquidem ad pias cauſas factum erat teſtamentum iniuſſu teſtatoris id factum, præſumitur, ita Bartol. & Bald. in lege proxime. §. 1. ff. de his. quę inteſt. delentur. Bartol. Angel. & Fulg. in l. ſi unus. C. de teſtamen. Roma. in authen. ſimiliter. C. ad legem Falcidiam ſpeciali primo. Tiraquell. qui alios refert. de priuile. piæ cauſæ decimoſexto priuilegio. Aretin. Corne. & Iaſo. in dict. le. ſi unus. qua ratione idem forte dicendum erit ſi teſtamentum fieret inter liberos. argumento legis fina. C. famil. erciſcun. legis hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. & §. ex imperfecto. C. de teſtam. iuncto c. relatum. el primo & cap. cum eſſes. de teſtamen. cęterum regulariter cancellatum pręſumitur teſtamentum a teſtatore data opera uel quòd hęredem indignum eſſe putauerit, uel quòd prioris uoluntatis pœnituerit, ita Baldus, Cumanus & Paulus Caſtr. in lege prima. ff. de his quę in teſtamen. delen.

21 *Indigni portio coniunctis non accreſcit.*

In ſumma † ſi unus ex pluribus hęredibus indignus repertus fuerit eo forte quòd necem defuncti non uindicauit, eius portio non reliquis cohæredibus accreſcit ſed fiſco applicatur l. prima & ſecunda. l. ſororem. C. de his quibus ut indign. tenet in ſpecie Barto. in l. ſi Titio & ei. ff. de lega. 2.

22 *Indignus quare iudicetur, qui*

Enim uero † ſi hæres pactum fecerit de futura ſucceſſione uiuentis, licet poſtea ea hæreditas ſibi delata fuerit, ei tamen ut indigno adimetur, & ad fiſcum tranſuolabit. l. 2. §. fi. ff. de his quib. ut indig. l. quidam in iure. §. fi. ff. de dona. quod procedit non ſolum qñ is fecit pactum de futura ſucceſſione acquirenda, quod præſumitur habere uotum captandæ mortis. l. fin. C. de pact. l. de fideicommiſſo. C. de tranſactio. cap. deteſtanda, & capi. ne captandæ, de conceſſio. præben. l. 2. §. interdum. ff. de uulg. & pupilla. Sed etiam ſi fecerit pactum de futura ſucceſſione ommittenda ut in dicta lege quidam in iure, qua in re noſtri omnes mirantur. nam qui fecit pactum de futura ſucceſſione omittenda non uotum captandæ mortis habere uidetur, cum potius abſtinere properauerit. Sicque ut uir probus & innocens alienorumque abſtinentiſſimus haberi deberet. tantum abeſt ut improbus, & alienæ hæreditatis captator uideatur, ut ſic non ſolum inculpatus, ſed etiam laude dignus ut cenſeretur par eſſet, uerum largiendo & donando quis lucrum, & compendium feciſſe uidetur, quia beneficij debitorem ſibi acquirit. l. ſi pignore, in princ. ff. de furt. unde qui de alieno largitur hac ratione furtum feciſſe intelligitur ut ibi. unde in ſpecie noſtra, qui à futura ſucceſſione uiuentis in fauorem alterius abdicat ſeſe, huius animi eſſe uidetur ut erga illum alienam hæreditatem elargitus liberalis exiſteret, & per hoc huius beneficij illum debitorem ſibi acquireret, & per hoc lucrum rei alienæ & ſic furtum feciſſe uidetur, & hoc mihi uidetur præſenſiſſe iuſti. in d. l. final. C. de pactis, in uerbo. donationes, dum talem donationem damnat non ſolum ex parte accipientis, ſed etiam ex parte donantis, & hoc eſt quod in d. l. quidã in iure, in fin. palam ſignificatur eſſe contra bonos mores, & ius gentium, in quo tex. ille memorabilis eſt. & etiam in eo, quòd tale pactum ad omnia irritum, & inutile, ualet tamen quo ad necem, & læſionem paciſcentis, ſic & qui alienat quod ſuum non eſt domino non nocet, lege. final. C. de rebus alien. ſed ſibi nocet, quia de euictione tenetur.

facit pactũ de non ſuccedendo in hæreditate uiuentis, noua ratio.

23 *Indignus an ſit hæreditatis, qui teſtatorem occidit in caſu a lege permiſſo. ardua q.*

Illud autem dubium eſt † an & ſi regulariter hæres, qui occiderit eum, qui ſe hæredem inſtituerat, dicatur indignus illius hæreditatis, ei quam ut indigno à fiſco auferatur. l. Lucius. ff. de iure fiſci an id procedat quando facinus admiſſum fuit culpa occiſoris, ſecus ſi culpa ipſius teſtatoris occiſi (quale eſſet ſi forte hęredis ſcripti uxorem compreſſit. aut ſi forte patriæ proditor eſtitit, ſicque bãnitus fuit, & iuſſum fuit cuique eum occidere, liberum eſſe, & ijs caſibus, & ſimilibus) Bartol. in l. ſi ab hoſtibus. §. fi. ff. ſoluto matrimon. & ibi Iaſ. & Anton. Gomez, in l. Taurin. 80. nume. 64. negant hæreditatem ei eſſe auferendam. Adhuc tamen in contrarium, ſecundum eundem Iaſ. eſt communis opinio, ut etiam ſi teſtator ſua culpa occiſus fuerit ab hęrede, hæres ea hæreditate ut indignus priuetur. Nos autem hac in re dicere ſolemus referre occiſio illa eſſet meritoria, aut eſſet demeritoria, aut medium teneret inter utrumque. nam primo caſu negamus hæreditatem occiſori auferendam, cum potius præmio, quàm pœna afficiendus eſſet lege prima, ibi; præmiorum exortatione, ff. de iuſti. & iure. Vnde ſi hæres patriæ proditorem interfecerit teſtatorem, iure feciſſe uidetur, nec hæreditate priuaretur argumen. dict. l. primę, & legis omnes. C. de ferijs. l. ueluti. ff. de iuſtit. & iure, quòd ſi demeritoria eſſet indubitanter hæreditate priuandus eſſet dict. l. Lucius, quòd ſi ea occiſio medium teneret, quia, & ſi laudabilis non eſſet, tollerabilis tamen erat, ſecundum iura ſuę ciuitatis occiſoris, ut ſi teſtator eius uxorem compreſſerat, ideoque ab eo occiſus fuit. & forte uoluit quoque maturius illius hęreditate potiri procliuius eſt, ut ei hæreditas denegetur tum quòd non tam ſeuire debuiſſet in ſuum benefactorem, tunc etiam, quia ſat ſuperque eſt ſi tale facinus impunitum maneat, abſque eo, quòd inſuper ei lucrum hæreditatis præmaturę delatę, & forte ab eo captatæ deferatur, & præterea ne aliter ſpe illius hęreditatis hęres ille inuitaretur ad delinquendum, argumen. in ſimili per gloſſ. communiter approbatam in l. ſcire. C. ut in poſſ. legatorum, per l. 1. C. de uſufru.

usufru.l.scire,& l.2. C.ut in possessione lega. Bar.in l.nemo potest.ff.delega.1.col.1.& ibi Ripa,nu.36. Hannibal n.212. & Decius cons.565.clarissimi,col.pe.Angel.& Christopho rus in §.constituitur,inst.de usufru. Ioannes Crotus num. 14.in d.l.nemo potest,ubi etiam Ias.col.fin. lect.1.& lect.2. nume.125.Bar.& alij in l.pactum inter hæredē. C.de pact. Decius consi.318.numero decimosexto.

Deniq; exemplū turpissimum esset tristissimi periculosissimiq; euentus plenum contrarium admittere, propter spē consequēdæ præmaturæ hereditatis quam talis hæres haberet,argu.l.fin.ubi hæc ratio redditur. C.de pact.l.de fideicommisso.C.de transf.† Nec dubium est quin hic adesset non delictum modo uerum facinus tristissimum quauis a lege punito remittatur ex causa.ergo ad tale facinus hominum quodammodo lucri spe inuitare ab omni iure & ratione alienum uideretur,essetq; contra bonos mores & ius gentium,ut in simili ait text.in l.quidam in iure. §.fina.ff.de donati.& ita ut nobis uidetur intelligenda & temperanda est,l.Gracchus.C.ad legem Iuliam de adul.l.82. Tauri. l.2. tit.de los adulterios,lib.8 ordin. Pro nobis text elegans in l.1.quib.ut indignis ubi legatarius testatorem defunctum, quasi illicitæ mercis negotiatorem detulit, & per hoc præmium huiusmodi deterioribus delatoribus a lege promissum,consequitur, sed nihilominus legatum ei ut indigno aufertur, sic & in proposito,& si huic occisori pœna homicidij remittatur cum tamen indignus fuerit relicto, pœna indignitatis remittenda non est,quia pœna solum homicidij sibi remissa uidetur.

24 *l.Gracchus C.de legat. Iul.de adul te. temperatur.*

Enimuero cum quæritur † quando hæredi, ut indigno hæreditas sit auferenda sunt tres casus inspiciendi, primus quando hęres peccauit contra eum defunctum cuius de hereditate agitur. Alter quando contra semetipsum. Vltimus quando contra aliquem tertium,uel cōtra rem publicam peccauit. Primo casu sit regula affirmatiua, ut ei hereditas tanquam indigno auferatur,ut per totum.ff.& C. de his q̄bus,ut indignis. Hęc regula uarie intelligitur.Primū quando testatorem interfecisset d.l.Lucius.ff.de iure fisci. Deinde etiam si eum non attigisset,si tamen eius necem ab alio perpetratam non uindicasset,arg.l.1.2.& l.sororem, & ferè per totum.C.de his quib.ut indig.per totum.ff.eod. titulo. ratio,quia non sufficit abstinere à malo nisi fiat,quod bonum est l.in illa stipulatione per te non fieri.ff. de uerb. oblig.ubi ita notant Bar.& reliqui.

25 *Indigno ut auferatur relictum regula cum 42. ampl.*

Tertio ex hac ratione,idem & fortius intelligēdum est, quando potuit impedimento esse ne testator occideretur, & id prætermisit arg.l.semper qui non prohibet,ubi multa in simili per Decium,& plenius per Cagnolum.ff.de regulis iuris l.1. & fere per totum.ff.ad Syllani. nam si tenetur uindicare post necem perpetratam, multo magis tenebitur ei neci occurrere,satius est enim malū euitare,q̄ post causam uulneratam remedium quærere l.fin.C.in quib. cau. in integ.rest.neces,non est l.1.& per totum,quādo liceat uni cuique l.ut uim ff.de iust.& iure.Quid autem si id sine periculo suo facere non poterat, & quidem si leue periculum erat adhuc idem,sin autem ingens,aliud respondendum esset,ut plenius edocemur.ꝫ.lib.1. qui est septimus huius operis.§.62.num.18.cum plur.seq.

Quarto idem si is hęres non ipsum testatorē interfecit sed eius filium, ut supra attigimus.

Quinto idem si testatoris parentem,aut parentes interfecisset,arg.l.nam & si,ff.de inoffi.test.& quia patitur quis iniuriam,&c.ut §.patit̄ inst.de iniurijs cum simil.

Sexto idē si interfecit hæres parētes eius cuius de succ. agit̄, arg.l.4.5.& 6.ff.de in ius uocand.quod usq; in infinitū intelligend ū l.4.§.prætor ait.ff.eo.ti.iuncto.d § patitur.

Septimo idem etiam si sint parentes adoptiui ut ibi, & sed si hac,per totā,l.eod.ti.saltē quandiu adoptio durabat,Quid autem si fratrem occidisset?& adhuc idem puto, nam si quodāmodo fratri pterito uel exheredato iniuria fit q̄n à fratre turpis persona instituit̄.l.1.2.3.& 4.l.fifratris.l. fratres.C.de inoffi.test. multo magis iniuria affectus uidebitur frater si suum fratrem hære, occiderit,præsertim cū iniuria facta uni de cognatione quasi uniuersæ cognationi,& familię facta uideatur,arg.d.§. patitur, cum ibi not. per gloss.& Doct.

Octauo idem si hæres eum cuius de hereditate agitur post mortem dixit, ac detulit fuisse illicitæ negociationis reum etiam si præmium ille delator meruisset.l.1.ff. de his quibus ut indignis. Idemq; in legatario,ut ibi.Sicq; ibi habes tex.egregium probantem ex eodē facto quē præmiū, & pœnam mereri.

Nono idem si emancipatus filius à patre præteritus, & fratri pupilliariter substitus per contra tab.bo.po.patris testam.expugnauerit,& ex substitutione impuberis hereditatem adierit,in quo illud memorabile est, ut pœna illa extendatur etiā ad partem, quę ad impuberem pertinuit, ut arg.l.2.in prin.ff.de his quibus ut indignis, ubi rb.ex asse.

Decimo si quis contra legis præcepta uxorem duxit(puta præses in sua prouincia) id q̄d testamento uxoris sibi relictum fuit,ei ut indigno auferē d.l.2.§.1.sed ipse uxori suę legare fas est.

Vndecimo qui fecit pactum de uiuentis hæreditate,uel legato,ea ut indignus per d.l.2.priuatur,si posteaei deferatur,ut supra diximus latius.

Duodecimo hereditate,ut indignus priuatur is, qui testatori forte egrotāti,uel egenti opem non tulit cū posset, sicq; culpa,aut negligentia,aut impietate huius ille periit debito auxilio destitutus,l.indignū.ff.eod.tit.facit.l.ut uim ibi,cognationem quandā inter nos natura constituerit, ff. de iust & iure.l.si pignore,in prin.ibi,beneficii debitorem ff.de furtis.l.fina. C.de reuo.dona.

Tertio decimo idem si legatarius unum ex duobus hæredibus scriptis accusauerit, quasi falsum sibi ascripserit, tunc enim legato carebit ab eo hærede nominatim sibi relicto.l.Papinianus.ff.de his quibus ut indignis.

Quarto decimo legatarius, qui falsum dicebat testamentum legato carebit.l.post legatum.§.ille.ff.eod.ti.

Quintodecimo qui à tutela sibi à testatore iniūcta se excusauit relicto carebit ut indig.d.l. post legatū.§.amittere.

Sexto decimo relicto, ut indignus carebit ille dñs, uel pater cuius filio,aut seruo relictum fuerat,siquidem testamentum accusauit,& relicti emolumentum ad eum peruēturum est.d.l.post legatū.§.si pater.facit l.cū quis.C.de iure deliber.& quæ tradunt dd.per tex.ibi in l.que liberis.§. hęc uerba.ff.de uulg.facit l.Iulianus.ff.si quis omissa causa testa.l.filium.§.fina.& l.3.§.coniunctim.ff.deleg.3.l. huiusmodi.§.si Titio.ff.de leg.1.

Decimo septimo amplia ut procedat etiā in eo, qui nō immediate,sed mediante persona alterius aliquid cœpit ex testamento,nam si falsum dixerit testamentum eo emolumento priuabitur non secus,q̄ si immediate ex testamento caperet,d.l.post legatum.§.si is.facit l.fi.C.de hęre.instit.l. ex facto in prin.ff.ad Trebel.l 5.&.6.ff.de leg.3.

Decimo octauo amplia,nā etiā testibus, qui testimonio suo intentionē eius, qui testamentū accusabat adiuuarunt relictū in eo testamento,ut indignis auferendū est d.l.post legatum.§.his quoque.facit regula in ca. ex eo non debet, de regul.iur.lib.6.l.pen.& fi.ff.de inoffi.testam.

Decimo nono amplia,ut relictum ut indignodenegetur ei,qui fideiussione sua talem accusatorē adiuuauit d.l.post legatum.§.sunt qui putant.

Vigesimo amplia ut relictum iudici,ut indigno auferatur,qui testamentum falsum pronunciauit, si ea sententia appellatione interposita per superiorem improbata fuit d. l.post.legatum.§.quidam,qua in re illiud memorabile esse uidetur,ut is iudex quasi lite suā ex eo solo feciſſe uideat, ęp sua sententia à superiore approbata non fuit, per quod mirabiliter ampliat tex.in prin.inst.de oblig. quæ ex quasi delib.nascun.declaraturq; cleg nter.l.1.ff.de appellat.ut et si iudex superior, qui de causa appellationis cognoscit in deterius mutauerit sententiā adhuc nocuerit iudici à quo

26 *Appellata sē tentia si reuocetur fit lesio iudici a quo etiam si minus le sit reuocata.*

Vigesimo primo amplia ut à relicto etiam in secūdis tabulis repellatur is,qui principale testamentum accusabit, non aliter atque repelletur ab eo quod sibi relictum esset

in principali teſtamento,d.l.poſt legatum.§. qui principali,facit l.qui patri.ff.de acquirend.hæred.l.quidam elogio. C.de iure delib.

Vigeſimo ſecundo amplia,ut & ſi libertas cunctis rebus fauorabilior ſit.l.libertas.ff.de de regu.iur.§.fina. inſtit. de donatio.l. in teſtamẽ.ff. de fideicommiſſ. hæredi. tamen ſi ſeruus cui libertas teſtamento relicta eſt id teſtamentum teſtimonio ſuo infringere tentauit libertate,ut indignus carebit,d.l.poſt.legatum.§.an liberta.

Vigeſimo tertio amplia,ut non ſolum hæreditate,aut legato,ſed etiam eo quòd conditionis implendæ cauſa ſibi relictum fuerat priuetur,ut indignus is, qui teſtamentum accuſauit dict.l. poſt legatum.§.alia cauſa facit tex. in l.1 in princip.ff.de cond.cauſ.data.l.uideamus.ff.de uſur.& quod notat Bartol. in l. in quartam. nume.10. ff.ad legem Falcidiam.

Vigeſimo quarto amplia, ut etiam quarta, quæ nomine Falcidię debetur, ut indignus priuetur hæres, qui teſtamentum impugnauit, ut forte ab inteſtato ſuccederet, d.l.poſt legatum.§. & Falcidiæ, utcũque Falcidiæ detractio ſumme fauorabilis ſit.l.Titia.ff.ad leg.Falci.& in prin. inſti.eod.tit.

Vigeſimo quinto amplia,ut etiam indignus iudicetur hęres ille,qui res hæreditarias amouerit,ſicque Falcidiæ beneficium perdat inquam fiſcum transferatur. l. reſcriptum eſt, ff. de his quibus, ut indignis ſimilis in l. ſi quis extraneus.§.ſi ſeruum.ff. de acquirenda hæreditate, ubi filius qui res hęreditarias amouit amittit beneficium abſtinendi.

Vigeſimo ſexto amplia ut hæres indignus non ſolum lucro & emolumento hæreditatis priuetur, ſed etiam dãnum ſentiat in eo,quòd actiones hæreditatis aditione confuſas non recuperat.l.indigno.& l.eum qui.§. bonis. ff. de his,quibus,ut indignis. facit tex.cum ibi notatis per gloſſ. & dd.ll.in l.fi.§.in computatione.C.de iure deliber.

Vigeſimo ſeptimo amplia, ut ſi capita les inimicitiæ inter teſtatorem,& legatarium exoriantur relictum euaneſcat.l.3.§.fin.l.ex parte ff.de adimen.legat.l.ſi inimicitiæ.1. reſponſ.ff.de his quibus, ut dignis quo caſu ad fiſcum nõ tranſuolat relictum,ut indicat tex.in d.l.ſi inimicitiæ, ultimo reſpon.per locum ab ſpeciali, quod procedit etiam ſi culpa ipſius legatarij id contingerit,ut docemur argu.d.l.ſi inimicitiæ,ſecundo reſponſo.

Vigeſimo octauo amplia,ut non ſolum,ut indignus priuetur,qui contra teſtamentum egit,ſed etiam ſi cõtra eius perſonam,ut ſi ſtatus controuerſiam ei mouit,d.l. ſi inimicitię.in.§.ſi.facit tex.in l.1.& 2.C.ubi cauſa ſtatus.

Vigeſimo nono amplia,ut quaſi indignus priuetur relicto is qui incapaci tacitam fidem accommodauit,de reſtituẽdo eo quod à teſtatore acceperat, uel aliud eius loco l. in fraudem.ff de his quibus,ut indignis facit.l ſi is.ff.de pulg. & quæ plene notant Bartol.& alij.in l. ſi.ff. de his quibus, ut indignis.l.22. tit.3.lib.1.ordin.l.2.tit.3.lib.5. eod. uolumine,qua in re inſpicitur tempus teſtamenti.d. l. in fraudem.§.ſi quis ei.§.in extraneis, inſti. de hęred.qualitat.l.ſi alienum.§.in extraneis.ff.de hęred.inſtituendis.

Trigeſimo amplia,ut quãuis regulariter ſuperius teſtamentum poſteriore teſtamento quod non valet non infirmetur.§.poſteriore,inſti.quibus modis teſtam.infirm.l.farcimus. C.de teſtamen.l.ſi iure.ff.de leg 3.tamen ſi teſtator poſteriore teſtamento incapacem ſcripſit hęredem, quia per hanc inutilem diſpoſitionem apparet hæredem ſuperiore teſtamento ſcriptum teſtatoris uoluntate deſtitutum eſſe,iuxta l.fin.ff.de rebus eorum.& l.ſi iure.ff.de leg 3.euenit ut ea hęreditas ad fiſcum transferatur,& hęredibus ut indignis adimatur. poſterioribus quidem propter ſui in capacitatem, prioribus uero propter mutatam teſtatoris uoluntatem, facit l.plene pri.in princip.ff.de leg. 1. licet in contrarium fortiter faciat d.l.ſi iure.& d.§. poſteriore, & l.ſi me in uacuam.ff.de acquirend.poſſeſſio.& l.filium.§. ſed cum exhęredatio.ff.de contra tabulas. & quia ſub hac demũ ueluti conditione à priore teſtamento,& uoluntate teſtator recedere uoluit, ſi poſterius teſtamentum ratum eſſet, ut dictis legibus, unde cum poſterius teſtamentum hic non ualuerit à priore uoluntate,non eſt cur uideatur teſtator receſſiſſe,ut dictis legibus, ſed poteſt reſponderi eam interpretationem ſic regulariter faciendam eſſe. Fallit tamen odio teſtatoris, qui in fraudem legis incapacem ſcripſit hęredem.l. cum quidam. ff. de his quibus ut indignis, & d. l. plane. unde ſi in fraudem legis id non feciſſet, quia forte illius incapacitatem ignorauit,& prius teſtamentum ualeret,& fiſco locus non fieret, ut dd.ll.

Trigeſimo primo amplia, ut ſi teſtator eam mulierem ſcripſit hæredem cum qua adulterium commiſit ei, ut indigne hereditas uſeratur.l.Claudius.ff. de his quibus,ut indignus idem ſi mulier eum hęredem faceret, ut ibi in ultimo reſpon.Idem ꝙ etiam ſi is miles eſſet.l.mulier eodem tit.

Trigeſimo ſecundo amplia, ut qui codicillos impugnauit ex eis nihil capere poſſit ut indignus, licet quod ex teſtamento ſibi relictum eſſet capere non prohibeatur.l. hęred.ff. de his quibus, ut indignis facit lex prima. C.de codicil.

Trigeſimo tertio amplia, ut ſi teſtator mutata uoluntate hęredis nomen deleuerit, & induxerit, ei ut indigno hereditas auferatur, ut in.l. cancellauerat, & per totum ff.his quę in teſtamen. delen. id quod ad fiſcum tranſuolat. l. cum quidam, & l.eum ſecundis.§. final.ff. de his quibus ut indignis per quę iura declaratur inſigniter d.l. cancellauerat.

Trigeſimo quarto amplia, ut quaſi indigno auferatur hereditas ei hæredi, qui necem defuncti non uendicauit,lege prima, & ſecunda. l. ſororem. C. de his quibus, ut indignis.l.hęredem.ff.eodem.& fructus ſunt reſtituendi, nec actiones hęreditatis aditione confuſę reſtituuntur, ut ibi, & l. eum, qui.§. bonis, eodem titulo, & ſic tres patitur pœnas, & etiam quartam, quia fructus non ſolum poſt motam litem, ſed etiam antea perceptos reſtituit, ut in l.eum qui, eodem titulo ſubibitq; quintam pœnam, ut etiam uſuras fructuum quos uendiderat, & pretium inde receperat preſtare cogatur, ut ibi.

Trigeſimo quinto amplia, ut ſi poſterius teſtamentum teſtator facere properabat, & ab hęredibus priore teſtamento ſcriptis impeditus fuit non ſolum eis, ut indignis auferatur hęreditas, ſed etiam legatarijs, qui non deliquerunt legata pereant, quaſi teſtatoris uoluntas mutata uideatur.l.ſi ſcripti.ff.de his quibus ut indignis facit.l.fin.ff.de hęre.inſt.

Trigeſimo ſexto amplia, ut ei, qui uxoris mortem non defendit auferatur ut indigno, non ſolum quod ex codicillis, uel teſtamento ipſius accepit, ſed etiam quod ab ea inter uiuos acceperat(qualis eſt dos).l. ei qui mortem ff.de his quibus, ut indignis facit.l.fin.C.de reuocand.donationibus.

Trigeſimo ſeptimo amplia.ut non ſolum hęres, qui non uindicauit necem defuncti hęreditate, ut indignus priuetur,ſed etiam is,qui hęres non eſt ſed hęredis loco habetur(qualis eſt patronus,qui liberti bonorum ſtatutam partem capit,de qua in §.noſtra inſt.de ſucceſſ.lib.l.1 in prin. ff.ſi à pa.quis)ea parte à lege definita priuetur ſi non uindicauerit necem defuncti.l.portiones,ff.de his quibus, ut indignis.

Qua ratione, & trigeſimo octauo idem forte erit† & in ſeruis,quibus libertatum conſeruandarum cauſa bona addicuntur,& ita intelligo,& non parum utiliter declaro illum titulum inſt.de eo,cui liber.cau.bo.add.

Trigeſimo nono proinde cum † patri emancipatori ad imaginem portionis,quę patronis in bonis libertorũ pręſtatur par portio in bonis filij emãcipati pręſtetur,ut d.l.1. in prin.& per totum.ff.ſi à par.quis conſequens eſt,ut ſi necem filij non uindicauerit ea priuetur quãuis hęres non ſit,ſed hęredis loco habeatur.

27 *Intell. ad ſt inſtit. de eo cui lib. c.be. add.*

28 *Intell.ad tit. ff.ſi à part. quis. fuerma.*

Quadrageſimo

29 Quadrageſimo† nec diuerſa cauſa (iudice me) erit commilitonis, ad bellum cum altero commilitone pergentis, nam ſi pactum reciprocum inter ſe fecerint, ut præmorientis bona ad ſuperſtitem peruenirent iuxta, l. licet. C. de pact. certe & ſi is hæres non ſit, ſed tantum hæredis loco habeatur, ut ibi, tamē magis eſt ut eis bonis priuetur, ut indignus, ſi necem commilitonis ſui non iure occiſi non uindicauerit, quod nō eſt minus utile quam nouū. Neq; ad rem pertinere debet, q̄ miles ſit magnopere priuilegiatus ut per totū. ff. & C. de milit. teſta. nam uerius eſt militem in omnibus uti debere iure cōi, niſi in quibus caſibus nominatim reperitur priuilegiatus per l. in fraudem. §. fin. ff. de mili. teſtam. ubi notat Bal. Decius in l. ex teſtamento. C. unde liberi, Alciatus lib. 4. paradoxorum. c. 10. Decius conſi. 5. Idē Decius in l. 1. & in l. nemo poteſt. ff. de reg. iuris. Andr. Tiraquel. de preſcrip. §. 1. gl. 11. ſed milites hac in re nō re periuntur habere peculiare priuilegium. ergo &c.

Intell. ad l. licet. C. de pactis.

Fiſcus an nec dum defuncti uindicare teneatur.

30 Quid† autem in fiſco qui ultimo loco ſucceſſit ei qui necatus eſſe dicebatur iuxta text. in l. uni. §. pen. C de cad. tol. an ea hereditate priuetur ſi eam necem non uindicauerit, & magis erit, ut non priuetur, quis enim eum accuſabit, præſertim cum defuncto nullus ſuperſit hæres, ſicque nullius poteſt quicquā intereſſe, unde nec agere, l. ex conuentione. C. de pact. l. 1. C ſine cēſu uel reliquis, ut interim omittam indecorum eſſe accuſationem contra fiſcum proponi, facit. l. princeps. ff. de legibus. §. fi. inſt. quib. mod. teſt. infir.

31 Quadrageſimoprimo† quid in eo ſubſtituto, uel etiā legatario, uel fideicommiſſario cui hæreditas quæ infra annum uoluntatē defuncti non implenti aufertur applicatur, an ut hęres necem defuncti teneatur uindicare, & magis eſt ut teneatur, argu. eorum quę ſupra diximus, & ita intelligo tex. in auth. hoc amplius. C. de fideic p. d. l. portiones.

Intell. auth. hoc amplius C. de fidei.

Vindicatę necē defuncti tenentur hęredes etiā diuerſo iure ſuccedentes quid in hęrede rei certae.

32 Quid ſi ei qui occiſus fuit plures hęredes non eodem ſed diuerſo iure ſucceſſerunt, puta unus ex teſtamento alter ab inteſtato iuxta l. cum duobus, C. de inoffic. teſt. l. cir ca. ff. eod. tit. uel etiā in milite iuxta l. ſi miles unū. l. ſi duobus. ff. de milita. teſta. & adhuc idē arg. d. l. portiones, diuerſa cauſa erit hæredis in re uel rebus certis ſcripti iuxta l. quoties. C. de hærdit. inſti. cum is loco legatarij ſit ut ibi, unde onus necem defuncti uindicandi ad hæredes uniuerſales ſpectat, l. 1. 2. & l. ſororem, C. de his quib. ut indig. dict. lege portiones, cum ſimilibus, quod obtinet quando aderat alius coheres uniuerſalis, aliter enim ipſe loco hæredis uniuerſalis eſſet, ſicq; necē defendere teneret, l. prima, §. ſi ex fundo l. ſi alterius, ff. de hered. inſtit. & d. l. quoties.

Poſtremo amplia, ut qui teſtamentum impugnauit adeo ijs quæ ibi fuerant ſibi relicta ut indignus carebit, quòd & ſi pupillus ſit cuius nomine tutor id egit priuabitur niſi ſit reſtitutus. l. tutorem, §. fin. ff. de his quibus ut indig. facit, l. uer. quod meo, in princip. ff. de acquiren. poſſeſſ. facit quia etiam minores utuntur iure communi niſi in ijs in quibus nominatim reperiuntur priuilegiati, argu. d. l. in fraudem, in fin. ff. de milit. teſtam. & quod tradunt Bal. Decius, Alciatus, & Tiraquellus proxime allegati.

Neceſſitate coacto ſubuenitur.

33 Limita† ut quaſi indigno non auferatur relictum ei qui officij aut muneris ſui miniſterij neceſſitate coactus teſtamentum accuſauit, qualis eſt tutor, qui tutorio nomine contra teſtam. egit, lege tutorem, ff. de his quibus, ut indig. Aut etiam fiſci procurator, ut eodem titulo, lege poſt legatum. § aduocatum.

Deinde limita ut qui contra alterum tantum ex duobus hæredibus ſcriptis egit, is ab eo, quod ab altero cohærede ſibi fuerat relictum non priuetur, lege Papinianus, eodem titulo. Ratio quia in alterius coheredis perſona potuit tota uis teſtamenti ſuſtineri per ius accreſcendi, lege prima, & ſecunda, l. ſi duo, lege ſi tu ex parte, lege ſi ſolus. ff. de acquirend. hereditat. l. ius noſtrum. ff. de regulis iuris, l. unica. §. his ita. C. de cadu. tellendis.

Tertio limita ut qui non iure factum teſtamentum dixit is non priuetur relicto, & ſi aliud foret ſi falſum diceret, l. poſt legatum. 2. reſp.

Quarto limita in eo qui à matre pupilli tutor petitus ſe excuſare maluit, is enim relictum ſibi à patre, ut indignus non amittit quanuis aliud ſi ab ipſo patre tutor deſignatus eſſet d. l. poſt legatum. §. amittere.

Quinto limita ut ſi inuito patre filiusfamilias per quem hæreditatem uel legatum pater quæſierat teſtamētum accuſauerit, patri non noceat d. l. poſt legatum. §. ſi filius.

Sexto limita, ut qui teſtamentum accuſauit non noceat ſibi quo ad eam hereditatem, uel legatum quam mediante hærede à teſtatore ſcripto queſiuit d. l. poſt legatum. §. qui accuſauit, per rationem l. 6. ff. delega. 1. l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffi. teſta. ibi, aduentitio lucro.

34 Septimo limita† ut minori accuſanti teſtamentum ſubueniatur, ut non amittat id quod eo teſtamento ſibi relictum fuerat d. l. poſt legatū. §. elati. quod intelligo per interuentum reſtitutionis, nam mero iure ſibi nocet l. tutorem. §. fin. eod. tit.

Ætati ſubuenitur.

Octauo limita, ut & ſi is qui tacitam fidem de reſtituendo incapaci accommodauit, ut indignus priuetur l. in fraudem, in princ. ſupra alleg. tamen fallit quando ille tempore teſtamenti capax erat, & ſi poſtea incapax factus fuit d. l. in fraudem. §. 1. ff. quibus ut indignis facit. §. in extraneis, inſt. de hæred. quali. l. ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. inſtit.

Nono limita† quando filius patre teſtatore iubente tacitam fidem de reſtituendo incapaci accommodauit, nam ut indignus relictis ſibi non carebit, quia parendi neceſſe habuit d. l. in fraudem. §. recte l. ueluti. ff. de iuſt. & iure ibi, ut patriæ & parentibus pareamus. l. liberro. ff. de obſequi, dum ait q̄ filio, & liberto perſona patris & patroni ſemper honeſta & ſancta uideri debet l. ſi quādo. §. illud. C. de inofficioſo teſtamento. ibi, filios ad obſequia paterna prouocandos. facit l. alia. §. eleganter. ff. ſoluto matrimonio.

35 *Paternus iuſſus excuſat.*

Decimo & ſi ueluti indignus portione hęreditaria priuetur hęres cuius nomen teſtator induxit ac deleuit, tamen aliud eſt in præceptionibus eidem datis l. cum quidam. §. fi. ff. de his quib. ut indig. Ratio, quia in re dubia ad id quod minimum eſt ea priuatio reducēda eſt l. cācellauerat. uerſi. in ambiguo. ff. de his quæ in teſta. delen. l. cum quidam. ff. de liberis & poſthu. glo. not. in l. 1. & 2. ff. de acqu. hæred.

Vndecimo quod patronus reliquit ei libertæ quam ſtuprauit non aufertur ut indignæ, licet regulariter contra, ut in l. mulierem, & in l. Claudius, iuncta l. cum ſecundis. §. 1. ff. de his quib. ut indig.

Duodecimo limita† ut & ſi qui tacitam fidem accommodauit in fraudem legis etiam fructus, ut malæ fidei poſſeſſor reſtituere teneatur tamen fructuum uſuras reſtituere non tenetur l. eum qui. §. fin. ff. eodem titulo, qui textus iuſtificat quotidianum iudiciorum uſum qui habet poſſeſſores rei uendicatione damnatos, & ad fructuum reſtitutionem, iuxta l. 1. C. de pet. hæred. condemnatos ipſorum fructuum uſuras præſtari nunquam compelli etiam poſt motā litem ſed ipſos fructus duntaxat.

36 *Fructuum reſtitutio intelligitur ſine uſuris.*

Illud autem ſummopere notandum eſt† q̄ quidquid incapaci in fraudem legis relinquitur, id ſane nō aliter ad fiſcum pertinebit, quam ſi ei incapaci ſemel delatum fuerit, nam ſi uiuo teſtatore deceſſerit remanet penes grauatum l. fin. ff. de his quib. ut indig. quòd ſi ſuperuixerit teſtatori, ſiue iam agnouerit, ſiue nōdum agnouerit fiſco locus fit l. 2. eodem titulo. ſed & notandum eſt ſolam cōiunctionem non inducere præſumptionem tacitę fidei in fraudem legis accommodatæ l. pen. eodem titulo. Et quia ſuprà diximus hæreditatem auferendam heredi incapaci cui teſtator in fraudem legis relinquere uoluit, quæ ſint illæ perſonę edocemur plene ſuprà lib. 1. qui eſt ſeptimus huius operis. §. 1. & ferè per totum illum librum.

37 *Fiſcus aufert lucrum ſiue quæſitum, ſiue delatum ſecus ſi nec delatum erat.*

Hactenus† quo ad primum caſum cum hęres uel legatarius peccauit contra ipſum teſtatorem, uel quando ipſe teſtator peccauit, hæredem indignum, uel incapacem in fraudem legis inſtituendo, uel legato honorādo, † quo ad alterum caſum quādo in ſemetipſum hęres ipſe peccauit, eo quòd forte turpiſſimam uitam, aut uiuendi modum agebat (ut ſi forte filius, aut extraneus factus fuit mimus, aut hiſtrio,

38 *Secūdus caſus.*

39 *Indignus interdum eſt, qui in ſeipſum peccat.*

hiſtrio,aut buffo, aut uiliſſimis mercimoniis operã dabat, aut filia turpiter (puta in lupanari) uitam agebat, an ei,ut indigno hereditas auferatur, & per quem auferatur,dubiũ eſt, & omnes quos propè referemus conueniunt, ut per fiſcum ei non auferatur,ut in eo tantum quæſtio ſit , an per legitimos hæredes ei auferatur , uel ſi ille turpis cohæredes habeat,uel ſubſtitutos eius portio tranſiuolet ad eos,id quod tenuit Angelus poſt gl.in authen.de nuptiis.§.ingratitudinem , col.4.Iaſ in authen.non licet.C.de lib.præteri. Sed in contrarium eſt communis opin.quam tenent Angelus ſibi contrarius in l.1.ad fin.ff.de inoffi. teſtamento. Iaſ ſibi contrarius in l.in arenam.C.eodem titulo in principio. Idem Iaſ. in l. fratres,eodem titulo . Curtius Iunior num. 17.in authen. non licet.C.de lib. præteri.Bar. Bal.& Angelus in l.fratres,licet & ibi contrarium teneat Salicetus , & communem opin.tenent Paulus Caſtrenſis in d.l. fratres , & Alex.in d. authen.non licet,col.pen.Aretinus , in l.3.§. filius,col.2.ff.de liberis,& poſthumis.Ripa in l. fin.q.47.C. de reuo.dona.Emanuel de a Coſta in l.Gallus.§. & quid ſi tantum.ff.de liberis,& poſthumis pagina.129.numero.168. Socinus in l.ſi cognatis.ff.de rebus dubi. pro qua communi opinione eſt tex.ibi , & in l. omnimodo.C.de inoffic. teſtamento, & in l.in arenam ſupra alleg. & in l. fin.C.de ſecundis nup. & in l. ſi quis filium.C. de inofficioſo teſtam. Stat ergo concluſio hereditatem,uel portionem hereditatis legatum,uel legati portionem propter ſolam ſui turpitudinem auferendam hæredi,uel legatario non eſſe,neque per fiſcum,neque per coheredes teſtamentarios, neq; per ſubſtitutos, neque per legitimos. id quod procedit in omnibus ſpeciebus turpitudinis, quę enumerantur in §. cauſas cui,&.§.ſeq.in authen.ut cum de appell.cog.& per glo. & doct.in l.in arenam.C.de inoffic.teſtam. & quæ plenius edocemur .ſ.de ſucceſſ.crea.lib.3.§.30.nu.179.

40 *Tertius caſus.*

Quo † ad tertium caſum principalem quãdo hęres, uel legatarius peccauit contra aliquem tertium (puta homicidium, parricidium, adulterium , falſitatem , furtum , iniuriam, uel quodlibet aliud facinus perpetrauit) an hereditas, legatumve ei adimatur , & conſtat ei adimendum non eſſe, nam aut uiuo teſtatore deceſſit, & tale relictum remanet apud grauatum,uel apud teſtantis , aut codicillantis hęredes l.fin.ff.de his quib. ut indig. Aut ſuperuixit ei cuius de ſucceſſione agitur, & tunc ſi quidem nondum relictum agnouerat.cum ius adeundi nõ ſit in bonis noſtris l. pretia rerum.ff.ad legem Fal.& ſi ex genere delicti,iſtius bona publicanda eſſent illud non publicaretur,quod ſi iam legatũ, uel hereditatẽ quæſierat,tunc ſi bona publicanda non erãt iuxta auth.bona damnatorum,& quę ibi traduñt per doct. res expedita eſt, quòd ſi bona ipſius publicanda ex toto , uel ex parte fuiſſent , cum illud relictum proprium illius patrimonium effectum iam fuiſſet,iuxta l.ſed ſi plures.§. filio ff.de uulga.in comperto eſt ſequuturum eandem fortunam, q̃ & reliqua ipſius delinquentis bona d.§.filio , & l.ſi. in ſi.C.de inoffi.teſtam.Sicq; non agitur de bonis teſtatoris ei tanquam indigno teſtatoris beneficij auferendis, ſed agitur de bonis ſuis proprijs eĩ, ut facinoroſo auferendis. ſed quatenus quo caſu relictum nondum quæſiſſet negauimus illud eſſe publicandum etiam ſi cætera delinquentis bona publicarẽtur, uidetur obſtare, quia quę poſſunt cædi poſſunt tranſmitti l.mulier.§.ex aſſe.ff.de iure doti.not. per glo. & doct.in l.3.ff. pro ſocio,ſed is poſſet id relictum cedere,ut per totũ.C.&.ff.de her.uend. ergo & ad fiſcum ob delictum tranſmittere.

41 *Quod eſt ceſſibile , an ſit tranſmiſſibile .*

Sed non obſtat quod dixi.ſ.ius quod non eſt ceſſibile non eſt tranſmiſſibile , nã pro ſolutione cõſidero quatuor caſus,primus eſt an omne id quod eſt ceſſibile ſit trãſmiſſibile , & an illud quod non eſt ceſſibile.non ſit tranſmiſſibile . Tertius an illud quod eſt tranſmiſſibile ſit ceſſibile . Quartus an id quod non eſt tranſmiſſibile per conſequẽs non ſit ceſſibile,dico ergo ad primum , quòd hæc eſt bona conſequentia,hoc eſt ceſſibile ergo tranſmiſſibile. probo , quia actiones meas poſſum cedere , ut per totum titulum .C. de hæredi.uel actione uendita cum ſimilibus , & eaſdem poſſum tranſmittere , quod eſt fauorabilius , quòd autem tranſmiſſio ſit fauorabilior patet per text. in l. ſi ſtipulatus fuerim,in prin.ff. de uerborum obliga. ubi eſt tex.quòd facultas eligendi non poteſt cedi bene tamẽ poteſt tranſmitti,ut ibi.ergo tranſmiſſio ſit facilius , & ſic eſt fauorabilior & probabilior ꝓ multa,& hoc de prima conſequentia. Secunda autem conſequentia nõ eſt bona,ſ.hoc non eſt ceſſibile,ergo nec tranſmiſſibile , probo per text. in l.ſi mulier.§.ex aſſe ad Treb.ff.ubi eſt tex.quòd ius fideicommiſſi uniuerſalis non poteſt cedi, & ſic procuratori in rem ſuam non cogitur hęres fideicommiſſum utile reſtituere,& ille tex.non eſt alibi in iure ſecundum Bal.in c.nõ nulli.6.colum. de reſcriptis, de quo per gl.& doctores in l. apud Iulianũ.§.Antiſtia.ff.ad Treb.& in l. qui ita.§.1. eod. 42 *Tranſmittitur fideicom. unu.*

† & tamen fideicommiſſum poteſt tranſmitti, ut in l.3.C de fideicom.facit,l.ſi in perſonam,eod.l.apud Iulianum. §.Antiſtia.ff.ad Treb.& in l.cogi.§.idem Metianus,eod.tit.quãuis contrarium tenuerit glo.in l.cum filio.ff.deleg.1.& in l. a teſtaiore.ff.de condi.& demonſtra.quæ communiter reprobatur ut plene per Aret.Alexã.Paul.Caſtrẽ. & Iaſ.ibi & in dictis locis,ergo non eſt bona conſequentia non poteſt cedi,ergo nec tranſmitti . Secundo probo per text.in d.l.ſi ſtipulatus fuerim, in prin.de uerborum obliga. ubi facultas eligendi non poteſt cedi,& tamen poteſt tranſmitti ut ibi.ergo non tenet conſequentia hoc nõ eſt ceſſibile, ergo nec tranſmiſſibile. Tertia conſequentia ſimiliter eſt falſa, ſcilicet hoc eſt trãſmiſſibile,ergo ceſſibile, primo per d.l. ſi mulier.§.ex aſſe,ubi ius fideicommiſſi poteſt tranſmitti, ut modo dixi,& tamen non poteſt cedi d.§.ex aſſe, ergo nõ ſequitur poteſt tranſmitti,ergo cedi. Secundo eſt tex.in d.l.ſi ſtipulatus fuerim,in princi.ubi facultas eligendi poteſt tranſmitti , & tamen non cedi , ergo non ſequitur conſequentia. Tertio patet† nam actiones directæ, actiuę & paſſiue tranſmittuntur ad hæredes,ut ſupra dixi, & tamen talis actio non poteſt cedi , ut eſt gloſſ.melior de iure in l.3. ff.pro ſocio,facit l.quis ergo caſus,ff.de peculio & notatur in l.1.C.per quas perſonas nobis , & notantur in l.3. C.de nouat.cu ſimilibus.Quarta conſequentia eſt uera, ſcilicet hoc non eſt tranſmiſſibile,ergo nec ceſſibile , iſte eſt pro prio caſus in l.ex pluribus, ff.de adminiſtratione tutorum, & ita ibi negatiue not. Bar.ex illo text.etiã patet aperta ratione,nam ſi non poteſt tranſmitti quòd eſt magis faborabile,ut ſupra oſtendi , & eſt tex.in d.l.ſi ſtipulatus fuerim, ergo a fortiori nec cedi.ut ſupra dixi.Et ꝓ ſupra dicta ſolaiitur unum de quo dubitat Bar.& relinquit cogitandum in d.l.ſi mulier.§.ex aſſe , ubi opponens contra illum text. dicit contra,quia quidquid eſt tranſmiſſibile eſt ceſſibile, l.ex pluribus,de adminiſtratione tutorum , ſed fideicommiſſum uniuerſale tranſmittitur, ergo etiam debet poſſe cedi,& ſic contra d.§.ex aſſe,ſuper hoc cogitandum reliquit, Solutio eſt quòd illa regula l.ex pluribus,procedit negatiue,ut modo dixi, ſcilicet non eſt tranſmiſſibile , ergo nec ceſſibile , & ita ibi not.Bar.ſed affirmatiue non procedit, ſcilicet poteſt tranſmitti,ergo cedi , quia tranſmiſſio eſt fauorabilior per prædicta,& ſic non obſt. 43 *Actiones actiue & paſſiue facilius tranſmittuntur quàm cedantur.*

Quo ad† quartum & ultimum caſum nempe quando hęres uel legatarius peccauit contra rem publicam, an ut indignus legato,uel hæreditate priuetur,ut in fiſcum tranſferatur,diſtinguendum eſt,ut ſupra,in proximo mẽbro,ſed id notatu dignum eſt , cum leues ob cauſas de quibus ſupra mentionem habuimus,huiuſmodi honoratis relicta auferantur etiam ante hæreditatis aditionem, uel aliorum relictorum agnitionem,l.2.& l.fin.ff.de his quib . ut indig. & ſupra plenius edocemur,cur ob nefanda facinora in aliquem tertium,uel etiam in rem publicam perpetrata talia relicta etiam nondum agnita ei non anferuntur , mirantur noſtrorũ plerique nec memini legiſſe me quicqnam quod animum meum ſatis expleat,ſed tamen(iudice me)non eſt obſcura huius rei differentia, nam aliud eſt agere de auferendis alicui bonis ſibi a teſtatore relictis ſolum ex ea cauſa,quòd eis bonis indignus ſit, (quemadmodum & interdum agitur de donatario re ſibi donata ut ea liberalitate indigno 44 *Quartus caſus.*

indigno priuando iuxta l.fina.C.de reuo.dona.)Aliud uero eſt agere de ſuismet bonis alicui ut facinoroſo & malefactori adimendis, priore enim caſu fiſcus quaſi a lege ſubſtitutus aut ſubditicius loco illius indigni ſuccedit, & ut primo nominato excluſo inuitatur ſubſtitutus. §.in primo, & §.pro ſecundo.C.de caduc. tollen.l.poſt aditam.C.de impube.nec propterea ſubſtitutus excluditur quòd ille nondum hæreditatem quęſiſſet, imo propterea admittitur ali ter non admittendus,d.l.poſt aditam, ita & fiſcus quo caſu hæreditas alicui ut indigno aufertur quaſi ei ſubſtitutus in uitatur,ut declarat Bar.per tex. ibi in lege,ſi Titio,& ei.ff. de lega.ſecũdo,& in lege huiuſmodi. §.ſi Titio. ff.de leg.1. & ibi communiter docto.preſertim Iaſ.Alicui enim ut indigno auferuntur relicta uel propter culpam teſtatoris in fraudẽ legis aliquid relinquentis, uel propter culpã ipſius hęredis uel legatarij cõtra ipſum teſtatorẽ,uere uel interpretatiue peccantis,& utroque caſu agitur, & merito de bonis ipſius teſtatoris occupandis, cui rei impediměto nõ eſt quòd talia bona nondum ſint hæredis bonis adiuncta, per aditionem uel agnitionem relictorum & confuſa, quinimo eo magis facilius fit ademptio, argumen. dict.l.ſed ſi plures.§.filio.& d.l.fin in fin.C.de inoffic.teſtamen.

45 *Intellectus ad titulum. ff.de his qui bus .ut indi.*

Cæterum quando maleficium in tertium uel in rem publicam hæres commiſit, non in teſtatorem,agitur de bonis ipſius hæredis adimendis deque eo puniendo, ſicque bona aliena(hoc eſt teſtatoris aliena enim ſunt quandiu hæreditas acquiſita non fuit, l.pretia rerum. ff.ad legem Falcid.)non ſunt publicanda nec attingenda, ne alter pro altero puniatur contra l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de inoffic. teſtament.per totum. C.ne filius pro patre, & per totum, C.ne uxor pro marito, & is eſt uerus intellectus inter titulũ. ff.& C.de his quibus ut indignis & titulos de pub.iudi. cum titulis ſequentibus. Quod obtinet quando delictum hæredis ad offenſam tantum teſtatoris non etiam reipublicæ,uel ad offenſam ſolius reipublicæ, uel alterius non etiã teſtatoris ſpectaret, cæterum ſi mixtum erat, quia tam ad teſtatoris quàm ad reipublicę offenſam pertineret, ueluti ſi non priuatum delictum ſed publicum crimen fuit,quia teſtatorem forte necauit,tunc quia nunquam actiones pœnales de eadem re concurrentes alia aliam conſumit.§.fin. inſt.ſi quadr.paup.feciſſe dicatur,eueniet ut ex hoc bicipite capite ſeu delicto quatenus publicum crimen eſſe poſſint bona hęredis impeti a fiſco,quatenus uero ab hærede in teſtatorem facinus commiſſum fuit.bona ipſius teſtatoris illi hęredi tanquã indigno ablata ad fiſcum transferant, ueluti ex ſeparatis capitibus,ut ſic bona teſtantis etiam hęredi nondum quæſita ad fiſcum perueniant, non ſecus quã ſi ei quæſita fuiſſent.non aliter atque ſi duo ſeparata maleficia hæres ille commiſiſſet alterum in teſtatorem alterum in alium tertium uel rempublicam, ex quo eius bona publicanda uenirent. nam & ſi nondum hæreditatem adijſſet tamen utraq; bona ad fiſcum transuolarent, & teſtatoris propter maleficium in eum ab hęrede commiſſum, & ipſius hęredis propter facinus in alterum uel in rem publi cam perpetratum.quod nota.

Deniq; hæredi uel legatario a quo poſtea abſceſſit uo-
46 luntas teſtatoris quaſi indigno aufertur hęreditas, quale
Indignus uidetur hæreditate qui teſtantis uolũtate deſtituitur. eſt cum teſtator me hæredẽ ſcripſerat, & in poſteriore teſtamento incapacem in fraudem legis hęredem ſcripſit,tũc enim fiſcus aufertur hęreditatem,incapaci quidem,quia in eo defuit teſtatoris poteſtas,nihil autem,quia a me abſuit eius voluntas, ita probatur.ff.de his quibus ut indignis in l.cum quidam, & in l.cum ſecundis. §.fin.eodem tit.& in l. plane,in princip. ff.de lega.primo. quę ſub dura interpretatio procedit quando teſtator in fraudem legis poſteriorem diſpoſitionem fecit,alias enim prior diſpoſitio ſuſtineretur ut ſupra diximus,& probatur in §. poſteriore, inſtit. quibus mod.teſtamen.infirma.l.ſancimus. C.de teſtamẽ.l.ſi iure.ff.de lega.tertio.ubi optime iureconſultus ratiocinatur, & in ſimili.in l.ſi me in vacuam, ff.de acqui.poſſ.quaſi ſub hac demum conditione teſtator a priore diſpoſitione decedere uideatur,ſi poſterior rata ſit,ut dd.ll.

Qua ratione non parum utiliter dicebam, q; ſi in termi- 47
nis,l.fina.ff.de hęredit.inſtitu.hæres in priore teſtamento *Intellectus l. fin. ff.de hæ re.inſti.*
ſcriptus quem teſtator mortuum eſſe cum poſterius teſtamentum faciebat falſo opinabatur, & ſi eo tempore uiue ret ſi tamen uiuo adhuc teſtatore moreretur ceſſaret d.l.fi. & hæreditas penes hæredem in poſteriore teſtamẽto ſcriptum maneret.nam quãuis teſtator errauerit, quia hęres priore teſtamento ſcriptus quo tempore poſterius teſtamentum faciebat, nondum decederat, quem tamen teſtator iam deceſsiſſe falſo exiſtimabat, tamen quia ille poſtea uiuo adhuc teſtatore deceſsit,negarem hæredi poſteriore teſtamento ſcripto auferendam hereditatem,quia quo uoluntates teſtatoris in primo gradu erat hęres priore teſtamento ſcriptus, & in ſequenti gradu hęres ſcriptus in teſtamento poſteriore, & in ultimo gradu eſſe preſumuntur legitimi teſtantis hęredes, argumento l. conficiuntur.ff. de iure codicil.l.1.§. fina.ſt. delegatis.3. in ſimili optimus textus in princ.inſtit. de dona. unde morientе in uita teſtantis priore teſtamento ſcriptus hæres, nihil eſt quòd impediat ualiditatem poſterioris teſtamenti, ſolennitas enim non defuit, ut ponimus pro conſtanti, non quoque teſtantis uoluntas quæ in eo ueluti renaſcitur per prioris hæredis deceſſum, ſimillimum eſt, quod ait tex. in l.pen.§. teſtamento.ff.de bon. poſſ. ſecund.tab. & in §.non tamen inſtit. quibus modis teſtamen. infirm. qua ratione cum interminis d.l.fin. poſterius teſtamentum re uera quo ad formam & legum ſolennia firmum eſſet, utiliſſime affirmarem quòd &ſi hęres priore teſtamento ſcriptus ſuperſtes teſtatori foret, ſi tamen uel nullam litem contra poſterius teſtamentum mouiſſet, uel mouiſſet ſed ab ea deſtitiſſet, hæreditas apud poſteriorem maneret, non enim hic de poſterioris teſtamenti uiribus queritur, id enim ualere mero iure non dubitatur, ſed quæritur de uiribus exceptionis quæ in hunc modum opponitur, hęredi enim in poſteriore teſtamento ſcripto ac inſtituto opponitur ab eo qui priore teſtamento ſcriptus fuerat, quòd ipſe primo ſcriptus primum gradum in uoluntate teſtatoris tenebat,poſterius uero inſtitutus ſecundum, ergo ſi prius inſtitutus id opponere nequeat, quia uiuo teſtatore deceſſit, uel quia poſt eius mortem noluit mouere ullam quæſtionem, aut à quæſtione mota deſtitit, poſterius inſtitutus quietus manebit. ita in ſimilima ſpecie ratiocinatur iureconſultus in d.l. penult.§. teſtamento. quid ergo ſi priore teſtamento ſcriptus ſuperſtes fuit teſtatori ſed deceſſit antequam contra poſteriore teſtamento ſcriptum querelam moueret, aut litem, an ius ſibi competens ad hęredes ſuos tranſmitteret. non inuenio tactum, ſed nego tranſmiſſurum,hic enim ceſſant ſuitatis,uel ſanguinis qualitates in quibus nititur tranſmiſſio quę fit iure ſuitatis. iuxta l.3.C.de iure deliber. & quę fit iure ſanguinis. iuxta legẽ unicã.C. de his qui ante apertas tabulas. iure autem deliberandi ut tranſmiſſio fiat oportet hæreditatem fuiſſe delatam l. cum antiquioribus.C.de iure deliberan. hic autem ei qui priore teſtamento ſcriptus fuerat delata nunquam fuit mero iure ſed tantum ei qui poſteriore teſtamento ſctiptus fuit, à quo in caſu d.l. fin.ff.de hæred. inſt. per ſententiam Imperatoris hereditas ut indigno (indignum accipere debemus, non quòd ulla in culpa fuerit, ſed quòd teſtantis uoluntate caruerit, ſicq; lucro indignus non ulla pœna dignus) adempta fuit, inq; ſuperiore teſtamento hæredem ſcriptum tranſlata, cui mero iure minime fuerat quæſita, non aliter atque ſimilis tranſlatio fieri, & poteſt & ſolet in terminis titulorũ.ff. &.C. de his quib, ut indignis, &.ff.C.& inſt. de inofficioſo teſtamento, &.ff. &.C.de bon. poſſ. contratabulas, quo caſu contratab. bo. poſſ. emancipato datur. Cęterum ſi is qui priore teſtamento ſcriptus fuerat litem ſemel mouiſſet, eam litem ſic motam ad hęredes ſuos tranſmitteret, qui ſi obtinerent poſſent & neceſſe haberent eam hereditatem capere,ut contingit ei qui per querelam inofficioſi teſtamenti ruptum facit teſtamentum, ut diſſeruimus,infra lib. proximo ſuper l.2. per tex.ibi.C.de inofficioſo teſtamento, ſimilimum eſt

in l.

in l. ſi pater tuus, & in l. ſi quis filium C.de inofficioſo teſtamento. neque ad rem pertinuit, q̃ hereditas non adita non tranſmittatur ad heredes.§. in nouiſſimo.C.de caduc. tollen.l. quoniam.C.de iure deliberan. nam in ſpecie noſtra is qui talem litem mouiſſet ſatis ſub hac ueluti conditione eam hæreditatem agnouiſſe uideretur ſi in querela, aut lite illa obtinuiſſet,ut dd.ll.& quæ diſſeruimus in d.l.2. † unde deſcendit egregia declaratio ad l. actus legitimu.ff. de regulis iuris,ut quatenus dicit hereditatis additionẽ fieri non poſſe ſub conditione,intelligatur de conditione uoluntaria ſecus in conditione neceſſaria, prout eſt in ſpecie noſtra & in terminis d.l.2. & totius tituli.ff.C.& inſtit. de inofficioſo teſtamento. hic enim conditio ineſt à lege ex actus & ſubiectæ materiæ neceſſitate, ut in ſimili per doctores per tex.ibi in l.1.ff. deleg.1.Bar.& omnes doct.in l. re coniuncti, ad prin.ff. deleg.3. ergo ad d.l. ſi.habes quatuor egregias limitationes. Prima eſt quando inſtitutus in priore teſtamento deceſſerat inter factum teſtamentum,& mortem teſtatoris. Altera quando deceſſit poſt mortem ipſius ante litem motam. Tertia quando noluit litem mouere. Quarta quando eam mouit ſed poſtea deſtitit. † Sed cum ibi in ultimo reſponſo dicatur ſuſtineri legata, & fideicommiſſa poſteriore teſtamento relicta, & euaneſcere ea quæ priore teſtamento relicta fuerant,mirantur doctores quare infirmentur priore teſtamento relicta cum ſub hac demum conditione à prioribus relictis receſſiſſe uideatur teſtator, ſi poſterius teſtamentum ratum ſit, ſed hic ratum non fuit ergo priora relicta firma deberẽt ualere.argum.l. ſi iure.ff.de lega.3. ſed uera huius rei ratio (quam à nemine præuiſam inuenio) eſt,quia ſuperius teſtamentum per inferius non ſub hac ueluti conditione ſi poſterius ualuerit, ſed ſub hac conditione ſi aliquo modo ualere poſſibile ſit, infirmatur,etiam ſi poſterius poſtea aliquo caſu ualere deſierit,repudiatione heredis,uel alia quauis ratione, ut in §. poſteriore ſupra alleg.cum ſimil.ſupra alleg.& ideo in terminis d.l.fin. priora relicta infirmantur, quòd poſterius teſtamentum in quatuor caſibus ſupra memoratis ualere potuit.

43 *Intellectus l. actus legitimi ff.de reg. iur.*

49 *Intellectus. fin.ad fin.ff. de hær.inſt.*

Ex † ſuperioribus etiam colligo egregiam declarationẽ ad l.Titius, in princ.ff.de liberis,& poſthumis. ubi ſub illis uerbis cæteri omnes filij mei exheredes ſunto, lex ait etiã eum filium comprehendi,quem teſtator ſe habere ignorabat, aut mortuum putabat, ſed lex ſubdit id quo ad uim, & proprietatem, & primordialem ac formalem teſtamenti ualiditatem eſt intelligendũ. Cæterum inquit de errore teſtatoris apud iudicem agi fas eſſe, quaſi ſentiat teſtamentum quidem reſcindi poſſe primordialiter, tamen & in ſui creatione ualuiſſe, & ualere,ut enim aliud eſt hominem naſci, aliud poſtea mori, ita & id teſtamentum recte quidem creatum natumq; fuit quauis poſtea intercidere poſſit,ergo ſi ille filius teſtatoris errore exhæredatus ſe uiuo moreretur,non dubito quin id teſtamentum ualeret irreuocabiliter,quia & initio,& hodie ſemper ualuit,nec quicquam ſolennium defuit,nec ulla æquitas hodie adeſt quę ſuadeat infirmari debere,nec ullus homo eſt, qui contra illud iure agere poſſit.Idem ergo & ſi filius ſic errore exheredatus patri ſuperſtes eſſet,ſed eius hereditate abſtinuiſſet, & facit l.filio prærerito.ff.de iniuſto rup. Idem etiam ſi contra teſtamentum agere cœpiſſet,& deſtitiſſet. Idem & quarto ſi antequam agere cœpiſſet deceſſiſſet, quia querela, aut querimonia quę contra tale teſtamentum ei competere poterat,cum non fuerit cœpta & præparata, nec is eam ptæparare impeditus eſſet non tranſmitteretur ad hæredes l. ſi pater tuus.C. de inoffic. teſtam.l. ſi quis filium, per locum ab ſpeciali eodem titulo, quę omnia iuſtificantur ex ſuperius dictis iuncta d.l.filio prętcrito,& d.l. pen.§. teſtamento.ff.de bon.poſſ. ſecundum tabulas,quauis in eo differentia ſit, quòd in terminis d.l. filio prætcrito, & d.§. teſtamento.id teſtamentum de iure tantum prætorio non etiam de iure ciuili ſuſtinetur, ſed in terminis d.l. Titius, & d.l. fin. ſuſtinetur etiam de iure ciuili in caſibus ſupra enumeratis. Item apparet ex ſuperioribus quot quantasq; utilitates adferat,quod ualuerit ab initio teſtamẽt.in terminis, dict.l.Titius,quauis glo. & communiter doct. ibi (toto q̃ aiunt cœlo ut nobis uidetur aberrantes) intellexerint ibi teſtam.ab ipſo initio eſſe nullum, & inualidum quorum errorem patefecimus ſupra de ſucc.creati.§.20.nu.61. lib.2. † & in eundem ſenſum accipiendus eſt text. in lege ſicut certi,& l.ſi cum uel in utero.C.de teſt.militis per quę iura ſi miles filiumfamilias in ſua poteſtate prętcrijt teſtamentum eſt ipſo iure nullũ, ut patet in d.l.ſicut certũ in uerbo teſtamento minime ualente, quod obtinet ſi eum mortuũ putabat uel eum ſe habere ignorabat.ratio eſt,quia ob fauorem ſuum militibus datum eſt ut eorum teſtamenta, & initio ualeat & poſtea querelę non ſubiaceat quando talẽ filium data opera prętcrijt.§.pen.& fin.inſtit.de exhær.lib. l.ſi.C.de inof.teſt. quod ius quando per errorem prętcritio facta fuit non ſeruari nullius magis intereſt, quam ipſius militis,arg.l.fin.ff.de hæ.inſtit.d.l.Titius,d.l.ſicut.d.l.ſi cum uel in utero,ne inducta ad eius fauorem in ipſius odiũ conuertatur contra l.quod fauore.ff.de legib.l.legata inutiliter, ff.de lega.1.l.legata inutiliter.ff.de adim. lega.l.non ideo minus.C.de procur. ergo cum poſito militis errore remoueatur,l.quæ contra iuris regulas,diſpenſabat tale militis teſtam.ualere,ſupereſt,ut miles relinquatur in terminis iuris communis diſponentis tale teſtamentum per filij prætcritionem eſſe nullum ipſo iure, uerum ſi miles ille dixiſſet cæteri omnes filij mei exhæredes ſunto exhęredatus etiam ille filius quem ſe habere ignorabat, aut mortuũ putabat uideretur,d.l.Titius, quòd tamẽ inſpecta proprietate uerborum procederet, ſed ex mente quæ prævalet, l.3.C.de lib.prætcri.filio ſubueniret, ut contra teſtamentũ agere poſſit per inofficioſi teſtamenti quęrelã, ſed tamen mero iure teſtamentum propter militis errorem ualere nõ deſineret,cum per interuentum exhæredationis nõ poſſet non uideri rite factum,ut ſupra oſtẽdimus, unde ſi uiuo teſtatore milite is filius moreretur,uel ſi ſuperſiſtes patri eſſet,& ab hæreditate abſtineret,uel querelam mouere non uellet uel ab ea mota deſiſteret,uel ante decederet, quàm eam moueret, ſuſtineretur quidem teſtamentum ut ſupra edocemur. Sicq̃ue in omnibus his ſpeciebus non parum utiliter,d.l.Titius ampliatur,ut & in militis teſtamento procedat,& dict.l.ſicut,d.l.ſi cum uel in utero limitatur, ut & teſtam.(data tali generali quauis erronea exhæredatione)& ab initio ſemper ualeat,& ex poſt facto ſuſtineri poſſit in caſibus memoratis.quod doct.in dd.locis non uidentur mihi ſatis percepiſſe.Hoc amplius cum ſignum q̃ hac in re inſequitur lex ſit utilitas teſtatoris militis ſummumq; eius fauorem etiam ſi eſſet illa militis, ſed erronea erga filium prætcrito & ſi per hoc teſtam.deſinere ualere uideat, quia id intereſt militis teſtantis, tamen ſi filius ſe uiuo moreretur ſuſtineretur teſtamentum. Idem ſi filius patri militi ſuperſtes eſſet ſi tamen ab eius hereditate abſtineret,quaſi is filius tunc etiam pro exhæredato ſine ipſius ignominia habeatur,cum id militis teſtantis interſit, ut & ſignificare uidetur,d.l.ſi cum uel in utero, ibi,notam exhęredationis non intelligit,ut quo ad hoc ut ignominia infligatur ea prętcritio erronea pro exhæredatione nunquã ſit, ſed quo ad primordialẽ teſtamenti ualiditatem, ea erronea prætcritio pro prætcritione ſit,cum utile eſt teſtatori uel pro exhæredatione habeatur ſi id ei utilius inueniatur, ſimile ſit in terminis,legis non ideo minus. C.de procur. ſimilis interpretatio fit quo ad rei legatæ dominiũ ut ex futuro euentu appareat uel dicatur in legatarium translatum fuiſſe uel non fuiſſe,l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.ff.delegat.primo. ex preſſior text.de iure.in lege prima, ad medium, ff.ſi quid in fraudem patr. Similis interpretatio fit in terminis, l.cũ quidam.§ quod dicitur.ff. de acqui.hære. ubi qui hæreditatem illius quem mortuum eſſe nehemens opinio erat adiuit,aliquid egiſſe uel nihil egiſſe ex futuro euẽtu declaratur.

50 *Intellectus l. Titius ff. de lib.& poſt.*

51 *Intellectus l. ſicut certi,& l. ſi cum uel in utero. C. de teſtam. milit.*

†Quod ſi mater filium prætcritum reliquiſſet eo q̃ mortuum eſſe putabat,an aliud foret & conſtat indiſtincte mero iure ualere teſtamentum nec locũ habere,d.l.ſicut certi, ſed querelam ſupereſſe niſi in caſu ſingulari, de quo in l.3.

52 *Intell. §. fi. inſt. de exhæ re. libe.*

l.7.C.de inoffi.teſta.& ita intelligo & amplio. §.fin.inſtit.de exhære.liberorum.Ratio eſt, quia licet inter reliqua ſolen nia quæ ad primordialem teſtamenti firmitatem requirun tur ſit filijſ.inſtitutio quando ſit teſtamentum a patre, l.in ter cętera,in princ.l.pen.ff.de lib.& poſth.l.Gallus. §.in om nibus,in uerb.filius duntaxat,ff.eod.tit.l.1.ff.de iniuſt.rup. in prin.inſt.de exhæ.lib.tamen cum ſit a matre id requiſitũ neceſſarium ad primordialem teſtamenti firmitatem non eſt d.§.fin.inſtit.de exher.libe. unde ad reſiſtendum teſta mentum initio ualidum agendum eſt. † Verum ſane licet ad

53 *Querela inofficioſi te ſtamenti poteſt concurre re cum alio remedio.*

id reſcindendum ſola detur querela inofficioſi teſtamenti,ut ibi & per totum.ff.C.& inſt.de inoffi.teſtamen. tamen quãdo nõ data opera aut mala mente ſed errore facta fuit prętertitio filij a matre,non poteſt non ſupereſſe remedũ generale,de quo in l.fin.ff.de hęre.inſt. ſicq; doli exceptio nem quę ultro intentari poteſt, ſicq; uicem actionis tenet ut l.pure,ff.de doli excep.unde non parum utiliter colligerem ꝙ ſi filius per quinquennium tacuiſſet,poſſet cõtra hę redem eo matris teſtamento ſcriptum agere remedio, d.l. fin.ff.de hęre.inſt.& d.l.ſicut certi.l.ſi cum uel in utero C. de mili.teſta.uel doli exceptione uel conditione forte ex le ge,ut in ſimili notant gl.& doc.in l.oĩmodo.C.de inof.teſt.

†Quinimo forte ab ipſo initio etiam dum poteſt quęre-

54 *Intellectus. §.tam autẽ inſt.de inof ficio.teſta.*

lam mouere poſſet,& iſta remedia extraordinaria contra matris hæredem proponere omiſſa querela, & tunc ad §. tam autem inſt.de inoffi.teſt.reſp.ꝙ quandiu ſupereſt aliud remedium ordinarium bene ceſſat querela ut ibi ſecus ſi non ſuperſunt niſi remedia extraordinaria ut diximus.

Poſtremo in hac materia ſæpe euenit ut ex delicto alte-

55 *Famulorum ex facto quis teneatur.*

rius alter damnũ ſentiat,nã ſi uiuo pře meo frater cũ quodam tertio fecit remiſſionẽ paternę hæreditatis, eo quòd eam ſuſpectam putabat cum non eſſet, ea pars fiſco defertur,& tamen ad me per ius accreſcendi ſi ille repudiaret, (ut ueriſimile erat)deferretur,l.uni. C.quando non pet.ut ſupra attigimus,ſimile eſt in exercitore,& in caupone.

Pro quo primo eſt tex.in l.ex maleficijs.§.fi.ff.de acti.& oblig.cuius uerba ſunt.Item exercitor nauis de dãno aut furto quod in naui factũ eſt quaſi maleficio teneri uidet, & ſubijcit ibi rationem iuriſconſultus in finalibus uerbis dicens,quia reus eſt culpę qui malorum hominum opera utitur,& dicitur exercitor ille ad quem obuentiones & re ditus omnes nauis peruenium,vt l.1.§.excitorẽ.ff.de exerci.quem tex.ad hoc allegat gl.in allegata, l.ex maleficijs.§. fi.Ad p̃dicta eſt tex.in §.itẽ exercitor, inſti.de obliga. quæ ex quaſi deli.ubi ad literã eſt trãslatus.§.fin.d.l.ex maleficijs,cuius uerba ſunt ideo exercitiora uocatur,quia exerci tor is appellat ad quẽ quotidianus nauis queſtus pertinet, & dicit ibi glo.ꝙ magiſter appellatur cui totius nauis anchora id eſt gubernatio commendatur ut ff.de exerci.l.1.§. magiſtrum nauis,hoc idem literaliter declarat Azo,in rub. C.de exerci.in prin.dicens ꝙ mãdari debet anchora nauis a dominio nauis,qui appellatur exercitor & dicitur magiſter nauis is cui totius nauis anchora mandatur, & ita declarat text.in 5.parti.titu.9.l.1. in princi.& ideo exercitor hoc eſt dominus ipſius nauis tenetur ex contractu magiſtri per ipſum præpoſiti.licèt non teneatur ex contractu aliorum nautarũ allegata, l.1.de exerci. & in d.§.magiſtrum nauis,& ibi tex.aſſignat rationem,quia exercitor qui magi ſtrum præponit contrahi cum eo permittit, qui aũt habet nautas non permittit cum ipſis contrahi, & licet in contractibus exercitor teneatur de contractu magiſtri, & non de contractu nautarum,tamen in maleficijs tenetur ex delicto tam magiſtri,quàm nautarum,vt ibi dicit tex.Et idem probat tex.in l.1.ff.de furtis aduerſus nau. vbi probatur ꝙ exercitor & caupona & ſtabularius tenetur ex facto omnium illorum quorum opera vtuntur ſiue ſit magiſter ſiue nauta,& tenetur in ſolidum ſiſti quorum opera vtuntur ſunt liberi, ſi autem ſunt ſerui poſſunt illos dare pernoxa & ꝙ plures exercitores teneanť in ſolidũ eſt tex.in allegata,l.1.§.ſi.ff.de exer.cuius verba ſunt.Si plures nauẽ exerceãt cũ quolibet eorũ in ſolidũ agi põt.& ibi gl.1.& etiã.2. dicunt & iure quod ſi erant plures exercitiores & omnes præpoſuerunt eũdem magiſtrum, quod omnes iſti tenen tur & poſſunt inſolidum condemnari, quia cum magiſter præpoſitus ſit communis,qui cum eo contraxit non poteſt compelli agere contra plures, & ſi unus ex exercitoribus ſoluat iudicio ſocietatis conſequitur partem alijs contingentem, nec refert quotam quiſque portionem habeat in naui tex.eſt in l.ne quicquam.ff.de exercito. quod ſecus eſ ſet ſi plures exercitores de per ſe ſine præpoſitione magiſtri communis nauem exercerent,quia tunc non inſolidum ſed pro portionibus eſſent cõueniendi, & ſic procedit tex. in l.ſi tamen plures.ff.de exerci. & in l.ſi.§.ſi plures.ff.nau. caupon. † & ſic ex prædictis omnibus remanet concluſio 56 ueriſſima, quòd licet exercitor teneatur ex contractu ma- *Exercitor te netur ex cõ* giſtri, & non nautarum, tamen ex maleficijs tenetur ex *tractu magi* quaſi delicto, non ſolum quando maleficium fuit commiſ- *ſtri & non* ſum per magiſtrum, ſed & per nautas, ita in terminis te- *nautarum,* net Azo in allegata ſumma de exerci. in princ. & probant *ſed ex nau* apertiſſime prædicta iura, & ſi magiſter ſit propoſitus a plu *tarum etiã* ribus exercitoribus, hoc eſt a pluribus dominis habenti- *delicto tenc* bus nauem communem omnes iſti domini exercitores poſ *tur.* ſunt inſolidum conueniri eſt melior tex. in l. debet, ad fi nem.ff.naute caupon.ſtabu. ibi dum dicit, ſed ſi uoluntate patris uel domini, & etiam. Ad idem eſt tex. qui loquitur in ſeruo in allegata l. ſi tamen plures.§. ſi ſeruus, & l. eum qui.& in l.ſi ſeruus.ff.eod.titulo. & inſtit. quod cum eo.§. ſi igitur,& non ſolum competit actio contra magiſtrum, & contra exercitorem inſolidum, ſed etiam poſtquam actio eſt intentata contra unum poteſt exigi ab alio inſolidum, uel id quod ſupereſt ſoluendum.quia non actione uel actus conteſtatione ſed ſolutio unius liberat alium, ut in allata ſcilicet l.1.§.hęc actio, & ibi glo.in uerſic. actum eſt.ff. de exerci.l.eos.C.de furtis, ubi probatur, quòd recipiens in cuſtodia res furtiuas non ſolum poteſt de ſuſceptis conue niri, ſed & pœnali furti actione tenetur, † & licet tex. lo- 57 quatur in domino ſuſcipiente rem furtiuam a ſeruo,tamen *Furans uel* dicit ibi glo. quòd idem eſt ſi ſuſcipiat a filio, uel ab uxo- *furtum ſuſci* re, uel ab alio ſeruiente cum eadem ſit ratio, ſed ad præ- *piens pariſi* dicta eſt melior tex.& ibi glo.in l.ſi in eum.C. eodem titu. *cantur.* in uerſic. recepiſſe ubi probatur quòd pœna recipientis res ex naufragio habeat locum, ſine rapiat, ſiue recipiat raptas, pro quo allegat tex. in l.2.§. non ſolum de incen. rui. naufra.

Hactenus quando conſtat uere uel pręſumptiue nautas, uel magiſtrum furtum feciſſe,quod ſi ignoretur,uel an for te in caupona factum fuit, & ignoretur a quo, & teſtes ge neraliter interrogentur, & ſi quidem reſpondeant a tali ſe ſcire factum fuiſſe, nec reddant rationem dicti ſui, uix eſt, 58 ut probent delictum † quia quando teſtis interrogatur ge- *Teſtis per* neraliter quid ſciat, ut hic factum fuit in iſta quæſtione,te *modum in* netur reddere rationem dicti ſui etiam non interrogatus, *quiſitionis in* ut tenet Abb.& doct.per tex.ibi in c.cum cauſam.el grande *terrogatus* de teſtibus,& dixit Salice.in l.ſi.C.de probatio. ꝙ in crimi *tenetur etiã* nalibus ad faciendam probationem teſtes tenentur redde- *ultro redde* re rationem dicti ſui, etiam non interrogati. Pro quo fa- *re rationem* cit notabilis determinatio. Bal.in c.1. cum de controuer. *dicti ſui.* inueſtitu.ubi dixit,ꝙ unus teſtis deponendo ſine cauſa nõ facit ſemiplenam probationem, quod dictum pro notabili refert & ſ quitur Romanus in repetitione rubricæ.ff. de arbitris.10.col.Neque obſtat dicere ꝙ admittitur probatio per coniecturas in iis,quę de ſui natura non poſſunt plene probari, quia dico, ꝙ illud intelligitur quando ex natura rei non poterant alij teſtes, uel aliæ probationes haberi, ſecus autem eſt ſi poterant adhiberi, licet caſu non interueniſſent,quia tunc non admittitur minus legitima, ut in propriis terminis declarauerunt Anton. Abb. & doct. in c. tertio loco de probatio.& Alexan. ſic declarando iſtam ma teriam.1.uolum.conſiliorum,conſil.63. & ſic intelligit tex. in d.l.ex conſenſu,alias ſemper aduerſarius diceret ſe habe re difficultatem probationis. Facit & pro hoc tex. notabilis in c.cum dilecti,de electio.ubi probatur etiam quòd in materia ſuffragij, in electione non admittuntur teſtes ſingulares,& data difficultate probationis,quia ibi non erant

niſi

VENETIIS, M D LXIIII.
Apud Dominicum Nicolinum.

nisi testes de capitula, qui singulariter dicebant se præstitisse suffragium, & tamen eis non creditur, & si essent canonici, & esset defectus probationis, quia ibi illud non poterat per alios probari, quia actum in capitulo.

In summa nora, quòd licet regulariter quis non debeat puniri ex culpa, facto, uel delicto alterius, tamen fallit in domino nauis qui ex delicto magistri quem præposuit tenetur, præsertim si filium filiosve suos præposuit, qui in ipsa naui furtum fecerunt, resq; subtractas ipse pater custodiuit, ut dicebam in quæstione ex facto agitata, pro quo faciunt supra alleg. & sic limitatur titulus .C. ne filius pro patre, & .C. ne uxor pro marito,

Postremo †filius ut indignus patris non solum hereditate sed etiam legitima priuatur si monitus a iudice intra annum eius uoluntatem piam non impleuit, ita glo. ſi. in c. ſi hæredes, de testa. per §. ſi quis autem pro redemptione, in auth. de eccleſt titulis. Abb. tamen ibi & Bal. in auth. hoc amplius, col. 2. C. de fid. cõmiſ. & And. Tiraquel. de priuil. piæ cauſę priuilegio. 84. tenent contrarium eo q̃ legitima debeatur extra omne teſtamentum quaſi debitum naturæ, quæ ratio nulla eſt, quia poſtquam filius ex teſtamento hęres ſemel eſſe cœpit, ei extra teſtamentum nihil debetur, l. quindu. de acquirend. heredit. adhuc tamen eorum portio utpote benignior tueri poteſt. 159 *Indignus ſilius an legitima priuetur.*

Laus Omnipotenti Deo.

D. FERNANDI

VASQVII PINCIANI MENCHACENSIS

IVRISCONSVLTI HISPANI,

IN SVMMO DOMINICAE REI PHILIPPI HISPANIARVM REGIS CATH. POTENTISSIMI PRAETORIO SENATORIS,

DE SVCCESSIONVM RESOLVTIONE LIBER TERTIVS,

Quo explicatur titulus ille difficilis, C. de inof. teſtamen.

Cum Indice copioſiſsimo, & cum nouis ipſius met Authoris annotationibus, & emendationibus.

VENETIIS, M D LXIIII.
Apud Dominicum Nicolinum.

Leges quæ in hoc titulo explicantur.

Rubrica folio.1.
Lex.1. folio.1.
Lex.2. fol.2.
Lex ſi mater. fol.3.
Lex cum ex cauſa. fol.5.
Lex ſi pater tuus. fol.6.
Lex cum quæritur. fol.7.
Rep.Auth. nouiſsima. fol.8. remiſsiue.
Auth.unde ſi parens. folio.8.
Lex neptem. fol.10.
Lex parentibus. fol.10.
Lex de inofficioſo. fol.10.
Lex ſi hæredum. fol.11.
Lex ſi pater puellæ. fol.11.
Lex cum duobus. fol.12.
Lex eum qui. fol.14.
Lex filiam. fol.14.
Lex contra maiores. fol.15.
Lex cum te. fol.16.
Lex filia in orbitate. fol.16.
Lex ſi maritus. fol.16.
Lex teſtamenti. fol.17.
Lex filijs matrem. fol.17.
Lex ex tribus. fol.18.
Lex fratris ibidem remiſsiue.
Lex liberi. fol.18.
Lex quoniam nouella. fol.19.
Repetitio legis oĩmodo ibidem remiſsiue.
Repetitio. §.imputari. d.l. omnimodo ibidem remiſsiue.
Lex que nuper. fol.19.
Repetitio.l. quoniam in prioribus ibidem remiſsiue.
Lex ſi quis in ſuo. fol.20.
§.legis.d.l.ſi quis in ſuo. fol.21.
Lex ſi quis filium. fol.25.
Lex ſi quando in principio. fol.27.
§.illud.d.l.ſi quando. fol.34.
§.& generaliter.d.l.ſi quando. fol.43.
Lex ſcimus in principio. fol.44.
§.cum ſcimus.d.l.ſcimus. fol.46.
Lex finalis. fol.46.

ILLVSTRISSIMO

ET REVERENDISSIMO

D. BERNARDINO A FRESNEDA

EPISCOPO CONQVENSI,

PHILIPPI HISPANIARVM REGIS CATH.

CONFESSORI ET CONSILIARIO.

Fernandus Vaſquius Menchacenſis Senator Regius. S.

DVæ ſunt uiæ, Præſul ampliſsime, duplicesq; curſus animorum è corpore exeuntium, ut Socrates ſcripſit, qui enim ſe integros ſeruarunt, quibusq; fuit minima cum corporibus contagio, ſuntq; in corporibus humanis cœlitum uitam imitati, iis æthereas ad ſedes unde profecti uidentur, facilis patet reditus, coronabunturq; quaſi legitimè & ſtrencuè ertantes: eorum autem animi, qui ſe corporis uoluptatibus dediderunt, earumq; ſe quaſi miniſtros impulſu libidinum uoluptatibus obedientium præbuerunt, corporibus elapſi infernis uolutantur tenebris, nec cœleſtem in locum reuertuntur; nec enim æternæ fœlicitatis præmium meruiſſe uidebuntur, qui nihil boni, aut memoria digni egerunt, ſed inglorii omnem uitam Epicureorum more, ſilentio & libidine trãſegerunt, iiq; nimirum eſſe uidentur, qui Tantali in hortulis undas fugaces, umbratilesq; fructus captare dicuntur. Quorſum enim ſpectat, quod ſacri uates Tantalum ſitibundum & eſurientem, poma & flumina captantem introducunt, quæ iamiam apprehendiſſe ſe credentem umbrarum ritu fugacium eludere fabulãtur, niſi ut hac imagine (id quod Iſæus Aſsyrius belliſsimè interpretatur) edocerent eas uoluptates, quibus inertes plerunq; ingloriiq; homines capiuntur, nihil aliud eſſe, quàm umbras fugaces, aut ſomnia ſollicita; quæ ta-

men non rarò efficiunt,ut meretricum ueneficiis & aliis huiuſcemodi artibus inofficioſi homines uel erga ſuos liberos & neceſſarios fiant,teſte iureconſulto in l. iiii. iſtius tituli, cuius interpretationem & aggreſſus ideo fui, quòd nihil unquàm tam ad beatam uitam conducere, quàm officiorum cognitionem exiſtimaui;& tibi præſul egregie dicandam ob id animum induxi meum,quòd in huiuſce rei non ſolùm peritia, ſed etiam obſeruatione,reliquos mortalium ſuperare uideris,noſtrasq; hac in re lucubrationes ſub tuo clypeo & tutela non ſolùm tutiſsimas fore, uerùm illuſtriores quoque reddi,ab omnibusq; probatum iri ſpero. Vale Eccleſiæ antiſtes digniſsime, meq́ue inter tuos adſcribe.

Venetiis. V. Kal. Februarii. M. D. LXIIII.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
VOCVM, ET RERVM,
QVAE IN HISCE
COMMENTARIIS
Ad titulum C. de inofficioſo teſtamento,
CONTINENTVR.

A

ABSTINENDAE hæreditatis beneficium non datur filio qui expleuit conditionem poteſtatiuam, in l. quemadmodum. nu.20
Accreſcant ne reliqua bona bonis caſtrenſibus, in l.cum antiquis.nu.5
Actor ſi uult, poteſt ſuſcipere onus ꝓbandi, in l.liberi, nu.3
Adire non uidetur filius, qui implet conditionē ptātiuā, in l.q̃uis, nu.17
Adire an poſſit ſub conditione inſtitutus, §.illud, nu.103
Alexandri hiſtoria in l.ſi quis in ſuo, pag.23.tergo.
Ambitus an præſumarur ex facto alieno, §.legis. nu.21
Amor plus deſcendit quàm aſcendit. in l.liberi. nu.5
Auaritia teterrimū uitium in l.ſi quis in ſuo. nu.18
Augmenti cā inducta interdum operantur diminutionē. nu. 29
Auari ſunt punibiles in l.ſi quis in ſuo, nu.16

B

BOnorum poſſ gratia litis agnoſcendæ neceſſaria eſt querela contra matris teſtamentum ordinata, idem econtra ſi mater ageret contra teſtamentum filij, in l.quanuis. nu.16
Bonorum poſſ. gratia litis agnoſcendæ an ſit ciuilis, in lege quāuis, nu.14
Bonorum poſſ. gratia litis agnoſcendæ neceſſaria eſt fratre que relaute, in l.quanuis, n.15
Bonorum poſſ. contratabulas datur inſtitutis præteritis exhæredatis in l. filiam nu.2
Bonorum poſ. ſub conditione poteſt agnoſci, in l q̃uis, nu.4
Bon. poſ. hæredis appellatione interdū continetur, in l.ſi qñ n.23
Bon. poſſ. gratia litis agnoſcendæ effectus, contra communē opi. in l.quanuis, nu.13
Bon. poſſ. gratiā litis agnoſcendę quæ dicatur, ardua quæſtiō in l.quanuis. nu.1
Bon. poſſ. ſecundum tab. datur filio inſtituto à matre ſub conditione ſi emancipetur, in l.filijs matrem. nu.9
Bino actu non conſumitur obligatio iterabilis in l. ſi quando in prin. nu.74

C

CErtioratio in genere ea eſt inſufficiens, §.illud. numero uigeſimoquinto,
Cohæredibus, quæ actio competat in l.ſi mater, numero. 14
Collatio, & imputatio de quibus fiant, in l.quoniam nouella. numero.2
Concluſio cauſæ an impediat omnem probationis ſpeciem, §. legis, nu.35
Conditio reſpiciens filij utilitatem etiam pater filio imponere iure, ff. poterat, cum Aret. contra Bal. Pau. & Iaſ. in l.filijs matrem. nu.8
Conditio emancipationis non eſt poteſtatiua, contra Iaſ. in l.filijs matrem, numero.2
Conditio vltra legitimam an reijcienda ſit, § cum autem, nu.4
Conditio nubendi intelligitur de nuptijs ualidis, idem in ſubſtitutione procuratoris, in l.ſi quando, nu.83
Conditio emancipationis poſita à matre in filij inſtitutione nō poteſt reijci per filium in eadem, nu.5
Conditio non nubendi alij, quàm mercatori, an de primi nuptijs intelligatur, in l.ſi quando, nu.82
Conditio emancipationis à matre poſita in filij inſtitutione, nō reijcitur, cum commu. opinione, in l.filijs matrem, nu.4
Conditio poteſtatiua in contractibus non habetur pro impleta, & ſi quis fecerit, quod in ſe eſt, in l.ſi quando, nu.18
Conditio nubendi, Titio illo nolente, quando impleta uideatur ardua quæſtio in l.ſi quando, nu.91
Conductor quando poſſit agere ad remiſſionē mercedis, uel ad totale intereſſe, §.illud, nu.27
Compromittendi ſtatutum non conſumitur primo actu inutili, ardua quæſtio, Idem in ſimili contractu contra Iaſ. Decium, & alios in l.ſi quando nu.78
Conſentire, ut de re ſua diſponatur quando quis videatur, §. & generaliter. nu.14
Contrahentium mens inſpicienda, in l.ſi quando, nu.73

D

DAtum inutiliter pro non dato eſt, in l.ſi quando, nu.85
Datum filio inter uiuos hac lege ut illud pro legitima habeat in legitimam eſt imputandum contra gloſ. Butr. Cy. Sali. Paul. Natam & communem, §.illud, nu.13
Deſcendentes multifariā appellantur, in l.ſi quis in ſuo. nu.6
Declaratio ſeptima, in eadem, nu.8
Demonſtratio falſa uon uitiat inſtōnē, noua opi. §.ſcimus. n.10
Dies incertus conditio eſt, §.cum autem, numero.1
Diſpenſatus ad teſtandum, teſtamentum factum poteſt reuocare de iure communi, & regio, in l.ſi quando. nu. 8
Diuitiarum utilitas, in l.ſi quis in ſuo, numero. 19
Diogenis hiſtoria, in l.ſi quis in ſuo pag.23.fronte.
Diſpenſatus ſpurius ad unum beneficium, quod ſemel habuit, & reliquit, an alterum poſſit tenere, ard.q.in l.ſi qñ.nu.92
Diſpoſitio omnis non ex uerbis, ſed ex ſui ſubſtantia iudicatur. §.illud. numero.29
Diſpenſatus ad teſtandum intelligitur ſeruata ſolennitate formali, & iuſtitia diſponendi, in l ſi quando.nu.6
Domum conducens, uel molendinum hac lege, ut reficiat utrūque, an ſemel tantū ad id teneatur ard.q.in l.ſi quando, n.12
Dominium iure ciuili ut quæratur, in l.ſi quando, nu.35
Donatio maioris partis bonorū etiam iurata reuocatur ſupuenientia filiorū cū comm. in auth. unde ſi parens, num.10
Donatio inofficioſa, ut uideatur, quæ bonorum contributio fiat, in auth. unde ſi parens, num.15
Donatio inofficioſa uſque ad legitimam tātum reuocatur, in auth. unde ſi parens, num.17
Donatio maioris partis bonorum an reuocetur per eum, qui cogitauit de liberis, quod non, ſi conſtat eis nocere uoluiſſe, cū

commu. alias ſic contra commu. in auth. unde ſi parens, nu. 9
Donatio inter patrem, & filiũſa. ualet, ſi nititur in meritis filij, quæ merita regulantur, cũ ipſa donatione, qua in re conſ. ſilio ni patris non ſtatur, cũ comm. in auth. unde ſi parens. nu. 6
Donare poſſum uni ex filijs primi matrimonij pluſq̃ oĩb⁹ filijs ſecundi matrimonij cũ cõi cõtra Sali. & Iaſ. in authẽ. unde ſi parens, numero 12
Donatio oĩum bonorũ ualet, contra cõem. §. illud. nu. 96
Donandi obligatio an primo actu finiatur in l. ſi quando. nu. 77
Donatio inofficioſa re, & conſilio, an in torum reuocetur. in au then. unde ſi parens. nu. 11
Donatio inofficioſa ſimplex, uel iurata reuocari non põt p renũ ciantẽ, cũ commu. in auth. unde ſi parens. nu. 8
Dominium ut acquiratur, in l. ſi quando, nu 39
Donatio inofficioſa ut reſcindatur, non inſpicitur quantitas bo norum, quæ erant tpe donationis, nec illa, quæ eſt tpe mortis ſed fit contributio, contra Bar. Pau. Iaſ. & aliis cũ Petro in au then. unde ſi parens. nu. 16
Dos, & donatio pp nup. legitimæ imputatur, ĩ l. qm̃ nouella. n. 1
Dos oblata habetur data, contra cõem nu. 81. §. illud. nu. 81
Dos qñ hẽat tacitã condõnẽ ſi matrimoniũ ſequat. §. illud. n. 78
Dotata filia, quæ dicatur contra Natam, §. illud. nu. 75
Dos filiæ relicta an habeat hãc cõdõnẽ, ſi matrimoniũ ſequatur. §. illud. num. 77
Dos filiæ data an nepotibus ĩputet, contra cõem. §. illud. nu. 8
Dos competens quæ dicatur. §. illud. nud. 76

E

Effectum intuetur oĩs interpretatio, in l. ſi quando, nu. 10
Electio inutilis, non eſt electio, in l. ſi quando, nu. 87
Emancipatio non fit ab inuito, nec confertur in inuitũ cũ communi, in l. filijs matrem, nu. 1
Emancipans filiũ pretio delinquit, in §. illud. nu. 32
Emancipare filium pecunia accepta delictũ eſt, ſecundum com munem opi. §. illud. nu. 16
Epiſpopus ad teſtandum priuilegiatus poteſt teſtari etiam de bo nis ab eccleſia quæſitis, in l. ſi quando, nu. 96
Euictio debetur in legitima, ſecus in legato, & rebus donatis cũ communi, §. ſcimus. nu. 4
Euictio datur uſq; ad legitimam, & non ultra menſuram legiti mæ, contra Bal. §. ſcimus, nu. 15
Executor datus ad aliquẽ in poſſeſſionẽ imittendũ, ſi miſſus ſit deiectus, iterũ põt eũ mittere, ard. q. in l. ſi quando, nu. 20
Exhæredatio minus rite facta, præteritio eſt, in l. ſi maritus, nu. 1
Exhæredationis cauſa iniuſta expreſſa, an uitiet teſtm̃ hodie ipſo iure, in l. cum te. nu. 1
Exhæredari an etiam hodie poſſit unus 'pp odium alterius', §. legis, nu. 6
Exhæredari an etiam hodie poſſit poſthumus, uel infans, com munis opin. defenſatur contra Fulg. & Alcia §. legis. nu. 10
Exhæredari an poſſit poſthumus à matre, uel filius infans cõtra commu. §. legis, nu 5
Exhæredationis an filius poſt patris teſtamentum poſſit conſen tire, contra nouiſſimos, §. illud nu. 73
Exhæredari põt extraneus culpa alterius, cõtra Paul. Bal. & Iaſ. §. legis. nu. 3
Exhæredatus, cui aliquid in teſtõ relictũ fuerat, nõ præſumeba tur ingratus, contra Doct. in l. ſi maritus. nu. 5
Exhĩdationis iuſta cã eſt teſtari notaſſe, cũ cõi, in l. teſtamẽti. n. 1

F

Falſum quod eſt nihil eſt, in l. eum qui. nu. 1
Falcidia quid dicatur, in auth. unde ſi parens. nu. 3
Facultas eligendi arbitrũ non conſumitur, electo eo, qui nequit arbitrari. in l. ſi quando, nu. 90
Facti ueritas an ſubiaceat legibus, in l. ſi quando, nu. 40
Fabula Tantali. in l. ſi quis in ſuo pag. 23. tergo.
Facultas reuocãdi abſtẽſionẽ an trãſmittatur, in l. ſi qs filiũ. n. 8
Facultas eligendi uinũ nõ cõſumit in electo aceto, ĩ l. ſi qñ. n. 89
Famuli an lucrentur mercedem temporis, quo ægrotarunt, ard. quæſtio, in l. ſi quando, nu. 17
Feudũ pro ſe, & ſua ſtirpe accipiens cognatis proſpexiſſe nõ ui detur, cum Bart. & Salic. cõtra Ang. in l. ſi quis in ſuo nu. 5
Fideiõmiſſum reciprocũ poni in legitima, in l. ſi pr puellæ. nu. 8
Fidei com. non ſubintelligitur in conditione ſi ſine liberis deceſ ſerit, quando oneratus eos tempore teſtamenti habebat, cũ communi, in auth. unde ſi parens, nu. 19
Filij patris locum aſcendunt in ſtirpes, §. illud. nu. 56
Filiarum appellatione qñ nepotes contineantur, §. illud, nu. 80
Filij app. adoptiuus interdum continetur, in l. ſi quando, nu. 97
Fratribus legatum relictum proprijs fratribus, non etiã patruelibus, debetur. in l. ſi quando. nu. 20
Fructus bonorum aduentitiorum pater filio conceſſit, non ſemper de primis fructibus intelligitur, in l. ſi quando, nu. 12
Fructus primi anni cuiuſque beneficii Papa Epiſcopo conceſſit interdũ ad annos ſequẽtes ea cõceſſio trahitur, in l. ſi qñ. n. 15
Fructus an reuocentur cum donatio culpa conditionis nõ implẽ tis reuocatur, in authen. unde ſi parens. num. 20
Futurum ius quare pacto remitti queat, non ſimplici renuntiatione. §. illud, num. 105

G

Gloſſa in l. omnimodo in uerbo exigere ab omnibus recepta, oſtenditur falſa. §. illud, num. 6

H

Hæredis inſtitutio minus rite facta præteritio eſt, in l. ſi mari tus, num. 2
Hæres quando poſſet impugnare factum defuncti. § legis, n. 29
Hæreditate repudiata poſſum agnoſcere emphyteuſim, quam pa ter accepit pro ſe, & uno ex filiis ſuis, cum communi, in auth. unde ſi parens, num. 13

I

Iactum retis emi, & nihil pretii captum eſt an ad ſecundũ iactũ ueniendum eſt, ẽrd. q. in l. ſi quando, num. 16
Immiſtio non inducitur per rerũ expilationẽ, in l. quãuis, nu. 21
Impedimentum ſpontaneũ non iuuat in l. contra maiores, nu. 4
Ingratitudinis offenſa non uidetur remiſſa, licet filius inſtituatur, in l. pueris, num.
Improprium eſt quod profertur cum inſolita adiectione demon ſtrandi gratia, in l. ſi quando, num. 22
Impubes doli capax an ligetur iuramento. §. illud, num. 39
Ingratitudo hodie in exhæredato non preſumitur cum commu. in l. liberi, num. 9
Ingratus quis dicatur in l. liberi, num. 1
Inſtitutio fit etiam ſub conditione caſuali. §. cum autem, nu. 6
Inofficioſitas quando arguatur ex actu inter uiuos. §. legis, n. 27
Inofficioſa donatio reſcinditur conditione ex lege, cum commu. in authen. unde ſi parens, num. 2
Inofficioſitas quãdo arguatur ex actu inter uiuos legitimam filius an capere poſſit propria autho. ĩ auth unde ſi parẽs. n. 21
Inſtitutio rectè facta non reuocatur, niſi per aliud teſtamentum rectè factum. §. ſcimus, nu. 13
Inſtitutio in re aliena ualet, cum communi opi. hic, licet alibi in contrarium ſit communis opi. §. ſcimns, num. 7

Ex. ff. ueteri.

Intel. l. 1. ff. de cond, cau. da. l. conditionibus pupillus. ff. de cõd. & demon. in l. quanuis, num. 10
Intel. l. quemadmodum, l. Papinianus. §. 1. l. poſthumus. §. fi. ff. de inoffic. teſtam. in l. quanuis, nu. 12
Int. l. ad l. Papinianus, §. ſi ex cauſa, & §. fin. ff. de inoff. teſtam. in l. cum ex cauſa, nu. 4
Int. l. 3. §. de illo pro ſocio, noua ratio. §. illud, num. 83
Vide multa in uerb. lex.

Ex infortiato.

Int. l. 1. §. ſi parens, ff. ſi quis à par. §. illud, num. 15
Int. l. cum hæreditate. ff. de acq. hær. in l. cum duobus, num. 3
Intel. l. non putauit cum ſimil. ff. de bono. poſſeſſ contra tab. in l. quanuis, num. 8
Int. l. iam dubitari. ff. de hær. inſt. in l. quanuis, num. 9
Int. l. ſi poſt mortem. §. fi. ff. de contra tab. §. illud, num. 34
Int. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de contra tab. in l. ſi pater, num. 15
Int. §. ſi parens, reſp. l. 5. ff. ſi à paren. contra Curtium, & nu. 94. & & contra Aret. nu. 95. §. illud, num. 93
Ineel. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de contra tab. §. legis, num. 7

Ex.ff.nouo.

Intellec. l.in bello,§.ſi quis ſeruum, ff. de capti.in l. contra maiores,numero.3
Intellec titul.quæ in fraudem credi.§.legis,nu.30

Ex.C.

Intel.& noua opi.§.illud nu.41.& nu.40.& nu.3
Intel.l.ſi quando,§.illud in uerbo teſtamenti,C.de inoffi. teſta. §. illud nu.14
Intel.l.ſi.C.de edic.diui Adria.& l.3.C.de inof.teſta.& num.24. in l.ſi mater,nu.22
Intel.l.ſicut,& l.ſi cum,uel in utero,C.de teſtamẽ. milita.in l.ſi mater,nu.4
L.2.C.de reſcindenda uẽditione ut practicetur, § legis nu.34
Tex.§.illud multipliciter interpretatur, § illud.nu.10
Intel.l.omnimodo,C.de inoffi.teſtamen. in l. ſi pater puellæ,numero ſexto.
Intel.l.1.C.de dotis promiſ.in l.ſi mater nu.21
Intel.l.2.C.de inoffi.teſt. in l.quanuis,nu.2
Intel.l.ſi maritus, C.de inoffic.teſtamen.in l.ſi maritus , nu.3
Intel.l.3.C.de inof.teſta.& nu.15.& 17.in l.ſi mater nn. 13
Intel.l.ſi mater C.de inof.teſt.& num. 8.& 10.in l.ſi mater. nu.7.
Intel.l.omnimodo,C.de inofficio.teſtamen. & eſt nnuiſſimus in l.ſi maritus nu.4
Intel.l.quoniam in prioribus,C.de inoffi.teſtamen.& nn. 10.in l.ſi pater puellæ,nu.5
Intel.l.de fideicommiſſo,C.de tranſactio.& num. 9. in l.ſi pater puellæ,nu.4
Intel.l.Tauri 45.in l.ſi quando,nu.45
Intel.C.de iureiurando,§.illud,nu.38
Intel.l 3.C.de inofficio.teſta.l.fi.C.familiq erciſcundæ, & l. hac conſultiſſima,§.ex imperfecto,C.de teſtamen.& numero 26. & 27.
Intel.l..neptem,C.de inofficio. teſtam.in l.neptem,nu.5
Intel.l.ſi.§ ſi.C.de lib.præt.§.legis.nu.8
Intel.tituli,ff.de contra tabu. & C.de inofficio.teſtam.in l.quanuis.nume.7
Intellectus ad titulum,C.de edi.diui.Adria.in l.quæ nuper. numero tertio.
Intel.ſi.titu.ſi part.6.§.legis.nu.33
Intellec.l.ſi.C.familiæ erciſcundæ,l.hac conſultiſſima, §.ex imperfecto,C.de teſtamen.& numero 18.& 20.in l.ſi mater,numero.16
Intel.l.ſcimus,§.illud,C.de inoffi.teſtamen. in l.quanuis,numero ſexto.
Intel.l.pactum quòd dotali,& l.ſi.C.de pactis,& l.pactum,& C. de colla.& l.ſi quando,§.illud,C.de inof teſtamen.& C.quanuis,de pact.in 6.contra Iaſ.& Boe.§.illud.nu.23
Intel.l.ſi quando §.1.C.de inoffi.teſt.§.legis.nu.23
Intel.l ſi.C.de teſtam.in l.ſi quando.nu.4
Intellect.l.ſi quando,§.illud ibi, agnouerit,C.de inofficio. teſta. §.illud.nu.21
Intel.quòd lex ſi quis filium ſit neceſſaria an poſſit procedere nec ne,in lege,ſi quis filium,num.7
Intel l.ſi.C de pactis,§.illud.nu.110
Intel.45.Tauri.in l.ſi quando, nu.57
Intel.l.neptem in uerb. quamuis. C.de inofficio.teſtamen. in l. neptem.nu.1
Intel.45.Tauri.in l.ſi quando,nu.56
Intel.titul.de inofficio. donationibus,& titul.de inofficio.dotibus,§.legis,nu.28
Intel.l.ſi quando,§.illud,& l.ſcimus in princip. C.de inoffi.teſt. § illud.nu.11
Inſtitutio in re filij,quando ualeat,noua opinio contra communem.§.ſcimus.nu.8
Inſtructi fundi appellatione quid contineatur,in l. ſi qñ nu. 13.
Intel.l.ſi mater,C.de inof.teſtam.in l.ſi mater,nu.21
Intel.l.2.& 3.C.de poſth.hær inſtit in l.ſi mater,nu.12
Intel.l.Papinianus ſi ex cauſa,ff.de inof.teſt.in l.qnanuis.nu. 11
Intel.l.3.C.de inof.teſtam.cum 30 ampliã.in l.ſi mater, nu. 19
Intel.l.ſi pater puellæ,C.de inof.teſta.in l.ſi pater puellæ,nu. 11

Ex auth.

Intel §.aliud quoque in auth.ut cum de appel.cogno.in l. filiis matrem.nu.7
Intel.auth.ut cum de app.cogn.in l.cum antiquis.nu.2
Intel.§.aliud quoque in auth.ut cum de app.cogn.§.legis. nu.9

Ex decret.

Intel.c.2.de pact.lib.6.& nu.37.§.illud.nu.26
Intel.§.pen.& ſi.inſti.de exhære.lib.in l.ſi mater,nu.5
Intereſſe etiam poſt dilationes ad probandum conceſſas præteritas poteſt probari,cum communi,§ legis.nu.36
Iouis fabula in l.ſi quis in ſuo pag.23.frontes.
Ius in re tantum quando habere dicamur,cum Curtio contra Bartholum.§ illud.nu.99
Ius reale etiam proprietatem poſſum repetitione amittere contra Bart.§.illud.nu.101
Ius accreſcendi ceſſat poſt portionem quæſitam, contra cõmunem.in l.cum duobus nu.2
Iuramentum non impedit reſciſsionem contractus,ubi erat enormiſsima læſio, §.legis,nu.32
Iuris communis interpretationem recipit diſpoſitio militis, & principis,& ſtatuti,& legis nouæ,& teſtatoris,in l.ſi qñ nu.2
Iuris communis declarationem quando recipiant ſtatuta , ard. quæſtio in l.ſi quando. n.3
Iuramentum de non reuocando inofficioſam donationem non impedit eius reuocationem cum communi, in authen. unde ſi pareus.nu.7
Ius perſonale quæſitum non perditur,ut ſimplici renunciatione,cum commu.§.illud.nu.10
Iura hæreditaria in quibus datur repletio per legem, 30.an.præſcribuntur,contra Iaſ.§.illud.nu.9
Iuris ignorantia interdum præſumitur,in l.ſi quando,nu.28
Ius dicendi nullum datur quoties teſtamentum ualere deſiit, cum commun.in l.filium,nu.6.

L

Legatarius,qui viduã teſtatoris compreſſit,an perdat legatũ, in l.ſi quando nu.95
Legitima relinqui põt ĩ eo quod tertius arbitratus fuerit, §.ſcimus.num.36
Legitima patitur fideicõmiſſum reciprocũ.in l.pater puellæ. n.1
Legitimæ ſupplementum non perditur per agnitionem relictorũ §.& generaliter,nu.1
Legitimæ ſupplementum inducitur ipſo iure, cum cõmuni contra alteram communem,§.ſcimus,nu.1
Legitima per caſum cõtingentẽ poſt mortẽ patrisfamilias euicta,ceſſat eructio cum comm.§.ſcimus,nu.14
Legitimæ nocet renuntiatio facta poſt aditam patris hæreditatem,§.illud,nu.49
Legitima intelligitur,ut in ea ſimplex donatio non imputetur, quod limit.nu.3.4.5.& 6.§.& generaliter,nu.2
Legitimæ ſupplemẽtum prohiberi poteſt per teſtatorem per modum priuationis contra comm.§.& generaliter.nu.9
Legitimæ ſupplementum per teſtatorem uetari nõ poteſt, cum commu.§.& generaliter.nu.8
Legitimationis ſub conditione ſubſtitutus,ea pendente utrũ ſecundum tabu.accipere poſſit bo.poſ.ard.q.in l.ſi qñ nu.69
Legitima conditionẽ non recipit,uel ſic conditio non imponitur legitimũ,§.ſcimus,nu.17
Legitima impeditur per generalem renuntiationem,contra cõmu. §.& generaliter,nu.11
Legitimæ ſupple.fieri põt,uel una tm uel ẽt incertis rebus ut iudici commodius uiſum fuerit,cũ cõi.§.ſcimus.nu.2
Legitimæ imputatur quod filius recipit ut pro legitima haberet,cum commu.contra alteram cõem,§.illud nu.1
Legitima eſt quota hæreditatis cũ Areti.contra commun.in l.ſi quis in ſuo.nu.14
Legitimati non differunt à legitimis,in l.ſi quando,nu.62
Legitimatio eſt inuentum legis ciuilis,in l.ſi quando,nu.63
Legitimæ nocet renuntiatio facta poſt mortem patris etiam ante aditam hæredi.§.illud.nu.50

Legitima an admittat uulg.ſubſtit.§.illud.num.55
Legitimæ renuntiatio facta à filio quando noceat nepotibus.§. illud.num.53
Legitimæ euictio culpa iudicis,& filii, uel filiæ non debetur.§. ſcimus.numero.5
Legitima non reiicit onus arbitrādi quando fit inſtitutio in eo, quod Titius arbitratus fuerit,ardua opinio.§.ſcimus numero. 18
Legitimationis conditio an ualidet inſtitutionem ſpurii, ardua quæſtio,in l.ſi quando num.67
Legitima ab inteſtato aucta,ex teſtamento quoque aucta uidetur,cum Fulg.in l.pactis,num.3
Neque † ad rem pertinet quòd ſui hæredes beneficio prętoris poſſint a patris hæreditate ſemel ipſo iure quæſitam abſtinere,d.l neceſſarijs,d.§.ſui, d.l.Cornelius.d.l.iã dubitari.d.l.uerba hęc . Nã illud regulariter ,ꝑcedit & tũc demum & ipſi ex ſola legis diſpoſitione hæredes extiterũt neceſſarij , & in illam neceſſitatem inciderunt nullo facto ſuo ſpontaneo præcedente . tunc enim cum inuiti hæredes extiterint ex ſola iuris diſpoſitione , cui culpa ipſorum cauſam non dedit , aut ullum factum ſuum præcedens uoluntarium , merito a prętore ſubueniuntur , non aliter atque ſolemne eſt ſubuenire omnibus illis , qui non ſponte ſua ſed neceſsitate coacta , & quam ipſi remouere non poterant inciderunt , lege ſi fideiuſſerit . §. ſi neceſſaria.ff.qui ſatis.cogantur, ubi multa per Iaſo. lege conditionibus pupillus , ubi aliquid per Socinum.ff.de condition.& demonſtration.& per eundem in lege ſi filius qui patri.ff.de uulgari . Cæterum qui aſtringitur aliqua neceſsitate cui ipſe ſponte cauſam dedit , tale legis adiutorio dignus non iudicatur nec eſt,c.damnum quod quis, de regulis iuris,lib. ſexto.cum ſimilibus. Vnde filius a patre exhęredatus & ſi reſciſſo per querelam a ſe propoſitam teſtamento,ilico fiat hęres iure ſuitatis,ſicque ex legis ciuilis diſpoſitione ut dilucide probat , lex Papinianus. §.ſi ex cauſa in uerbo. ſuus ff.iſto titulo,tamen iam amplius abſtinere nõ poterit, quia & ſi non abnegemus quòd ipſe non iure aditionis ſed iure ſuitatis hęres factus fuerit , tamen cum id proceſſerit ex facto uoluntario ſuo (nemo enim eum teſtamentum patris querela reſcindere cogitur)beneficio abſtenſionis a prętore conceſſę indignus eſt , ita in ſpecie probat dicta lex iam dubitari in fine , ubi filius ſub conditione poteſtatiua inſtitutus ſi eam expleuit , licet per hoc adire hæreditatem non uideatur † quia implementum conditionis nõ inducit hæreditatis aditionem ſed ſolum impedimentum remouet quòd impediebat eam deferri , lege prima.ff.de condition cauſa data,tamen ſi filius eam conditionem ſponte expleuerit,& ſi per hoc adire non uideatur , ſed duntaxat obſtaculum quod illam hæreditatem ſibi deferri impediebat remouere,dict.l.prima,tamen ſimul ac per tale implementum conditionis uoluntarium hęreditas illa purificata eſt,& ſic ei deferri cœpit continuo ex legis diſpoſitione , iure ſuitatis hęres factus fuit patri , ut nominatim probat.dict l.conditionibus pupilius , in uerbo,iure poteſtatis,ubi in ſpecie notat Socinus,columna penultima, & licet legis diſpoſitione tantum non etiam iure aditionis hæres factus fuerit,tamen beneficio abſtenſionis carebit , & merito,ut ait d.l.iam dubitari , quia id contingit ex facto uoluntario ipſius filij quem nullus coegit ut eam cõditionem uoluntarie expleret.Sic ergo & in ſpecie noſtra cum filiũ , ut patris teſtamentum querela reſcinderet nullus coegerit par eſt , ut eo reſciſſo & ſi iure ſuitatis ab inteſtato fiat hæres, tamen abſtinere minime poſsit,cum non poſsit iure dicere ſe inuitum hęredem factum fuiſſe . Aſtringitur hoc fundamentum,quia in dicta lege,iam dubitari,hęc ratio nominatim expreſſa eſt, cum ſub hac inquit conditione inſtituti iam non ut neceſſarij , ſed ſua ſponte hæredes extiterint,quæ ratio generalis eſt ad omnes omnino caſus in quibus filius hęres a lege factus fuerit precedente facto uoluntario ſuo,& ſic ſiue ſit factum querelam ſponte mouentis , ſiue etiam conditionem implentis , ſiue aliud quodlibet , & cum ratio in lege expreſſa eſt generalis, & ſi deciſio ſit particularis , tamen lex ipſa generalis eſſe intelligitur re uera & non interpretatiue , non ſecus ſi generalis eſſet deciſio, ut tunc deciſio particularis loco exempli (quod non arctat regulam) ratio uero generalis ibi expreſſa pro lege habeatur generali etiam ſi ſimus in pœnalibus , aut correctorijs , ita tenent gloſſ. in authentic. de hęredit.ab inteſtato ueni.§.fina.in uerbo ordine,Baldus in lege fina.ff.de hęredi.inſtitu.per textum ibi . Idem in lege his ſolis , per textum,ibi in uerbo . ſatis etiam tacite cautum putamus.C.de reuocan.dona . Alexander nume.nono. Corneus,nume.15. Iaſ.nume.10. Decius.numer.15.in lege humanitatis , per tex. ibi.C. de impuberum . Decius , & Purpuratus per tex.ibi in l. fin.C. de pactis.Georgius Nata in cap. quanus pactum , de pact. lib. 6. numero.32. Andreas Tiraquel. de cauſa ceſſante par.1. ut cnim genus ex ui non extenſiua,ſed comprehenſiua ſub ſe comprehendit omnes ſuas ſpecies , ita ratio generalis in lege expreſſa non ex ui extenſiua ſed comprehenſiua non interpretatiue tantum , ſed uere comprehendere uidetur ſecundum pleroſque eorum quos retulimus . Vnde cum in d. l. iam dubitari, expreſſa ſit illa ratio quòd filius facti ſui uoluntarij preambuli cauſa hæres à lege factus fuit , nec hęres à lege fieret niſi tale factum ſuum uoluntarium præceſſiſſet , & ideo ei denegatur abſtinendi beneficium , eaq; ratio adſit , & in ſpecie noſtra ſupereſt , ut etiam hic ei abſtinendi beneficiũ denegetur non ſecus , quàm ibi. Id quod etiam probat d.l.ſi filius qui patri.ff.de uulgari , & pupilla. dum ait ius dicentis propoſitum eſt liberos oneribus hęreditariis non ſponte ſuſceptis liberare , ergo aliud ſi ſponte,&c. & ita ibi notat Socinus.

Secundum quæ † ſi filiusfamilias patris teſtamentum querela infirmauerit , continuo ei patris hæreditas abinteſtato defertur d.l.1.ff.de iniuſto rupto d.prin.inſt. de hęre. quæ abinteſtato d.l.Papinianus.§. ſi quis ex his , eiq; iure ſuitatis acquiritur ipſo iure d.l. Papinianus.§. ſi ex cauſa , in uerbo ſuus d.l. conditionibus pupillus , in uerbo iure poteſtatis d.l.fin.in uerſic. qui ſi neminem.ff. de cond. inſt. eiq; ſic hæredi facto beneficium abſtinendi denegatur d.l. iam dubitari . † Sicq; nec periculum erit ne pater nullum hæredem habiturus ſit per quem afficeretur iniuria.§. 1. inſt. quib. ex cau. manum. non licet l.quia hoc.ff.de interrog. act. nec etiam periculum erit ne creditoribus deſit hæres defuncti quem conueniant, ſicq; ea bonorum poſſeſſio de qua hic,que in filio emancipato neceſſaria eſt, ut ſ. edocemur,in filiofamilias querelante neceſſaria non eſt,ut uidiſtis iſq; eſt uerus intell.l.quemadmodum.ff. iſto tit. cũ ſimil. & l.Papin.§.1.l.poſthumus.§.fin.eod.tit.

11 Intell.l.Papin. §. ſi ex cauſa .ff. de noſſ. teſt.

12 Int.l.quemadmodum l. Pap. §.1.l. poſthumus. §. fin.ff. de noſſ. teſt.

Hinc primo colligitur ueram non eſſe opinionem glo. noſtræ,in uerb.quantus,quam ſequuntur doctores de quibus ſupra mentionem habuimus,& glo.d.l. Papinianus,§.1. † dum in filio emancipato tenuerunt hanc bonorum poſſeſſionem in hoc tantum utilem eſſe , ut emancipatus poſſet querelam mouere,quinimo ad aliud eſt longe utilior nempe ut is emancipatus ſi in querela obtinuerit patriſq; teſtamẽtum infirmauerit,tunc ei hæres exiſtat nec amplius poſſit repudiare l.ſicut.C.de rep.hære. qui quidem emancipatus ſic reſciſſo patris teſtamento tempore huius legis hæres exiſteret duntaxat de iure prætorio, argum.per totum. C. &.ff.unde liberi.&.§.emancipatos, &.§.minus,inſtit. de hære. quæ abinteſtato , hodie hęres etiam de iure ciuili exiſtet authen. de hęre.abinteſtato.§.nullam uero. † Vnde bonorum poſſeſſio de qua hic (quam ciuilem non prętoriam eſſe intelligunt Iaſ. in rubr.C.qui admitti . numero.9. Corneus columna.3. in l.fin.C. unde legitimi . Idem Corneus in d.rubr.numero.4.per.§. ſeptima inſtit. de bo. poſſ.) forte etiam prætoria erit , quia ſub conditione lex ciuilis non permittebat hæreditatem adiri l. actus legitimi .ff. de regulis iuris , ſit autem prætoria an ciuilis intereſt propter ſui donationem , argumento l. ſcimus .§. illud. l. ſi quis filium , ad fin. infra hoc titulo . iuncto in prin.inſt. de perpe. & temp. act.

13 Bon.po.gratia litis agno ſcendæ effectus contra communem op.

14 Bo. po. gratia litis agn. an ſit ciuilis .

Secundo etiam ex ſuperioribus colligitur † noſtram legem & hanc bonorum poſſeſſionem eſſe neceſſariam,quãdo frater contra teſtamentum fratris turpi perſona inſtituta querelam moueret (ut interminis l.fratres,& l. ſi fratres cum ſimilibus infra hoc titulo .) nam & tunc hanc bonorum poſſeſſionem neceſſariam eſſe apparet, ne aliter poſtquam teſtamentum fratris frater querela expugnaret hęreditatem abinteſtato ſibi delatam repudiaret , id quod nobiſcum admitterent omnes doctores ſupra relati , quorum ſententiam quo ad huius legis intellectum ſequuntur contra glo. noſtram,& glo.d.l. Papinianus.§.1. & contra doct. qui eas ſequuntur .

15 Bo.po.gratia litis ag.neceſſaria eſt fratre querelan te.

Tertio

16 Tertio colligitur ex mente eorum quos ſequimur contra mentem gloſſarum & ſequentium † q̃ ſi filius matris uel aſcendentium per lineam maternam teſtamentum querela expugnare uellet, hæc bonorũ poſſeſſio neceſſaria eſſet.

Bo. poſſ. gratia litis ag. neceſſaria eſt querela contra matris teſta. ordinata idem econtra ſi mater ageret contra teſta. filij.

Quarto colligitur q̃ ſi mater contra teſtm̃ filii q̃rela experiri uellet hęc quoque bonorum poſſeſſio neceſſaria eſſet, id quod eſt ex mente eorum quos ſequimur, contra mẽtem gloſſarum & cõtra ſequaces.

17 Quinto colligitur † q̃ ſi pater filii emancipati teſtm̃ querela euertere properaret (iuxta l. ſi is qui, l. nam & ſi. l. pater filium, ff. hoc titu.) hęc ſimiliter bonorum poſſeſſio neceſſaria eſſet ex mente eorum quos ſequimur contra gl. & ſequaces. intelligendo q̃ pater filii etiam emancipati contracta fiducia teſtamentum per querelam poteſt infirmari, ut not. per glo. Bar. Angel. Paul. & alios in l. pater filium. ſupra all. id quod plene nos diſſeruimus de ſucceſſionũ creatione lib. 3. §. 30. num. 136. uerſi. denique ſupra incidenter.

Querela gratia li. ag. neceſſaria eſt querelante patre.

Sexto colligitur q̃ ſi pater filij familias teſtamentũ querela euertere hodie uelit, hæc bonorũ poſſeſſio neceſſaria erit ex mente eorum quos ſequimur contra mentem & gloſſarum & ſequatium, & ſi. n. filiifamilias teſtm̃ olim non ſubiaceret querelæ ſiue eſſet miles qui de caſtrẽſibus bonis teſtm̃ faceret l. fi. infra iſto tit. ſiue etiam eſſet paganus qui teſtaretur de bonis quaſi caſtrenſibus. l. fi. C. qui teſta. facere poſſunt, tamen hodie & filiifamilias teſtamentũ ſubiacet querelæ ſecundum communem & noſtram opinionem p̃ tex. in auth. ut cum de appell. cognoſcitur. §. & hæc q̃dem de parentum, & etiam teſtamentum militis filiifamilias querelæ ſubiacere poteſt per. d. §. ſm̃ communem opinionem ut per Iaſ. num. 8. C. de teſta. mil. l. ſicut certi & Idem Iaſo. in l. fin. nu. 5. infra eod. Alex. in d. l. ſicut Bar. & Curtius Iunior. nu. 49. & Alex. col. 4. in auth. ex cauſa. C. de libe. prẽte. Vigilius in. §. pen. inſt. de mil. teſta. Iaſ. in d. auth. ex cauſa, nu. 19. Decius in l. ſi cum uel in utero, C. de mil. teſta. id quod ſolemus impugnare. quę omnia ex eo iuſtificantur q̃ hęc l. nõ nominatim in emãcipato ſed generaliter loquit̃.

18 Septimo ex ſuperioribus colligitur † apertum eſſe errorem exiſtimantium filiumfamilias qui patris teſtamentum querela infirmauit, poſſe ab eius hęredita te ſibi ab inteſtato delata abſtinere, id q̃d tenuit Cynus in l. noſtra & etiam Iaſ. nu. 8. & Alex. in l. fi. nu. 8. & Iaſ. col. 4. in fi. C. unde legiti. Sed uehementer errant, cum factum uoluntarium ipſiuſmet filii querelantis ei ademerit abſtinendi beneficium ut ſupra oſtendimus quod nominatim probat. l. ſuus hęres, C. de repu. hęredita. & d. l. Papinianus. §. ſi ex cauſa, in uerb. ſuus.

Querelato p emancipatum teſtamento non eſt facultas repudiandi ard. q.

19 Octauo † colligitur ex ſuperioribus erraſſe Iaſ. qui in l. 1. ff. de condi. cau. data ſcripſit eum filium qui conditionem poteſtatiuam ſub qua ſcriptus a patre fuerat expleuit immiſcuiſſe uideri, ſed errat nam eum ſieri hęredem etiam irreuocabiliter uerum eſt, non tamen iure aditionis uel immiſtionis ut probat dicta le. prima, & dict. l. conditionibus pupillus, ff. de condi. & demonſt. in uerb. iure poteſtatis l. eum bonis. ff. de acq. hęred. ſed iure ſuitatis hæres fit ut dd. ll. & d. l. iam dubitari amiſſo abſtinendi beneficio per rationem ſupra relatam.

Addre non uidetur filius qui implet cõditionem poteſtatiuam.

Nono colligitur † apertius erraſſe, Bal. in d. l. prima dum ſcripſit filium qui expleuit conditionem poteſtatiuam ſub qua a patre inſtitutus fuerat adhuc habere beneficium abſtinendi quod eſt contra caſum d. l. iam dubitari, cum ſimi. ſ. alle.

20 Decimo colligit̃ † erraſſe Iaſ. qui in d. l. 1. ſcripſit filiumfami. p̃ expilationẽ hæreditariarũ rerum immiſcuiſſe pſis hereditati uideri, ſed errat q̃dẽ, loquit̃q; contra d. l conditionib. ĩ uerbo iure ptãtis, & cõtra d. l. eſi bonis iũcta. l. ſi qs extraneus, in pr. ff. de acq. hær.

Abſtinendi beneficium non datur filio qui expleuit conditionem poteſtatiuam.

21 nam ipſum furtum ſignificat eum non habere animũ hunc ut patri hæres exiſteret, licet per talem facinus filius beneficium abſtinendi amittat. l. ſi ſeruum. §. prætor ait. ff. de acquir. hæred. qui tex. decepit Iaſ. dũ falſo exiſtimauit q̃ ſi filius abſtinere non poterat, ut ibi ergo iure immiſtionis non autem iure ſuitatis hę res extitiſſe uiſus fuit, quod non eſt, ut d. l. iam dubita ri. iuncta d. l. conditionibus.

Immiſtio non induitur per rerũ expilationem.

Alia multa circa materiam huius. l. uide de ſucceſſionum creatione lib. 3. §. 30. nume. 150. cum pl. ſeq.

22 Deinde nota ex lege noſtra † quòd filius exhæredatus hæredi ſcripto non poteſt auferre poſſeſſionẽ rerum hæreditariarum utcũque ſe iniuſte exhęredatum fuiſſe dicat, etiam ſi uerum ſit eum non iuſte exhæredatum fuiſſe, donec lis de querela mota finiatur & peragatur, eſt enim peculiare priuilegium, aut ius hæredis ſcripti, ut in poſſeſſionem rerũ defuncti mittendus ſit, utcũque filius exhęredatus fuerit iniuſte, uel iniuſte, exhæredatum fuiſſe allegetur, quia defunctum filium reliquiſſe res facti eſt, quæ non præſumitur niſi probetur. l. ſi emancipati. C. de collatio. ibi, teque emancipatum probatum fuerit. ubi not. Iaſ. poſt alios. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. ergo qui querelam mouet eo prætextu quòd & filius ſit & non iuſte exhæredatus, utrũque hoc tempore probare debebat antequã poſſeſſionẽ rerũ hæreditariarum poſſet ſcriptis hæredibus auferre, ut hic probatur, & tenent cõmuniter Doct. tenentq̃; Bartol. Bald. Salice. Angel. Fulgoſius, Paulus, Alex. Iaſ. & Corneus in l. 2. per tex. ibi C. de edi. diui Adr. toll. Decius, & repet. in l. fin. eod. titulo, hodie autem ſufficit ſe filium probare etiam ſi non probet ſe indigne exhæredatum quia quãuis olim exhæredatus filius præſumeretur ingratus hodie tamen ingratus non præſumitur niſi probetur, ita probatur in l. liberi, iuncta l. omnimodo. C. de inoffi. teſtamen. & noſtrum tex. dum ait ſcriptis hæredibus poſſeſſionem non eſſe auferendam accipere debemus primum quando poſſeſſionem hæres naturaliter cœperat, ut in terminis. l. 1. in prin. iuncta l. cum hæredes, ff. de acquiren. poſſeſſione. † Deinde etiam ſi nõ naturali modo, ſed ex legis diſpoſitione poſſeſſionem nactus eſſet, ueluti ſi dictum cautumve eſſet ſtatuto, ut in hæredem adita hæreditate ipſo iure tranſiret poſſeſſio rerum hæredatariarum, nam, & tunc talem poſſeſſionem is qui querelam mouebat auferre non poſſet donec querelam perageret. nã omnes effectus quos lex ciuilis poſſeſſioni, quæ per modum naturalem quæſita eſſet accommodauit potuit etiam accõmodare poſſeſſioni, quę ciuiliter quæſita foret. §. ſed naturalia, inſt. de iure nat. l. omnes populi, ff. de iuſti. & iure. Barto. in l. ſi is qui pro emptore, in 3. quæſtio. prin. ff. de iuſt. & iure. Verum tamen eſt non deeſſe qui exiſtiment, ut ſtatutum præcipiens poſſeſſionem ipſo iure tranſire in hæredem, qui hæreditatem adierit, intelligendum eſſe de hærede legitimo non ſic de hærede teſtamentario, ita tenent Bald. conſi. 181. li. 1. Caſſeneus, Maſurius, Brohius, & alij quos refert, & ſequi uidetur Andr. Tiraquel. de morte par. 2. declara. 7. nume. 3.

Poſſ. ſcriptis hæredibus non auferuntur exhæredati.

23 Contrariam tamen partem uidetur tenere. Idem Bald. ſibi contrarius conſi. 141. premiſſo, lib. 1. Guliel mus Benedict. in cap. Raynutius, de teſtamẽ. in uerb. mortuo itaq; 2. nu. 78. Alex. cõſi. 24. attentis lib. 3. Decius conſi. 84. col. 1. & alij non pauci quos retullimus de ſucceſſ. creatione in præfat. num. 21. quorum ſententia, & receptior eſt & uerior uidetur, ut ibi oſtendimus. idq; in re dubia, uel ĩ patria iuris ſcripti. Quid † autem ubi eſſet conſuetudo, uel ſtatutum q̃ quiſquã poſſet in præiudicium legitimorum teſtamentum facere, an ſi legitimos re uera haberem hæredes. & extraneum inſtitutorem hæredem, in eum ex uitalis ſtatuti, aut conſuetudinis tranſiret ipſo iure poſſeſsio, &

Poſſ. continuatur in hæredem etiam ſcriptum ex ſtatuto hic relæo.

24 *Poſſ. à tali ſtatuto in hæredem legitimum tranſire intelligitur nõ in alio*

Tiraquellus, ubi ſupra nume.16. tenet non tranſire, id quod licet ipſe non probet uerum exiſtimo eſſe, nã legis aut conſuetudinis intentionem, mentem, & ſententiam nullus unquam abnegabit quin fuerit in uerum hæredem nõ in nõ iure ſubditiũ poſſeſſionẽ transferre, ſed cum hæres ſcriptus hoc caſu non iure hęres ſit, & ſolus legitimus hęres, tunc legitimus re uera hęres foret deq; eo lex certa eſſet, ſupereſt ut in eum non etiam in ſcriptũ ea poſſeſsio à lege transferatur, quę quidem lex certa eſt de omni eo quod in rerum natura certum eſt. l. cum quidam. §. quòd dicitur. ff. & .2. ubi per Doct. ff. de acquir. hered. l. ſi pater. ff. de ſoluti. l. antiqui. ff. ſi pars hæreditatis petatur unde cum in rerum natura heredes legitimos habere teſtatorem certum ſit in eos non in ſcriptum ea poſſ. transfertur.

Vltimo adde, quę diximus ſupra de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 30 nume. 144.

L. SI MATER.

1 INtellectus l. ſi mater. C. de inoffi. teſt.
2 *Poſthumus à matre pternusomni auxilio erat deſtitutus*
3 *L. illud §. ad teſtamenta. de contra tabu. bo. po.*
4 *Intellectus. l. ſicut, & l. ſi cum uel in utero. C. de teſt. milit.*
5 *Intellectus. §. pen & §. fin. inſt. de exhæ. libero.*
6 *L. Titius. ff. de lib. & poſthum.*
7 *Intellectus l. ſi mater. C. de inoffi. teſta. & num. 8. & 10.*
9 *Poſthumus à matre inſtitui nequibat.*
11 *Poſthumus aut filius à patre præteritus nunquam cenſetur inſtitutus.*
12 *Intellectus. l. 2. & 3. C. de poſthu. hæred. inſtitu.*
13 *Intellectus. l. 3. C. de inoffi. teſta. & nu. 15. & 17.*
14 *Cohæredibus, quae actio competat inuicem.*
16 *Intellectus. l. fin. C. familia erciſcund. & l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. & nu. 18. & 20.*
19 *Intellectus. l. 3. C. de inoffi. teſtam. cum 10. amplia.*
21 *Intellectus. l. 1. C. de dotis promiſſo.*
22 *Intellectus. l. fina. C. de edi. diui. Adr. et l. 3. C. de inoffi. teſta. & num. 24.*
23 *Lex naturaliter procedit, licet in his quae iuris ſunt per impropria uerba loquatur.*
25 *Intellectus. l. 3. C. de inoffi. teſtam. l. fina. C. familiæ erciſcundæ. l. hac conſi. §. ex imperfecto. C. de teſt. et nu. 26. et 27.*
28 *Alia ext.*

EQVITVR l. ſi mater. Hec lex ſingularis eſt, ſecundum Bart. Iaſ. & alios hic, nec enim habet ſociã in iure, & hoc dicit. Poſthumus à matre pręteritus, quę in ipſius puerperio deceſsit, ſicq; mutandi teſtamenti ſpacium nõ habuit, cum reliquis fratribus in eo teſtamento inſtitutis in uirili portione inſtitutus uidetur, nec contra id teſtamentum querelam mouere poteſt, ut poſſet ſi extranei forent inſtituti. † Ratio dubitandi ad hanc legem ea eſt ſecundum Bald. hic, quòd mater ſi ſe prẽgnãtem (ut ueroſimillimum eſt) nouerat huius legis beneficio indigna uidebatur cum haberet ſpatium mutandi teſtamenti, ſicq; ceſſaret ratio, in qua utitur hęc lex, quę legem ipſam ceſſare facit. l. cum pater. §. dulciſsimis. ff. de lega. 2. l. adigere. §. quãuis, ff. de iure patronatus, pleniſsime per Andr. Tiraqu. de cauſa ceſſante par. 1. preſertim cũ ratio hęc q̃ mater teſtamenti mutandi ſpatiũ nõ habuerit eſſet in hac lege expreſſa, q̃ eo fortius ſi ceſſat, facit legis ipſius diſpoſitionem ceſſare gloſſ. in auth. de hęredi. ab inteſta. ueni. §. fi. in uerbo ordine, Corneus. nu. 14. Curtius Iunior, & Iaſ. per tex. ibi in l. humanitatis, C. de impub. Decius, & Purpuratus, in l. fina. C. de pact. per tex. ibi, Georgius Natanus in c. quanuis pactum, de pact. lib. 6. nume. 32. dixi plene ſupra. §. 21. num. 72. q̃ ſi ea mater ſe prægnãtem (quod raro accidit) ignorauit tunc querela ceſſare uidetur. quia eius præteritio non habetur pro exhæredatione arg. l. ſicut certi. l. ſi cum uel in utero. C. de mili. teſtamento.

Intell l. ſi mater. C. de inoffi. teſtam.

Quid dicendum? Bal. relinquit cogitandum, Salic. Fulgoſius, & Paul. Caſtrenſ. & Iaſ. num. 5. minus ſtrenue ſe ſe ab iſto modo expediũt & quod deterius eſt quaſi uirtualiter & mentaliter concedere uidentur, q̃ ſi mater ſe prægnantẽ ignoraret tunc querela ceſſaret argum. d. l. ſicut certi. d. l. ſi cum uel in utero, quo nocentius excogitari nihil unquam potuit, † nam ſi tunc querela ceſſaret certe tempore illius legis poſthumus ille innocentiſſimus omni deſtitutus auxilio maneret, non enim haberet ius dicendi nullum ut in. §. fin. inſt. de exhæred. lib. id enim ius ſolis liberis in poteſtate pręteritis datur. l. maximum uitium. C. de libe. præteri. tradunt communiter Doctores ibi & in l. poſthumo nato, per illum tex. C. de bonorum poſſeſſio. contra tabulas. † Non quoque haberet contra tabulas bonorum poſſeſſionem quę in teſtamentis fœminarum non competit. l. illud, §. ad teſtamenta. ff. de bonorum poſſeſſione contra tabulas, quia fœminarum pręteritio pro exhęredatione ſemper habetur. d. §. fin. inſt. de exhęred. liberorum. exhæredatis autem expreſſim uel interpretatione non datur bonorum poſſeſſio contra tabulas. l. non putauit, in prin. ff. de bonorum poſſeſſio. contra tab. Cum ergo tam contra tabulas quam ius dicendi nullum hoc caſu ceſſaret, neceſſe eſt ut querela inofficioſi teſtamẽti non denegaretur ne innocẽs ille poſthumus omni deſtitutus auxilio maneret contra l. 1. 2. 3. & 4. l. nã & ſi parentib. ff. de inof. teſt. in prin. inſt. eod. ti. Tenendo ergo querelam dari tali poſthumo utcunque non uideretur mala mente præteritus, quod & probatur aperte hic in ultimo reſponſo. † Tunc ad d. l. ſicut cer ti. & d. l. ſi cum uel in utero, reſponde nihil obeſſe, q̃a non in matre ſed in prætereunte loquuntur, Neq; ad rem pertinet q̃ quando pater ille qui filium uel poſthumum præterit erat miles, eius præteritio pro exhęredatione habeatur, † ſicq; matri filium prætereunti aſſimiletur. § pen. & §. fin. inſt. de exhęre. lib. nam reſpondeo q̃ quando mala mente fiebat præteritio aſſimilantur, quia utriuſque pręteritio pro exhęredatione habetur, non ſic ſi per errorem uel nõ mala mente, tunc enim militis præteritio pro præteritione habetur eiusq; teſtamentum ipſo iure non ſecus quam cuiusq; pagani teſtamentum uitiatur, & merito, quia priuilegii loco militibus datum eſt ut eorũ pręteritio erga liberos & pro exhæredatione ſit ut dictum eſt, & ceſſet tunc querela. l. fin. C. de inofficio teſtamento, quo magis eorum uoluntas ad unguem ſeruetur, ſed ſi per errorem filium pręteriit tunc ne illud priuilegium in læſionem ipſius conuertatur cõtra. l. quod fauore. ff de legibus. l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. l. legata inutiliter. ff. de adim. legatis par eſt ut perinde habeatur ac ſi tale priuilegium cõceſſum nunquam fuiſſet, ut ſi patri militi tale priuilegium cõceſſum nunquam fuiſſet tunc filioſa. præterito teſtamentum eſſet ipſo iure nullum, & contra illud daretur iure ciuili ius dicendi nullum, & iure prætorio contra tab. bonorum poſſeſſ. d. l. maximum uitium. l. 3. in prin. & §. uocantur, ff. de bo. po. contra tab. ergo idẽ erit ſi tale priuilegium miles teſtator habeat, qd hoc caſu ipſiuſmet fauore euanuiſſe uidetur, † arg. l. Titius. ff. de lib. & poſth. in prin ibi, ceterum de errore teſtatoris quod proponeretur apud iudicẽ agi oportere quinimo nullorum magis intereſt quam ipſorum militum contrarium huius rei nõ admitti ut in ſimili ait, l. Diuus. ff. de mili. teſta. §. plane, inſt. eod. ti. Itaque cum fortius plenius faciliusq; tale militis teſtamentũ per ius dicendi nullum & per contra tab. bo poſſ. quã

1 2 *Poſthumus à matre præteritus omni auxilio erat deſtitutus.*

3 *L. illud. §. ad teſtamenta de contra tabul. bono: poſſ.*

4 *Int. l. ſicut & l. ſi cum uel in utero. C. de teſta. mil.*

5 *Int. §. pe. & §. fin. inſt. de exh. lib.*

6 *L. Titius. ff. de lib. & poſthu.*

per querelam infirmetur, par eſt ut ea remedia dentur & querela non detur preſertim cum ea quaſi contra demẽtis iudicium proponatur. l. 1. 2. 3. & 4. & l. Titia. ff. de inof. teſta. in prin. inſt. eod. tit. ergo regulariter etiam ſi mater ſe prægnantem ignoraſſet, uel aliter non mala mẽte filium prẽte ritum reliquiſſet, adhuc contra eius teſtm querela compe teret, niſi in caſu particulari quo præteritus pro inſtituto ex legis fictione habetur, ut utrunq; probatur hic. † Quod

7 *Int. l. ſi mater. C. de inof. teſt.* ſi ſe prægnantem ſciuit licet habeat teſtamenti mutandi ſpatium adhuc procedit lex noſtra, quia cum poſſent naſci unus uel plures maſculi uel fœminæ. l. ſi pater. ff. de ſoluti. l. antiqui, ff. ſi pars hereditа. pet. l. cum inter. ff. de fideicom. here. non iniuſte partum ſpectaſſe uidetur ſecundum Sali. Fulgoſi. Paul. & Iaſ. hic.

8 *Int. l. ſi mater. C. de inof. teſt.* Alteram † rationem hanc ad legem accommodauit Cumanus in l. placet, ff. de lib. & poſth. & iterum in l. commodiſſime, eod. ti. ait enim poſthumum alienum olim inſtitui non potuiſſe in prin. inſt. de bono. poſſ. alienum autem accipere debemus, qui natus in poteſtate teſtatoris futurus non erat. l. Gallus. §. ille caſus, ff. de lib. & poſth. l. ſi quis pofthumos. §. 1. eod. ti. † Vnde nihil erat q̃ huic matri imputare poſſet q̃ poſthumũ quem inſtituere non poterat non inſtituit. Iaſ. hic reprobat hunc intellectum, quia hodie po

9 *Poſthumus a matre inſtitui nequa bat.* fthumus etiam alienus poteſt hæres inſtitui. d. prin. inſtitu. de bono. po. l. poſthumus, in prin. ff. de inof. teſtam. ergo ſic hodie hæc lex euaneſceret, quod non eſt dicendum, nimirum Iaſ. inclinat in hoc ut exiſtimet hodie fœminam poſſe poſthumos inſtituere, id quod communiter tenent Doct. per d. prin. de bo. po. inſt. quod nos admittimus in teſtamẽto maris non ſic in teſtamento fœminæ ut contra cõem opinionem contẽdimus. ſ. §. 20. nu. 173. Vnde quæ hic deſunt perenda ſunt ad. d. prin. de bon. poſſ. reſp. procedere in teſtamento marium etiam de iure ciuili non in teſtamento fœminarum licet aliud de iure prætorio ut dict. le. poſthumus.

10 *Int. l. ſi mater. C. de inoff. teſt.* Amplia † hanc legem ut procedat etiam in filio iam nato quem mater ignoranter præteriit, quem forte mortuum eſſe putabat, quaſi & tunc militet hęc eadem ratio, ita in ſpecie tenet gloſſ. in l. cum mater, in gl. 1. ff. de inoffic. teſta quam not. & ordinariam appellat & ſequitur Iaſ. hic & Alex. in d. l. Titius, in prin. col. fin. Paulus Caſtr. in d. l. cómodiſſime, Idem Paulus hic, quæ ſententia mihi uidetur contra. l. ſicut certi, & l. ſi cum uel in utero, C. de mili. teſt. ubi etiam in teſtamento militis, quod fauoribus plenũ eſt, ſi a milite per errorem ſit filius præteritus non ſubintelligitur aut fingitur a lege ipſius præteriti inſtitutio ſed potius teſtamentum infirmatur, nec dubium eſt quin huic ſpeciei illarum legum caſus ſimilior ſit quam caſus huius legis, ergo eas leges hac in re non iſtã ſequi debemus. l. non poſſunt. l. neq; leges, ff. de legibus. l. queritur, ff. de ſtatu hominum. Confirma, quia hoc caſu non eſt eadem ratio, quia poſthumus nihil mali unquam fecit, at filius natus potuit eſſe ingratus, & ea poſſibilitas ſufficit ut hanc legem ad illum caſum non introducamus, cum ſit correctoria uel ſaltem exorbitans. Et quia ad periculoſas & plerunque ſuſpectas aliarum rerum ſimilitudines tunc demum recurrendum eſt, cum is caſus quo de agitur nulla lege deciſus inuenitur, ut. dd. ll. non ſic cum definitus inuenitur, nec dubium eſt quin caſus iſtæ deciſus uideatur in d. l. Titius, & in d. l. ſicut certi, &. l. ſi cum uel in utero, ad quarum legum correctionem uel tam ingentem reſtrictionem hãc legem extendere impium uidetur, argum. l. ſi quando in princ. C. de inoffic. teſtamento. Vnde has uarietates hoc modo non inſcite componere poſſemus, ut communis opinio indubitanter non procedat quando filius a matre ignoranter præteritus erat pubes, non quoque ſi impubes ſed tamen proximus pubertati, & ſic doli capax. quòd ſi infans eſſet procedat opinio communis & ille inſtitutus fingatur, qua ratione idem & ſi pubes eſſet ſi tamen eſſet demens uel furioſus, ſed huius diſtinctionis partem priorem q̃ communi opinioni aduerſatur (nẽpe ut non procedat hęc lex in filio nato qui pubes erat non quoque in impubere doli capace) ut certã fixamq; teneo, poſteriorẽ autem partem non ita intrepide.

Hæc † lex in primis limitatur ut non procedat in patre qui ſcienter præteriiſſet poſthumum, nec poſtea habuiſſet teſtamenti mutandi facultatem, adhuc enim teſtamentum non ſuſtineretur non magis quam ſi hęc lex facta non eſſet ita tenent Paulus Caſtrenſis & Iaſ. col. 2. hic poſt glo. in l. uxorem. ff. de manu. teſtamen. Vnde ſi teſtamentum feci poſthumum præterii is natus fuit & cõtinuo ego met deceſſi, ita ut inter natiuitatem poſthumi & mortem meam tam breue tempus fuerit, ut poſſibile non eſſet teſtamentum mutari, non propterea ille poſthumus in uiri-

11. *Poſthumus aut filius a patre præteritus nunquam cenſetur inſtitutus.* li ſua inſtitutus fingetur nec teſtamentum ſuſtinebitur, non magis quam ſi diutius ego uixiſſem ex mente illius gl. Paulus & Iaſo. proxime allegatorum † pro quorum ſententia licet ipſi non allegent eſt optimus text. in le. ſecunda in uerbo illico deceſſerit. C. de poſthum. heredib. inſtitu. & in lege tertia uerbo illico deceſſerit eodem titulo, ubi poſthumum præterii ille natus continuo deceſſit ita ut teſtamenti eius agnatione rupti mutandi ſpacium non habuerim ſi enim habuiſſem eum forte hæredem facerem & tamen ibi negatur quicquam id prodeſſe ſed teſtamentum ſemel & ruptum fuiſſe & ſemper fore. facit. l. militis codicillis. §. miles in ſupremis, ff. de mili. teſtamento, ut enim homo mortuus ſuſcitari ſecundum ordinem naturæ impoſſibile eſt lege qui res. §. aream. ff. de ſolu. le. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de uerborum obligation. §. primo inſti. de inutili. ſtipula. adeo ut etiam ſeruus ſi quando ſui iuris fiat, non idem homo qui antea erat ſed nouus homo eſſe uideatur lege ſi ſeruus legatus. §. final. in uerbo nouus enim homo eſſe uidetur, ita quoque & ius ciuile quod enixe naturam imitatur non permiſit ut teſtamentum poſthumi agnatione ſemel ruptum ſuſcitaretur ut. dd. ll. iuncta, l. ge adoptio, ff. de adopti. §. minorem natu. inſt eodem titulo le. ſi quis poſthumos, in prin. ff. de libe. & poſthum. iunctis his quę plene diſſerumus ſupra. §. 15.

12 *Int. l. 2. & 3. C. de poſthu. hære. inſt.*

Secundo limitatur hæc lex ut procedat in re dubia, non ſic ſi certa eſſet uoluntas matris poſthumum omni caſu præterire uolentis, tunc enim & ſi continuo poſt factum teſtamentum poſthumus naſceretur nec ipſa teſtamenti mutandi ſpacium habuiſſet, adhuc id teſtamentum non ſuſcitaretur ſemel poſthumi præteriti natiuitate affectum, ita tenent Guilielmus & Bartolus, & omnes hic, ut & firmat & ſequitur Iaſo. ad finem column. ſecundę, quia ſecundum eum hęc lex nititur in preſumptione quæ ceſſat in re certa le. continuus. §. cum ita, ff. de uerborum obligation. le. final. in princip ff. quod metus cauſa.

Confirma, quia ratio expreſſa in lege habetur pro lege re uera, non tantum interpretatiue, quaſi ratio illa expreſſa in lege ſit ipſa lex, & deciſio habeatur loco tantum exempli, quod non arctat regulam, ut eſt uera & communis opinio quam tenent gloſſ. in authen. de hęredibus ab inteſtato ueni. §. final. in uerb. ordine Alexand. numero decimoquinto. Corneus numero decimoquinto, Iaſo. & Curtius Iunior, numero nono in le. humanitatis per tex. ibi. C. de impub. & per l. his ſolis, C. de reuo. dona. in uerbo ſatis tacite cautum putamus, Decius, Curtius Iunior & Purpuratus in l. fin. per tex. ibi. C. de pact. Georgius Natan. in c. q̃uis pactũ, de pact. lib. 6. nu. 32. dixi plene. in §. 21. nu. 72. Sed hic expreſſa eſt illa ratio cõiectura maternæ pietatis caſus iniquitas emendanda eſt, quæ ratio ceſſat ex toto quando de uoluntate matris dilucide conſtitit contrarium, ergo perinde habendum eſt ac ſi nominatim eadem lege cautum eſſet ne ſi tale quid conſtaret hęc lex procederet. † Non tamen intelligas q̃ iſte poſthumus hic præſumitur inſtitutus a matre, quia imo conſtat eum non fuiſſe inſtitutum, ſed eius inſtitutio inducitur a lege ex p̃ſumpta mente matris, quę quidem inſtitutio a lege nõ induceretur ſi matrem conſtaret noluiſſe talem poſthumum hæredem eſſe, quale eſſet ſi forte odio mariti id proteſtata fuiſſet ut in l. ſi quis in ſuo. §. legis infra eod. tit.

13 *Int. l. 1. C. de inof. teſt.*

Illud

14 *Cohæredibus quæ actio cõ petat mutuũ.*

Illud autem dubium eſt † quo iure is filius portionem hæreditatis uirilem conſequetur,& Barto.& Guliel.aiunt actione ex teſtamento,quod negant Bald.Salic.Paul.Are. Iaſ.& alij communiter,quia cohæredibus actio ex teſtamento contra reliquos cohæredes nunquam datur. cum propria quiſq; authoritate capiat quod ad ſe pertinet, ſed ſi unus ipſorum plus debito apprehenderit id petitione hereditatis,uel familiæ erciſcundæ iudicio perſequẽdum eſt, ut & in ſimili uoluit gloſſ.& ibi communiter Doct. præſertim Iaſ.C.de iuris,& facti ignor.docet Bart.in l. licet. ff. de pet.hæred.

15 *Intellectus l.3.C. de inoffic.teſt.*

Tertio noſtra regula limitatur† ut procedat quando mater omnes filios ſuos inſtituerat ſecus ſi extraneos inſtituiſſet,ut hic in fine.ſed quid ſi & filios,& extraneos inſtitueret,an lex iſta procederet.glo.fin uult procedere, cum qua ſimpliciter tranſeunt Butrigarius,Petrus de Bella pertica,Ioannes Faber,Barto. & Bald. hic.contrarium tenent Salice.Rapha.Fulgoſius,Paulus Caſtr. & Iaſ. hic ad finem ſub dubio forte.pro gloſſ.facit.l.ſi ita,ff.de iniuſto rup.ubi ſub ſimplicibus comprehenditur caſus mixtus ad teſtamẽti conſeruationem. Contra glo. facit quia ut Iaſ. opinatur hæc lex facta eſt liberorum fauore, quibus utilius eſt teſtamentum non ſuſtineri,ut excludantur extranei, ſed erat,quia ut in ſeq.quæſt.uidebimus non tam fauore filiorũ quam matris teſtatricis facta fuit hæc lex.† Pro utraq; parte poteſt etiam induci tex.in l.hac conſultiſſima. §.ex imperfecto.ĩ.de teſtam.quid dicendum?& quidem.d.§. procedit in teſtamento minus ſolemni quo caſu extraneorũ ius indubitatum eſt,hoc eſt extranei nihil emolumenti in dẽ capere poſſent ſi teſtamentum peculiari liberorum, & patris teſtantis fauore non ſuſtineretur, qui fauor noluit lex ut ad extraneos extenderetur,ad idem.l.fin.C.fami.erciſc. ex quibus conſtat cum ſolennitate legem diſpenſaſſe, eam tamen diſpenſationem ad extraneos extendi noluiſſe. At in ſpecie noſtra cum teſtamentum matris non ſit ipſo iure nullum,& extraneus cum reliquis filijs hæres ſcriptus hæreditariam portionem habiturus indubitanter ſit niſi poſthumi præteriti naſcentis nomine querela accipiatur, & moueatur,& peragatur eum extraneum,ut excludere poſſimus uix apparet,nec uerosimile eſt hunc caſum authori huius legis in mentem non ueniſſe. unde uerosimillimum eſt eum relinquere uoluiſſe in diſpoſitione iuris communis argum.l.commodiſſime,ff.de lib.& poſthum.ergo hoc caſu idem iuris futurum quod foret ſi hæc lex ſcripta non eſſet magis eſſe uidetur quod cuique non mutatur quare ſtare prohibetur contra l.ſancimus.C.de teſtamen.& quia omnia non poſſunt legibus definiri cum ſint plura negotia,quam uocabula,ideo permiſſum eſt de ſimilibus ad ſimilia procedere,& rationari,ac arguere.l. neq; leges, & l.nó poſſunt.ff.de legibus,ſed ubi caſus de quo agitur aliqua lege uetere comprehenſus,& definitus reperitur,fas non eſt (ut nobis uidetur) certam legis definitionem deſerere(ne dicam contemnere)& ad incertas ſuſpectasq; coniecturas. & argumenta tranſuolare,d.l.cómodiſſime, cum ſimilibus. ergo inhac ſpecie proclitior ſum,ut ſtandum ſit iuri communi,& ueteri,præſertim cum ratio huius legis hoc caſu uel ex toto, uel ſaltem non leui ex parte hoc caſu ceſſet cum non tam materna pietate mater ſeſe habuerit erga liberos,quæ cum eis extraneos quoque hæredes ſcripſit q̃ ſi ſolos filios ſcriberet. ergo legem nouam correctoriam uel ſaltem mirabiliter exhorbitantem extendere ad maiorem iuris correctionem,uel ſaltem reſtrictionem præſertim ad caſum,ubi eſt minor ratio alienum à mente,& ſententia iuris eſſe uidetur præſertim ad pernitiẽ læſionemq; filios,& huic definitioni proprius uidetur accedere. d. §. ex imperfecto,& d.l.fin.niſi uelis tenere quòd is poſthumus in ſua uirili inſtitutus intelligatur,& extranei cohæredes pro non ſcriptis habeantur, ſed hoc dici non poteſt, quia tunc beneficium huius legis contra omne ius, omnẽ rationem,omnem denique equitatem cum iniuria, & læſione extranei interpretaretur,qui ſi hęc lex facta non foret hereditatem adire poſſet, cum antea ille poſthumus præteritus non poſſet hereditatis querẽdæ cauſa querelam mouere.l.ſcimus.§.illud.ĩ. hoc titulo at interea poſſet forte decedere, uel querelam reſpuere, uel deniq; multa euenire poſſent proter quæ ille hęres extraneus ab hereditate non deiceretur. quod ſi diceres is poſthumus habeatur pro inſtituto in ſua uirili, & in reſiduo hereditatis concurrant reliqui fratres, & ille extraneus, nam ſi detracta poſthumi uirili,adhuc reliquis fratribus remanſerint integræ ſuę legitimę,bene erit,ſin minus contra illum extrancum querelam mouebunt,argum.l cum quæritur.l.parentibus,auth.nouiſſima.ĩ.hoc titulo.l.Papinianus.§.quarta,& §.quoniam aut.m quarta, ff. eod.titu. Sed id quidem non tam leges latas interpretari,q̃ nouas facere uideretur, & preterea eſſe contra utilitatem reliquorum filiorum, ergo, & ill.ex facto,ff.de uulg.& pupilla ſubſt.cum auus.C.de emancip.lib.Tene ergo q̃ neq; illi extraneo fiet iniuria in eo ipſo iure remouendo, neque etiam ipſis filis fiet iniuria in eo extraneo ad concurſum ipſorum admittendo,detracta prius poſthumi uirili,ſed quòd poſthumus preteritus detrahet nihil,ſed ſolam querelam habebit.

17 *Intellectus l.3.C.de inoffic.teſtam.*

Quid † autem ſi teſtatrix ſolos filios quos habebat inſtituit in equalibus tamen ex partibus an & tunc procedat hęc lex.id quod firmant gloſ. hic cum qua ſimpliciter tranſeunt Azo,& Placentinus in ſuma huius tituli Petrus de Bella pert. Butrigarius Odoffredus, Ioannes Faber, Bartol.Bald.Albericus,Angelus,Salice.Fulgoſius,Paul.Caſtren.Aretinus,& Iaſ.hic. In contrarium tamen aliquantulum facit tex.iſte ibi,materne pietatis, nec enim mater pia uidetur erga eos liberos,quibus minus quàm reliquis reliquit,cum equalitas inter liberos ſummopere laudetur. l.illud.l.illa.C.de collati.adeo ut aſperius inuidioſiusq; liberis uideri ſoleat id quod ſibi ademptum eſt reliquis fratribus ſuis concedi,quàm ſi omnino extraneus concederetur,argum.l.cum oportet.in princip.C.de bonis quę lib. Adhuc tamen tenenda eſt communis opinio per generalitatem huius legis, & quia ut parens in liberos iniurius fuiſſe non uideatur, nihil aliud exigitur, niſi q̃ integram legitimam eis relinquat.d.l.cum queritur.d.§.quarta, cum ſimi.ſupra alleg. quam poſtquam mater nulli liberorum ademit,licet reliquis fratribusplus conceſſerit ſat eſt.

18 *Intellectus l.fin.C.fam. erciſc. l. hac ceſſi.§. ex imperfecto. C. de teſtam.*

Vnde non ineleganter hęc lex uideretur poſſe limitari, ut tunc ſi alicui liberorum minus legitima portione relictum eſſet,quaſi mater pietate debita uſa non uideatur, ceſſet huius legis definitio,cum & tunc ipſemet poſthumus poſſet ſuam uirilem ſine onere legatorum aſſequi,niſi malis dicere,ut is poſthumus beneficio huius legis inſtitutus ſua uirili contentus ſit,& filius, qui minus legitima accepit,querelam moueat ſi uelit contra reliquos fratres, qui pluſquam ſuas uiriles acceperunt (& forte non obtinebit ſi ſe ingratum fuiſſe apparuerit) & hoc tutius eſt per generalitatem huius legis, & quia in exitu querelę apparebit an impia fuerit mater erga illum filium,cui minus legitima portione reliquerat,nam ſi forte ingratus fuerat,non poſſet uideri impietatis uitium interfuiſſe.

Vnde infertur † not.intellectus ad d.§.ex imperfecto,& d.l.fina.C.famil.erciſcun.ut non ſolum procedant quando liberi inęqualiter fuiſſent inſtituti(id quod tenent communiter Doctores ibi in d.§ ubi Iaſ.nume.4.& Decius.nu.37. in l.hac conſultiſſima,C.qui teſta.facere poſſunt.licet quã plures teneant contrariũ, ut plenius egimus ſupra 21. nu. 67.uerſic.an autem.) ſed etiam procedant quando tanta eſſet inęqualitas,ut alicui, uel aliquibus liberorum minus integra portione relictum eſſet ut proxime dixi,quia adhuc incertum eſt an per hoc erga eum,aut eos impius uideretur parens, hodie autem hoc caſu ceſſaret querela ſuccederetq; legitimę ſupplementum à lege inductum per l.omnimodo.ĩ.hoc titulo.

19 *Intellectus l.1.C.de inoff.teſt.cum 30.ampl.*

Quid autem ſi mater in terminis huius tex. teſtamentũ minus ſolenne feciſſet,ita tamen ut ea ꝓbatio,quę quoad diſpoſitiones inter uiuos factas ſufficiens eſſe ſolet, nó defecerit, an tale teſtamentum ſuſtineretur, conſtat enim tempore iſtius legis tale teſtamentum ipſo iure ualuiſſe nihil

nihil l.ſi ueritas.C.de fideicom.l. hac conſultiſſima.C.de
20 teſtamen.l.hac conſultiſſima. C. qui teſtam.facere poſſ.l.ſi
Intellectus. l.fin.C.fami. erciſcund. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. 6.de teſta. unus.C.de teſtamen.in prin.& §.1.inſt.eod titul.† Neq; ad rem pertinere quod per l.final.C.familiæ erciſcundæ ſuſtineretur minus ſolenne teſtamentum cum inter liberos habeat,nam illud peculiari ſuitatis fauore procedebat cum uel pater,uel auus paternus inter liberos teſtabatur, & præterea illi liberi in eius poteſtate, & ſuitate erant, ut patet ibi uerbo. inter ſuos. Verum illius legis priuilegium, & diſpenſatio poſtea ad omnes liberos utriuſque ſexus porrecta fuit,per dict.l.hac conſultiſſima. §. ex imperfecto,ſecundum Doctor.communiter tam ibi,quàm in d.l. final.ſiue teſtamentum fieret à patre,uel auo,ſiue an matre
21 uel auia.ergo uidetur quòd in terminis huius text. minus
Intellectus l.1.C.de do dotis pro. ſolenne teſtamentum ualebit. Sed † in contrarium facit quia plura ſpecialia non poſſunt,aut non ſolent per legem concurrere,aut admitti,l.1.cũ ibi traditis.C.de dotis pro. unde durum uidetur tot diſpenſationum,& ſpecialium rerum concurſus admittere ut & teſtamentum minus ſolenne ualeat,& preterea poſthumus re uera preteritus pro inſtituto habeatur,uel inſtitutus fingatur, adhuc tamen in hanc partem procliuior ſum, ut & minus ſolenne teſtamentum ſuſtineatur in ſpecie noſtra, & poſthumus ille inſtitutus intelligatur, aut fingatur,per legem nam & poſteriores,ff.de legibus.l.1. §. lex Falcidia, ubi in ſimili plene per Bartol.Alexand.& alios.ff.ad legem Falcidiam. Neque hic plura ſpecialia concurrere uidebuntur, quæ nocere poſſint, aut ſoleant, etenim tunc demum plura ſpecialia non permittuntur cum ſunt priuilegia, hic autem unum eſt priuilegium duntaxat, nempe ut ſubditita illa poſthumi re uera præteriti inſtitutio à lege inducatur, nam quòd teſtamentum minus ſolenne factum à matre inter liberos ualeat,poſtea alia recentiore lege introductum fuit, nec quicquam impedimento eſt quo minus quis à lege eadem, & longe facilius à pluribus legibus poſſit uarijs priuilegijs decorari,& honeſtari facit à fortiore.§.final.inſt.ſi quadrupes pauperiẽ feciſſe dica.ibi,nunquam enim actiones præſertim pœnales de eadem re concurrentes alia aliam conſumit. Tenendo hanc partem eam intellige primum in numero teſtium, ut hoc teſtamentum per poſthumi fictam & ſubditiam inſtitutionem ſuſtineatur etiam ſi non ſeptem, ſed duo tantum teſtes interfuiſſent,licet regulariter cõtra d.l.hac conſultiſſima.d.l.ſi unus,cum conc.ſ.alleg.Deinde ut procedat etiam ſi illi teſtes fœminę eſſent non maſculi, argum.in ſimili per gloſſ.communiter ibi approbatam in l. qui teſtamento.§.mulier.in uerb.poſſe.ff.de teſtam. Tertio ut procedat etiam ſi ex teſtibus quidam uel omnes id teſtamentum non ſubſcripſiſſent quando fiebat in ſcriptis, licet regulariter contra ut dict.l.qui teſtamento. §. ſi quis ex teſtibus.ff.de teſtibus,& in princ.inſt.eodem l.hac conſultiſſima.§. 1. C.de teſtamen. dict.l.hac conſultiſſima. C. qui teſtamen.facere poſſunt.Quarto idem & ſi cum in ſcriptis fieret teſtamentum defuit ſignaculum teſtium ut dd.ll. ſic limitentur, quæ regulariter contrarium præcipiunt. Quinto idem etſi id teſtamentum eodem contextu minime factum fuerit, ſed textatrix, extraneos actus inter poſuerit, licet regulariter contra, ut in l.cum antiquitas. C. de teſtamen.l. furioſum.C.qui teſtament.facere poſſunt. Sexto idem & ſi teſtes teſtamentarij non fuiſſent in conſpectu teſtatoris eo, quòd paries forte erat intermedius, ſi modo alio ſenſu, quod agebatur perceperunt, & ita limitetur.l. ſi unus, ſupra alleg. quæ præcipit contrarium. Septimo idem & ſi toti teſtamento non fuerunt ijdem teſtes preſentes, quia alij teſtes ad unam partem illius teſtamenti,alij ad aliam partem fuerunt uocati licet regulariter contra legem cum antiquitas, C. de teſtament. dict. leg. ſi unus. Octauo idem & ſi teſtes rogati non fuiſſent, & ſi regulariter contra ut inſtitu. de teſtament. in principio, & dict. leg. hac conſultiſſima. Nono idem non ſolum ſi rogati non fuiſſent, ſed etiam ſi compulſi fuiſſent, quanuis regulariter contra.

Decimo idem & ſi notis & abbreuiaturis inſolitis id teſtamentum ſcriptum fuiſſet dum modo ſenſus, teſtatricis colligi aliquo poſſet modo,licet regulariter tale teſtamentum non ualeret per l.primã ad finem. ff. ſi tabulæ teſtam. extabunt dum ait, quia ex coniecturis non proprie ſcriptus intelligitur. Poſtremo alias fere triginta declarationes poteris colligere ex fine libri. 3. ſupra de ſucceſſio. creatio. nam quot ſunt requiſita neceſſaria ad teſtamenti creationem & formam, ea omnia ceſſant in hoc teſtamento, nec ſunt neceſſaria, nec aliud quidem ad eius firmitatem deſideramus, niſi quòd eius uoluntas legitime probetur. legitime autem probatam intelligimus per eum modum quo reliquæ inter uiuos diſpoſitiones probarentur.

Illud autem dubium eſt † an remedium.l.fin.C. de edi. diui Adri. quòd heredibus tantum ſcriptis ſecundum communem opinionem competit, ut infra dicemus, competat huic poſthumo cuius hæredis inſtitutio uera non eſt, ſed a lege ſubdititia uel ficta, & tamen ex mente Bal. hic eſſe uidetur, ut ei accommodetur non ſecus quam ſi re uera inſtitutus foret,quod & uelle uidetur Andræ. Tiraquell. de morte par. ſecunda, declaratio. ſeptima, numero decimoquarto,poſt Cumanum conſil.43.in queſtione Franciſci in fine quem ipſe allegat,& Fulgoſium in l.ſi docueris.1. not. C.ad legem Corneliam de falſis. 22 *Int.l. fin.C. de edi. diui Adri.& l. 3.C.de inof. teſta.*

Confirma,quia † in remediis iuris lex & ſi per uerba improprietatem ſignificantia loquatur, ſemper procedit & operatur uere, & perinde ac ſi naturali modo contigiſſet,ita Bar.in l.ſi quis pro eo,ff.de fideiuſſo in 3.queſtione principali Bar.conſi.62.punctus,Antonius conſil.20. nulla mulier,Tiraquell.ubi ſupra declar.6.par.7.nu.8. ergo cum is poſthumus ab ipſa lege pro inſtituto & uocato habeatur, omnia remedia habebit quæ uere & naturaliter inſtituto competere poterunt. Confirma per illam communem opinionem quam tenent Bar.& omnes in l.re communi,ff.delega.3. dum aiunt portionem ex legis diſpoſitione delatam per ius accreſcendi eadem actione conſequi, qua conſequitur id eave portio quę primordialiter ex uera & expreſſa teſtantis diſpoſitione data fuit, quaſi legis remedia & actiones ex æquo competant, cum quis ad aliquid ãnuitatus fuit a lege, ac ſi ab homine inuitatus re uera fuiſſet. 23 *Lex natura liter procedit licet in ijs quæ iuris ſunt per impropria uerba loquatur.*

Illud † autem nullo colore defendi poteſt quod Tiraquel.ubi.ſ.d.nu.4.ſignificat hunc noſtrum poſthumũ quaſi matri ſuæ ab inteſtato non ex teſtamento ſuccedentem remedium.d.l.fi.C.de edict.diui Adriani toll.habiturũ, quod palam eſt contra noſtram.l.ulti.reſp. nuncupatim definientem talem poſthumum ex teſtamento ſuccedere, non aliter atque ſi re uera a matre ſcriptus foret. Proinde idem Tiraquellus ait,Bal.Fulgoſium & Cumanum proxime relatos intellexiſſe remedium. d.l. fin. locum habere in hæredibus ab inteſtato uenientibus, quandoquidem illud concedunt huic poſthumo qui ex mente ipſius ab inteſtato ſuccedit. Sed ueritas eſt q; ſuccedit ex teſtamento ut dixi. Et remedium d.l.fin. ſolum in ſucceſſore ex teſtamento locum habet, ut eſt communis opinio quam tenent Speculator & Ioannes Andr. de teſtamen.§ ſequitur.uerſiculo & quid de ſuccedente ab inte.& Bal. etiam in add. illius.Ioãnes Faber Fulgoſius Alex.Corneus,& Iaſ.col.6.in l. fin.C. de edict.diui Adri.toll.& ibi etiam Cynus & Albericus, & Curtius Iunior col.pe.& Philippus Decius col.13. eſtque communis opinio ſecundum Iaſo. ubi ſupra & ſecundum Andræam Tiraquell. de morte parte.7. declar 7. nume.13. Hanc ergo communem opinionem intellige primum in hærede uere teſtamentario, deinde etiam in hærede teſtamentario interpretatiue ut hic. ſecundum quod poſt Bal. Cumanum & Fulgoſium.ſ.oſtendimus. 24 *Int.l. 3. C. de inof teſt l. ſi.C. de edi. diui Adri.*

Illud aũt dubium eſt,† an in terminis huius legis ſi liberorum quidam eſſent inſtituti.quidã uero præteritũ,an teſtiñ ualeret? & vr ualere.quia & in terminis.d.§. ex imperfecto,& d.l.ſi.C.fami.erciſſunt qui uellint teſtiñ ualere minus ſolenne, licet ex liberis quidã fuerint inſtituti qdam 26 *Int.l. 1. C. de inof teſt. l.ſi.C.fa.er. l.hac conſ.§. ex imperfecto.C. de te.*

uero præteriti, ita Azo in ſumma huius tituli glo. in c. ſi pa ter, in uerbo. inſtituit de teſtam. lib. 6. & alii plures quos re fert Iaſ. nume. 16. in auth. nouiſſima infra hoc titu. Sed adhuc contrarium tenent alii quamplures quos retulimus ſupra, & hoc puto uerius tum per generalitatem huius legis quæ filios omnes inſtitutos fuiſſe uidetur exigere, tum & fortius quòd ratio expreſſa in hac lege ex qua lex inuitata fuit ad hanc ſubdititiam hæredis inſtitutionem inducendam, eſt coniectura materne pietatis, quæ quidem coniectura ſumitur ex eo quòd omnes filios natos hæredes inſtituit, unde idē factura & in perſona poſthumi creditur, ſi per tempus ſibi teſtamentum mutare liceret, quæ coniectura uel ex toto, uel ſaltem ex parte ceſſat quando non omnes filios hæredes ſcripſit, ſicq; cum hoc caſu ſit minor ratio huius legis correctoriæ, uel ſaltem uehementer exorbitantis extenſionem facere non licet. Ad d. §. ex imperfecto dic ut ſupra de ſucceſſio. creatio. in §. 21. nu. 68. edocemur. ſupra de ſucc. crea. tene contrarium quia præteritus forte erat ingratus ſicque mater non deſiit eſſe pia ut dixi ſupra in ſimili. ergo aliud ſi præteritus uincat in querela.

26 *Int. l. 1. C. de inof. teſt. l. ſi. C. fa. er. l. hac cõſ §. ex imperfecto. C. de teſt.*

Quid † ſi in terminis huius legis mater cæca foret? an ſubdititia hæc poſthumi inſtitutio adhuc a lege inducere-
tur, mouet quæſtionem quòd cecus inteſtando habet peculiarem prouiſionem per. l. hac conſultiſſima. C. qui teſtamen. facere poſſ. unde lex generaliter loquens ad caſus ſpecialem prouiſionem habentes non uidetur extendi. l. cohe redi. §. qui diſcretas. ff. de uulga. l. ſi non ſpeciali. C. de teſtamẽ. quia generi per ſpeciem derogatur. l. uxorem. §. feliciſſimo. ff. de lega. 1. c. generi, de regul. iuris lib. 6. unde d. §. ex imperfecto, & d. l. fina. C. fami. erciſ. non habent locum in teſtamento cęci facto inter liberos ſecundum Iaſo. numero quarto, in lege hac conſultiſſima. C. qui teſtamentum facere poſſunt. Sed contrarium ut tale teſtamentum cęci inter liberos factum licet ſit minus ſolenne ualeat, tenent Bartolus Angelus Salicetus Paulus Caſtren. Alexand. & Decius numero trigeſimoſeptimo, in dict. leg. hac conſultiſſima. quæ opinio ut receptior ita & uerior eſt, per ea quæ dixi ſupra de ſucceſſio. creatio. §. uigeſimoprimo, numero ſexageſimoſexto, unde & in ſpecie noſtra magis eſt legem noſtram procedere etiam ſi mater eſſet cęca, quia lex generaliter loquens comprehendit etiam caſus qui alijs in rebus ſpecialem prouiſionem reperiuntur habere, ſi in ea re qua de agitur non reperiuntur habere prouiſionem peculiarem le. in fraudem. §. fina. ibi, quia generalis erat illa determinatio. ff. de mili. teſtament. ubi notat Bald. Decius conſilio quinto, Alciatus libro quarto paradoxorum cap. decimo, Decius in le. ex teſtamento. C. unde lib. Tiraquell. de preſcriptio. §. primo, gloſſ 11. Vnde hęc lex quæ generaliter loquitur magis eſt ut etiam cęcam teſtatricem comprehendat, quia & ſi cęci quo ad ſolennia teſtandi reperiantur habere ſpecialem prouiſionem, tamen quo ad iuſtitiam diſponendi de qua hic agebatur nihil differunt a reliquis. & præterea etiam quo ad ſolennitatem teſtandi cum inter liberos teſtantur nihil differunt a reliquis qui inter liberos ſimiliter teſtantur, ut diſſeruimus ubi ſupra. Sicq; collige ad hanc. l. duas not. extenſiones prima ut procedat etiam ſi cęca eſſet teſtatrix altera ut procedat etiam ſi teſtamẽtum eſſet minus ſolenne.

27 *Int. l. 3. C. de inof. teſt. l. ſin. C. fam. ercd. hac cõ ſul. §. ex im perfecto. C. de teſta.*

† Quid autem ſi præceſſerat aliud teſtamentum ſolẽne, an per iſtud teſtamentum in terminis huius tex. reuocaretur? mouet quæſtionem quòd hanc ſubdititiam poſthumi inſtitutionem lex facere non deberet in pernitiem eorum qui priore teſtamento inſtituti fuerunt, argum. l. cum auus. C. de eman. lib. l. ex facto, ff. de uulga. & pupilla ſubſtitu.

Ad huc contrarium teneo per generalitatem huius legis, & quia teſtamentum etiam minus ſolenne factum inter liberos ſuperius etiam ſolenne infirmat communis opinio eſt ut per Alexan. conſil. 163. numero primo, & 7. & 8. lib. 7. & conſi. 172. eod. lib. & conſi 159. nume. 6. eod. lib. Guilielmus Benedi in c. Raynutius, de teſtam. uerb. teſtamentum. 1. num. 82.

Quæro an id teſtamentum non ſolum ualeat, ſed etiam uideatur habere clauſulam codicillarem? & teneo q̃ uidea tur. nam & idem eſt regulariter in quolibet te tamento in ter liberos, ſecundum Alex. & Benedi. in locis ſupra citatis Idem Alex. conſi. 6. nu. 4. lib. 6. Corneus, Alexan. Iaſ. Curt. Iunior, & alij in d. §. ex imperfecto. 28 *Alia ext.*

Quæro quid ſi is poſthumus eſſet ſpurius? reſponde ut in ſimili diſtinguitur in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfici. & q̃ in ſimili dixi ſupra §. 21. nu. 54. cum ſequen.

Sequitur l. cum ex cauſa.

L. CVM EX CAVSA.

1 *Teſtamento reſciſſo quomodo intelligatur libertas non reuocari.*

2 *Quæ ſint differentiæ inter libertates directas, & fideicommiſſarias.*

3 *Teſtamento reſciſſo libertates directæ facilius, quàm fidei commiſſariæ quare pereant, noua ratio.*

4 *Intellectus ad l. Papinianus. §. ſi ex cauſa, et §. ſi. ff. de inoffic. teſt.*

1 *Teſtamento reciſo quomodo intelligatur liber tates non reuocari.*

X HAC lege cum ex cauſa. Nota † q̃ teſtam. per querelã reſciſſo fideicõmiſſariæ l bertates præſtitæ non reuocantur, ſimile in l. cum duobus in fi. ĩ. eod. cum concor. ibi, in gl. allegatis, & in l. Papinianus, §. fin. & in l. ſi aũt. ff. hoc ti. & diſtingue nam aut loquimur quando teſtamentum rumpitur pro partem, tãtum, & pro reliqua parte firmum manet, aut quando ex toto reſciſſum fuit ĩ. quinquennium, aut quãdo ex toto reſciſſum fuit, ſed poſt quinquennium. Primo caſu quando ex parte tantũ teſta. reſciſſum fuit, tũc libertates non pereunt tex eſt in d. l. cum duobus intellige multipliciter. Primo in libertate directa, ut ibi, in uerb. & directæ competunt. Secundo intellige in fideicommiſſario, ut ibi in uerb. & fidei cõmiſſariæ præſtandæ ſunt. Tertio intellige non ſolum ſi poſt quinquẽnium, & ſic iure ſpeciali ageretur, ſed etiam ſi intra quinquenniũ querela mota eſſet, iuxta l. Papinianus. §. fin. cum l. ſeq. ff. hoc tit. l. ſi quis filium. ĩ. eod. tit. nã etiam hoc caſu libertates competerent, ut tenet glo. fi. in d. l. cum duobus, in ultima ſolutione, quæ uera eſt, & ſing. ſm Paul. ibi. Quarto intellige ut hoc caſu competant libertates etſi uiginti aurei ab illis ſeruis non præſtentur, ut tenet d. glo. quam ſequitur, & ſing. dicit Paul. ibi licet alias uiginti aurei ſoleant præſtari pro libertate quando teſtamento reſciſſo libertates ſuſtinentur, ut dict. l. Papinianus. §. fin. cum lege ſeq.

Secundo aũt caſu quando teſtamentum ex toto reſcinditur. ĩ. quinquennium, & ſic de iure communi. tunc autẽ loquimur in libertatibus directis, aut in fideicõmiſſarijs. Primo caſu iure digeſtorum libertates peribant, hodie aũt nõ euaneſcũt, ſed conſeruantur per auth. ex cauſa. C. de lib. præt. & in corpore unde ſumitur ſm Sali. Paul. Fulg. & Iaſ. hic gloſ. Bar. & alij in d. l. Papinianus. §. fin. & eſt communis opinio quam intellige ex mente, & ſententia eorum etiãſi uiginti aurei ab ipſis ſeruis non præſtentur ei, qui querelã mouit & obtinuit, & bene. Secundo caſu cum erant fideicõmiſſariæ libertates iure. ff. non peribant, ſed conſeruabant præſtitis uiginti aureis ei, qui querelam mouit, & obtinuit ut d. l. Papinianus, §. fin. cũ l. ſeq. Hodie etiã nullo præſtito, ſm cõmu. opi. ſ. relatã per d. authen. ex cauſa, & per tex. in corpore, unde ſumitur.

Tertio caſu principali quando teſtamentum, & ex toto reſciſſum fuit, & poſt quinquennium, tunc libertates tam directę, quàm fideicommiſſarię ualebant præſtitis uiginti aureis ab illis libertis ei, qui querelam mouit, & obtinuit ut d. l. Papinianus. §. fin. idq; de iure digeſtorũ, ſed iure hodierno, quo utimur poſt d. auth. ex cauſa, competunt hoc caſu etiam nullo dato ſecundum communem opinionem ſupra relatam.

Sed

2 *Quæ ſunt differentiæ inter libertates directas & fideicommiſſarias.*

Sed† an hodie ſit aliqua differentia inter libertates directas & fideicommiſſarias mouetur quæſtio, quia hodie per omnia exequata ſunt legata fideicõmiſſis. l. 1. ff. de leg. 1. l. 1. & 2. C. com. de lega. §. ſed olim, inſt. de lega & §. noſtra, eodem tit. communis opinio eſt, quòd etiam hodie ui geat differentia, ut ſunt etiam aliæ quinque differentiæ inter legata, & fideicommiſſa quas enumerat gloſſ. magiſtra, in l. Iulianus, ff. de manu. teſtamento, quę gloſſ. approbatur communiter ſm Ripam. nu. 24. in d. l. 1. ff. de leg. 1. Et ad. l. 1. ff. de leg. 1. dum ait per omnia exequata ſunt legata fideicõmiſſis, reſpondetur quòd illa lex loquitur in effectu non tamẽ in modo ineundi, uel in creatione, uel etiam ꝙ legata, quę hodie differunt in creatione à fideicommiſſis ea etiam in effectu differunt, quæ autem fideicommiſſis non differunt in creatione, non quoq; differunt in effectu ubi not. per Vigil. in §. legatarijs, inſt. de leg. & Couarru. in ca. Raynutius. §. 10. nume. 3. de teſtamen. Franciſ. Duaren. in l. iuris gentium. §. ꝙ ideo. ff. de pact. & quæ eſſet ratio differentię, inter libertates directas, & fideicommiſſarias Paulus hic ait† quia fideicommiſſariæ duorum uoluntate nitantur, ſcilicet teſtatoris relinquentis, & hęredis pręſtantis, & ideo difficilius tolluntur q̃ directę, quę ſolius teſtantis uoluntate nituntur, quę ratio nihil eſt, nam hęres, qui neceſſe debet etiam inuitus fideicommiſſario libertatem præſtare, dum eam pręſtat nihil dediſſe, neque uoluiſſe uidetur argumen. tex. in l. unum ex familia, §. ſi de falcidia, ff. de leg. 2. ſed ſolus teſtator, & uoluiſſe, & dediſſe uidetur ut ibi. Aliam rationem aſſignant Faber, & Angel. in §. in fraudem, inſtit. in quibus ex cauſ. manu. non licet. tu dic ueram rationem eſſe, quia legata non poſſunt relinqui niſi in celeberrima, & ſolenniſſima uoluntate, qualis eſt teſtamentum non autem in codicillis, & alijs ultimis uoluntatibus, ita probat tex. in §. præterea, inſt. de fideicom. hęre. & in princ. inſt. de fing. reb. per fidei relict. fideicommiſſa aũt poſſunt etiam in codicillis relinqui ut per totum. ff. C. & inſt. de iure codicil. & de codicillis, unde reciſſo per q̃relã teſtamento, libertates directę quę iure tantum teſtamenti relinquebantur, & nitebantur ſimiliter reſcindebantur, & peribant, niſi cum teſtamentum iure ſpeciali per q̃relã poſt quinquennium motam reſcindebatur, tunc enim etiã directę libertates ſuſtinebantur, quaſi hoc caſu teſtamentum quo ad eas reſciſſum non uideretur, ita intelligitur l. Papinianus. §. ſi ex cauſa, & §. final. ff. hoc titulo. Sed fideicommiſſarię libertates cum etiam codicillis, & quauis ultima uoluntate ab inteſtato poſſent relinqui euenie bat, ut licet teſtamentum per querelam reſcinderetur ipſe fideicommiſſæ libertates quaſi ab inteſtato ſuſtinerentur cum de ſui natura etiam codicillis ab inteſtato relinqui potuiſſent. Hodie autem quid iuris dicimus in materiam legatorum. ſ. lib.

3 *Teſtamẽto reciſo libertates directæ ſtatim quã fideicõmiſſa ruę quarepe reant noua cauſa.*

L. SI PATER.

1 Q*Verela præparata quando tranſmittatur ad hæredes, intelligitur multipliciter.*
2 *Declaratio.* 1.
3 *Declaratio.* 2.
4 *Declaratio.* 3.
5 *Declaratio.* 4.
6 *Declaratio.* 5.
7 *Declaratio.* 6.
8 *Declaratio.* 7.
9 *Querela non præparata etiam hodie non tranſmittitur cum communi.*
10 *Querela competens contra teſtamentum an traſmittatur*
11 *Teſtamentum an poſſit impugnari à liberis filij emancipati præterit, qui contra teſtamentum nil dixit.*
12 *Querelã an detur nepotibus.*
13 *Succeſſorium edictum an ſit in querela, uel in bonorum poſſeſſione contra tabulas.*
14 *Liberis ſuccurritur tribus remedijs.*
15 *Intellectus. l. 3. § ſi emancipatus. ff. de contra tab.*

I PATER TVVS. Ex hac lege ſi pater tuus not. † ꝙ querela præparata tranſmittitur ad hæredes. facit. l. ſcimus. §. final. & l. ſi quis filium, hoc tit. & ff. eodem l. poſthumus, §. fina. & l. quemadmodũ, & l. Papinianus. in principio. 1 *Querela præparata quando trãſmittatur ad hæredes intelligitur multipliciter.*

Secundo not. quòd frater habet querelam contra teſtamentum fratris, Ad idem & l. ſi fratris, l. ſi fratres, hoc tit. & §. ſoror. inſt. eod. tit. & l. Papinianus. §. ſed nec impuberis, ff. eod. tit.

Contra primum not. pro ratione dubitandi facit, quia regulariter actio iniuriarum non tranſit ad hęredes ut in §. 1. inſtit. de perpet. & temp. actio. facit. § fin. inſt. de iniur. l. 1. ff. de priu. delict. querela autem ſimilis eſt actioni iniuriarum l. Papinianus, in prin. ff. hoc tit. facit l. cum quædam. C. de leg. authẽ. ut cum de appell. cog. §. ſola enim eſt noſtrę ſerenitatis intentio, collat. 8.

Sol. ut actio iniuriarum non tranſit ad hæredes iniuriam paſſi ante litem conteſtatam ut dd. ll. ita neque querela tranſit. regulariter antequam præparetur ut hic.

Hęc concluſio ut querela præparata tranſmittatur intelligitur multipliciter. Primo† quando lis fuit conteſtata & agnita bonorum poſſeſſio ut in l. poſthumus, §. fin. ff. hoc titulo. facit l. Papinianus, §. 1. eodem titu. cum enim per querelam inofficioſi teſtamenti reſcindatur teſtamentum ut in d. l. poſthumus, §. ſi quis ex his, periculum erat ne is qui querelam mouebat poſtquam obtinuiſſet hæreditatem repudiaſſet, ſicq; & hæres ſcriptus propter teſtamẽti. reſciſſionem hæreditate priuaretur & fraudaretur, & ipſe qui querelam mouebat eam hæreditatem abiectam miſſamq; faceret. per quod teſtator damno afficeret, argu. §. 1. inſt. de his qui manu. non poſ. & l. quia hoc. ff. de interrog. actionũ. ideoq; hoc caſu prouiſum eſt. ut qui querelam mouet regulariter poſt litem conteſtatam compellatur agnoſcere bonorum poſſeſſionem, id eſt hæreditatem iure prętorio adire & agnoſcere. ueluti ſub hac conditione ſi in querela obtinuerit, licet enim ſub conditione hæreditas de iure ciuili adiri non poſſit, nec etiam pure, ſi ipſa hęreditas certo & indubitanter delata non eſt, ut in his qui hæres, in prin. & l ſed & ſi de ſua, & l. cum quidam. §. quòd dicitur, 1. & 2. ff. de acqu. hęre. iuncta l. actus legitimi. ff. de reg. iur. Tamen de iure prætorio cum utroq; uitio diſpenſatur ut & agnoſci poſſit hæreditas quæ non ſatis certo delata uel nondum delata eſt, & quòd ſub conditione ea agnitio fieri poſſit, ut l. 3. §. ſi ſub ea, ff. de contra tabu. l. 2. §. ſi ſub conditione. ff. de bonorum poſſ. ſecundum tab. Eaq; promiſſio ut ſcilicet non ante quis litem querelamq; inofficioſi teſtamenti perferre admitteretur quam talem bonorum poſſeſſionem agnoſceret. quia ut per implemẽtum conditionis non uidetur induci aditio hereditatis ut in l. 1. ff. de condi. cauſa data. ſed tantum præparare ſe ad ideũdam hæreditatem, ita quoque per querelam inofficioſi teſtamenti non uidebatur quis etiam ſi obtinuiſſet hęreditatem acquirere, ſed tãtum prępparare ſe uidebatur, ut remoto teſtamenti impedimento poſſet hęreditatem ab inteſtato adire ſi uellet, uel etiam reſpuere, non ſecus quam ille qui conditionem ſub qua inſtitutus fuit impleuit. ita in ſpecie probat tex. in d. l. poſthumus, §. ſi quis ex his, ff. hoc titulo iuncta dicta lege prima ff. de condition. cauſa data. quod uerum eſt niſi qui querelabat ſuus eſſet ut in dicta le. quemadmodum, ff. hoc titulo per rationem quam diximus ſupra eod. l. 2. licet iſta per doctores non ſic declarentur nec intelligantur forte.

Intellige ſecundo noſtrum tex. † ut' querela tranſmittatur quando lis fuit conteſtata licet bonorum poſſeſſio nõ eſſet agnita, nam adhuc querela ſufficienter præparata uidetur ad hunc effectum ut ad hęredes tranſmittatur, ut in d. l. quemadmodum. 3 *Declar. 2.*

Tertio intellige etiam ſi nec bonorum poſſeſſio fuerit agnita nec lis conteſtata, ſi tamen libellus fuerit oblatus, ita probat. d. l. quemadmodum. 4 *Decl. 3.*

5 Quarto † intellige etiam ſi libellus non fuerit oblatus nec ullus actus iudiciarius factus, ut d.l. quẽadmodum, dum modo is animum querelandi haberet, & hũc animum ante mortem aliquo actu exteriori declaraſſet, ita ſentit glo.noſtra dum ait quòd quacunque declaratione, patet, ſecus ergo ſi nulla declaratio huius animi fuiſſet, Idemq; tenent Faber.hic & in d.l.ſcimus,§.fin.infra hac lege tenet expreſſim Paulus,tranſeunt ſimpliciter cum glo.Iaſ. Areti. Fulgo.Sali.Bal.Ang.Bar.Butrig.Alberi.Petrus & alii, & eſt communis & uera opinio, Ratio, quia animi declaratio non tranſit ad hæredes ut per glo. communiter ibi & ubique approbatam in l.inter ſtipulantem. §. ſi ſtichum.ff. de uerborum oblig.tex.cum glo.in l.Idem Pomponius ſcribit ſi frumentum,§.fin.ff.de rei uend. Hinc dicimus q̃ animus in mente retentus nihil operatur l.ſi repetendi.C.de condi.ob.cau. cum ergo actio iniuriarum per diſſimulationem iniuriam paſſi tollatur.§.fin.inſt.de iniur.& diſſimulaſſe uideatur qui non aperuit animum uindicandi, cuius animi declaratio ad hẽredes non tranſit,ſupereſt ut hẽc exhẽredationis iniuria uel etiam prẽteritionis,propter quam datur querela, diſſimulatione abolita uideatur, niſi animum querelandi aliquo actu exteriore exhẽredatus oſtenderit. Simile in aditione hæreditatis quæ licet nudo animo fiat. §.fin.inſt.de hẽre.quali.l.gerit.l.pro hẽrede,ff.de acquiren. hẽre.l.ſi auia,C.de iure deliber.tamen ſecundum ueram & communem opinionem oportet quòd animus ille aliquo actu exteriore uel uerbis aperiatur ita tenent glo.Bar.Bal. Paul.Aretin.& Alexan.& Moderni in l.mutum.ff. de acqu. hære.glo.in l.pro hærede, et communiter Doct. in prin.ff. eod.& Paulus hic.

Deda.4.

6 Quinto†intellige ut querela præparata tranſmittatur etiam ſi competat contra teſtamentum fratris ſecundum glo. noſtram.

Deda.5.

7 Sexto † idem ex mente gl.in querela quæ competit patri uel matri contra teſtamentum filii.

Declar. 6.

8 Septimo †idem in querela quæ competit contra teſtamentum parentum, itaq; querela præparata tranſmittitur generaliter, ſiue illa competat contra teſtamenta liberorũ deſcendentium,ſiue etiam cõpetat contra teſtamenta aſcẽdentium, ſiue etiam contra teſtamenta tranſuerſorum, & & ita tenent communiter doct. hic.

Declar. 7.

Limita ut querela prẽparata non tranſmittatur quando is qui prẽparauit renunciauit querelæ ſecundum Paul.hic per glo.l.cum mota.C.de tranſ.ubi communiter per Doct. & in l.poſtquam liti.C.de pact.

9 Secunda regula eſt,quòd † querela non præparata non tranſmittitur, ita probatur hic a contrario ſenſu & in l.ſcimus in fin. per locum ab ſpeciali infra eod.& in l. poſthumus,§.fin.cum l.ſequen.ff.eod.tit. per rationem de qua ſupra.Quod uerum de iure uetere,hodie autem ẽt non præparata generaliter tranſmittitur ſecundum glo.noſtram cũ qua ſimpliciter tranſeunt nullam de ea facientes mentionem Bar.Bal.& Aretinus hic.

Querela nõ præparata ẽt hodie non trãſmittitur eum cõi.

Sed eam expreſſim reprobant.Iaſ.hic,Idem Iaſ. in l.ſcimus.in fi. infra hoc tit. & Fulgoſius & Paulus & Albericus & Angel. & Odofred. & Cynus & Iacob. Butrig.& Ioannes Faber dum ſe refert ad dicta per eum in l.ſcimus, infra hac l.in fine ubi eam reprobat. Idem Petrus de Bellaperti. hic, Idem Petrus de Bellaper.Cynus Bal.& Ange. in d. l.ſcimus in fi.Ang.in l.nam & iis,ff.hoc titu.Paul.in l.ſi quis filium.hoc titul Petrus in d.l.ſcimus,in fin.& ibi Iacob. Butrig. & Albericus. Mouentur quia non e inductum eſt per le.ſcimus, in fin. & dict. l. ſi quis filium, hoc titulo quòd querela non præparata tranſmittatur, non quidem generaliter ſed tribus demum concurrentibus ſcilicet, quòd querela competat deſcendentibus, competatq̃ contra aſcendentes, tranſmittaturq̃ ad deſcendentes tam tranſmittentes quam eius cuius de ſucceſſione agitur quæ oĩa ſimiliter inquiunt cõcurrere debẽt ut hæreditas nõ adita rõne ſanguinis tranſmittat ut in l.unica C.de his q̃ a ãt apt.tab.in cuius terminis ut cõtigat trãſmiſſio oportet q̃ ſit de liberis is q̃ trãſmittit,& ẽt is in quem tranſmittitur, ut præter Doct.ſupra citatos.hanc dicunt communem opinionem reprobata gloſſ.quæ ibi.contrarium tenuit Corneus in d.l.unica.Idem Corneus in l.2. C.ad Orfici. & Iaſ. in l.ſi infanti.C.de iure delib.

Ergo querela non præparata non tranſmittitur,intelligo primo quando querela competebat fratri contra teſtamentum fratris,ut hic ſecundum communem opinionem etiam hodie. Secundo intellige etſi competeret patri contra teſtamentum filii. Tertio etiam ſi competeret matri cõ tra teſtamentum filij.Quarto idem forte in bonorum poſſeſſione quæ competit patri emancipatori,contra teſtamẽ tum filij emancipati ut in terminis l.1.& per totũ.ff.ſi quis à par.fuerit manumi.nam illa bonorum poſſeſſio eſt multum ſimilis querelę inofficioſi teſtamenti,ideoque querela inofficioſi teſtamenti poteſt concurrere cum illo remedio ut in l.puterfilium,ff.hoc titu.ſm intellectum quem ad illum tex.aſſignamus.Quinto forte eadem ratione idem uideretur in bonorum poſſeſſione contra tabulas,quæ datur patrono contra teſtamẽtum liberti,ut per totum.ff.de bo. libert.& in terminis l.1.& per totum.C.de bonorum poſſ. contra tab.liberti.

Ratio iſtorum eſt,tum q̃ uitanda eſt legum correctio. l. ſi quando,in prin.hoc titul.l.unica. C.de inoffi dot.tum ẽt quia querela quæ datur liberis contra teſtamentum patris magis debita eſt quàm ea,quæ datur patri contra teſtamẽtum filij,uel ea,quæ datur fratri contra teſtamentum fratris.argum.l ſcripto.ff.unde liberi.l.cum ratio.ff. de bo.dã. unde d.l.ſcimus.§.fina.quæ corrigit,uel ſaltem limitat legẽ noſtram quando querela competit liberis contra teſtamẽtum patris non debet extendi ad querelam, quæ competit patri contra teſtamentum filij.uel fratri contra teſtamentum fratris.Sexto ergo intellige ſm Doct.quando competebat querela contra teſtamentum patris, & agebatur de ea tranſmittenda ad liberos filij exhæredati,ſecus ſi ad hæredes extraneos,quia ſm Doct.communiter ſupra relatos, tunc ad extraneos hæredes non tranſiret per rationes, de quibus ſupra.

10 *Querela cõpetens contra teſtamẽ. an tranſmittatur.*

Limita† ut querela etiam non præparata competens filio contra teſtamentum patris tranſmitttatur ad liberos ipſius tranſmittentis ut d.l.ſcimus in fina.Sed an idem etiã in querela quę competebat contra teſtamentum matris, & puto quòd ſic argumen.d.l.unicæ. C. qui ante apertas. tab.ubi hæreditas matris etiam non adita tranſmittitur ad liberos tranſmittentis non ſecus, quàm ſi eſſet hæreditas patris,& cum per hanc querelã acquiratur hæreditas idẽ iuris in ea quod in hæreditate intelligimus inductum fuiſſe,uel induci debere,& eſt ex mente Doctorum,de quibus ſupra mentionem habuimus,dum arguunt de tranſmiſſione hæreditatis ad tranſmiſſionem querelæ.Præterea hæreditas matris liberis non minus debetur,quàm hæreditas patris.argumen. dict.l.unicæ,& l maximum uitium,C.de lib. præteri.

Stat ergo concluſio ex ſuperioribus, q̃ eſt tranſmiſſio in querela inofficioſi teſtamenti.Sed an in ea ſit ſucceſſorium edictum continuo uidebimus.Verum in bonorũ poſſeſſione contra tabulas,quòd ſit ſucceſſorium edictum tenet,& firmat communiter teneri Iaſ. col. fin.in rubr.C.de ſucceſſ.edict.Idem tenet,& firmat communiter teneri Decius ibi col.fin.& tenent Angelus,Paulus,& Alex.nume.4. in l.ſi quis poſthumos.§.filium,ff.de liber. & poſthum.tenent Azo,Accurſius,Dynus,& Albericus,in l.illud.§.1. ff. de bonorum poſſeſſio.contra tabulas ubi etiam tenet Bartol.Raynerius,& Albericus,in l.ſi hęres duobus.§.fin.eod titulo.Dynus,& Albericus,in leg.3.§.ſi emancipatus, eodem titul.ſequitur & ait eſſe communem opinionem Alex. col.fina.in rubr.C.de ſucceſſ.edict. ubi Corneus col.2. ait quòd tenetur ab omnibus,& Curt.Iun.num.15. firmat eſſe communem opinionem, licet contrarium teneant Corne. ubi ſupra & Sebaſtianus Sapia ibidem, col. final.poſt alios quos ipſi referunt, tradit Emanuel de à Coſta, in lege Gallus.§.& quid ſi tantum pagina.140. ff. de liber. & poſthumis.

Adde

11 *Testam. an possit impugnari à liberis filij emancipati præteriti, qui contra testamẽ nil dexit.*

Adde Emanuel de acosta in l.Gallus.§.& quid si tantum nu.206.de lib.& posthu.dum quærit † si filius emancipatus sit expressa causa præteritus (quo casu & olim ipso iure absque ulla expressione causæ testamentum ualebat iure tam ciuili,q̃ prætorio glo.approbata in l.filiũ.§.sed quemadmodum in uerb. contra emancipantem.ff.de contra tab. quę approbatur communiter secundum Iaſ.in l. posthumo nato.nu.25.C.de contra tab.& hodie ualet ita demum si iusta causa exprimatur glo.approbata in auth. de hęre. & fal. §.exheredatos) & dum quęrit inquam an talis filius repudiando bonorum possessionem contra tabulas, uel expressim,uel tacite per lapsum anni præiudicet etiã nepotibus, ut & ipsi nequeant contra testamentum aui aliquid dicere, præmitte q̃ si nepotes ex filio emancipato essent in potestate aui, tunc si præterirentur, esset ipso iure nullum aui testamentum.§.ita demum,inſt.de hæred. quæ ab intesta.l. posthumorum.de iniusto rup. & non loquimur isto casu, sed quando ipsi nepotes erant etiam extra potestatem, & puto nepotibus præiudicium fieri, nam cõtra testamentum aui nil dicere possunt propter præcedentiam filij l. si quis posthumos.§.filium,de lib.& posth.l. si quis filio exhæredato de iniusto rupto.ff.l. si quis filium, ibi (omne adiutorium).C.ff.de inoffi.testam.neque etiam quicquam dicere possunt contra factum,& repudiationem patris,illam quasi inofficiosam,& in eorũ fraudem factam,arguendo ergo &c. q̃ non possint patet, nam non potest dici filius in fraudem filiorum feciſſe si nepotibus hæreditatem quærere non putauit, quam sibi suspectam credidit.arg.l. quia poterat.ff.ad Trebellian.

Infero intell.ad l.filio pater,deleg.1.ff. quæ secundo loco probat nostram sententiam,ubi filius hæreditate patris abstinens impius erga patrẽ esse non uidetur,quia propter honorem patris non debebat se oneribus hęreditatis implicare,sic & in proposito is filius propter commodum nepotum non debebat se illius hęreditatis oneribus implicare, quam suspectam putabat.

Infero intell.ad l.filio præterito.ff.de iniusto rupto.quę tertio probat nostram sententiam ut licet, ibi filius abstinens nepotes similiter præteritos haberet, ipsi contra eũ nil dicere possent, quia non debebat propter commodum nepotum implicare se oneribus hæreditatis quam suspectam sibi esse putabat.

Infero intell.ad l. fin.ff.de cond. institutio. cum conc. in quibus filius institutus habet substitutum uulgarem, ut ipso abstinente substitutum capiat hæreditatem exclusis nepotibus quia successio ex testamẽto excludit successionem ab intestato,nec dicatur q̃ poterunt nepotes uenire cõtra testamentum aui,quia non possunt cum ille satisfecit legi, & equitati, filium qui erat in primo gradu instituendo,nec possunt quicquam dicere contra repudiationem filij, quia propter utilitatem nepotum nõ debebat implicare se oneribus hęreditatis, quam suspectam sibi,& damnosam censebat.

Postremo est tex in l.qui autẽ.§.1.ff. quæ in fraud.credi. ubi in fraudem creditorum feciſſe non uidetur, qui repudiat legatum,ergo nec in fraudem filiorũ,qui repudiat hæreditatem patris sui quantuncunq; mero iure quęsitam, nã & legatum mero iure quæsitũ est. Stringitur hoc fund. nã si illud in creditoribus multo facilius in filijs quibus præferuntur creditores l.Papinianus.§.quarta.ff. de inoffi.test. Iaſin auth.nouiſſima,col.2.in prin.de inoffi.testa.C. Stringitur secũdo,nam si illud in legatis multo magis, & facilius in hereditatibus,cũ legata non habeant suspectũ onus sicut hęreditas l.si hereditatẽ.ff.mandati. Confirmat̃ vlt. per l.si sponsus.§. si maritus.2.ff.de donat. inter uirum & uxorem inducendo eodem modo quo d.l.qui autem.

12 *Querela an detur nepotibus.*

Prædicta † quando filius fuit excluſus uoluntate, quid aut si in potentia, quia iuxta ex causa fuit præteritus an nepotes ex eo possint proponere querelã uel cõtra tabulas? & uideꝫ q̃ sic,quia hoc casu auus impie se habuit erga nepotes,quod in specie uĩ probare l.3.§. si emancipatus.ff.de contra tab.& inter hunc casum & superiorẽ est differẽtia. Ratio, nam isto casu nepotes excluduntur magis propter impietatem aui testantis, quam propter sterilitatem hæreditatis,illo uero casu, magis propter sterilitatem hæreditatis,quam propter impietatem testantis. Adde quòd d. Emanu.ubi supra.nu.206.tenet, quòd licet iure C.& ff.in bonorum possessione non esset successorium edictum, tamen iure nouo authenticorum erit,quia cũ in præteritione propter quam datur contra tabulas requiratur expressio causæ non secus,quàm in exhęredatione propter quam datur querela.§.aliud quoq; in auth.ut cum de app. cog.se quitur quòd propter hanc omnimodam similitudinem erit successorium edictum in contra tabu.bonorum possessione non secus quàm in querela, quæ ratio aperte retor queritur in ipsum quia olim nec in præteritione,nec in exhæredatione requirebatur causæ expressio, & sic quo ad hoc erat inter præteritionem & exhæredationem omnimoda similitudo non secus quam hodie†ergo dicẽdum est, quòd ut olim in querela erat successorium edictum,ita & in bonorum possessione contra tabulas,cum data paritate termi norum esset olim eadem similitudo inter exhæredationẽ & præteritionem,quæ est hodie,&c. Denique in querela inoffic osi testamenti, quòd sit successorium edictum tenẽt Bar.in d.§.si filium.Idem in l.si is qui,& in l.pater filium,in lect.& iterum in rep.col.2.ff.de inoffi. testament. & in l.si quis filium,hoc tit.est communis opinio secundum Roder. Suares in l.quoniam in prioribus,ampl.10. infra eod.Bart. in l.in suis,num.9.ff.de lib.& posth. Curtius iun.num.11.in rubr.C.de succeſſ edict.ubi Iaſ.nume.5.& Decius nume.6. hanc firmant esse communem opinionem, quòd & firmant Alex.ibi.col.fin.& Alciatus parado.lib.4.c.16. Acosta in d. §.& quid si tantum pag.141.Viglius num.3. in prin.inſt.de inoffi.test.Sapia in d.rub.col.penul.

13 *Succ. edict. an sit inquerela uel in bo.po.contra tab.*

Postremo considera quòd aut nepotes ex isto filio emancipato erant in aui potestate retenti, & sine dubio eorum præteritione uitiatur testamentum aui,l.posthumorum.ff. de iniusto rupto.Aut non erant in potestate aui retẽti, sed in potestate ipsius emancipati & tunc procedit quòd diximus,repudiationem patris eis nocere, eo præsertim, ne eorum patri inuito aui hæreditas quæreretur,argum.l.qui in aliena.§.interdum.ff.de acquiren.hæred. Aut si nepotes nec in aui potestate erant,nec etiam in potestate patris, & tunc utcunque filius fuisset ingratus, negari non potest quin auus inofficiosus fuerit erga nepotes, & consequenter succurrendum eis sit,cum igitur eis succurrendum iudicauerimus in eo dum taxat quæstio iam erit quo iure eis succurratur,uitium per ius dicendi nullum, an per bonorũ possessionem contra tabulas aui per inofficiosi querelam.

14 *Liberis succurritur tribus remedijs.*

Etenim † tria ut liberis consulatur prodita sunt remedia nempe ius dicendi nullum,quod suis tantum cõpetit quorum præteritione ipso iure regulariter uitiosum est testamentum,l.inter cętera,& per totum.ff.de lib. & posthu.& contra tabulas bonorum possessio, quæ liberis præteritis accommodatur,siue illi emancipati sint, siue etiã sui,l.maximum,C.de lib.præteri. §.sunt autem inſt.de bon.possess. & querela inofficiosi testamenti quæ suis exhæredatis datur,ut per totũ. C.& ff.& inſt.de inoffi.testam.& etiã emancipatis secundum tamen distinctionem quam docuimus supra eod.titu.l.11.

15 *Intell.l.3.§. si emancipatus.ff. de cõtra tabu.*

Considera ergo hanc ad rem satis difficilem tres casus. †Aliquando,& primo in terminis,d.§.si emancipatus, nepos ex emancipato filio habet contra tabulas, quod est quando tempore mortis aui tenebat re uera primũ locum & præteritus fuit, ita procedit d.§.in primo respõso. d.l.1. §.uocantur,& l.illud.§.1.eod.tit.& gl.1.in l.3 in princ.eod. tit.Aliquando & secundo re uera tempore mortis aui tenebat primum locum nepos,sed tamen propter odium patris fuit exhæredatus,& tunc habet querelam non contra tabulas,ut in secundo respõso,d.§.probabilius est.n eundem casam continuari in hac tamen querela merita nepotis considerabuntur,ut ibidem,ut si ipse ingratus erga auũ non fuit uincat in querela.Aliquando & tertio nepos ex emancipato non tenebat re uera primum locum mortis tempore aui

quia

quia filius exhæredatus precedebat eum, & tũc aut nepos fuit institutus, & planissimum, aut preteritus, & planum quòd non habet contra tabulas, sed dubium an habeat ex persona sua querelam per successorium edictum quasi inofficiosus fuerit auus, qui eum preterijt, quòd uidetur per l. pater filium, cũ conc. de inoffi. ff. uel quasi (ut ibi ait Bar.) exhæredatus is nepos uideatur, aut re uera exhæredatus fuit nepos, & idem ut habeat querelam exhæredatio, nãq; non pôt uideri res inepta in ijs qui possunt uocari ad querelam, quinimo utilissima est, finge hunc nepotem ex proprijs demeritis, iuste exhæredatum certe succumbet in querela, finge rursus preteritum forte secus, ut scripti ad probandum ingratitudinem non admittantur, argum. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. auth. ut cum de app. §. aliud, sed uidetur contra argum. l. 4. uel. 5. ff. de inof. testam. quod sal tem uerum de iure. ff. ergo nostra inspectio utilis erit iure nouo inspecto, hæc in nepote ex mancipato, quem uides quo iure utatur siue fuisset in aui potestate retentus post patris emancipationem, siue in ipsius patris emãcipati potestate esset, siue etiam foret sui iuris non existens in aui emancipatoris potestate, nec etiam sub potestate patris emancipati, & uide quæ diximus supra §. 20. num. 130. lib. 2. de succ. creatione, & infra in l. si quis filium, hoc titu. & quæ supra diximus sub tit. de trasmissionibus.

L. CVM QVAERITVR.

1 *Querelam non exhæredatio sed inofficiositas parit, cum Bal. & Emanu.*

CVM queritur. In hac lege cũ quæritur, ex lege nostra collige quoddã iuris elementum, quod passim a nostris pertermissum ne dicam ignotum est † ut querelam inofficiosi testamenti non tã exhæredatio, quã inofficiositas producat, etenim cũ quæritur an quis de inofficioso testamento agere possit non tam est in consideratione utrum sit institutus an exhæredatus uel forte præteritus, quã utrum debitã portionem ex testamẽto eius cuius de successione agitur habuerit uel nõ habuerit, ita probat plane, l. nostra, Ad idẽ. §. igitur, instit. eod. l. parentibus. infra hoc titu. l. Papinianus. § quarta. & §. qm̃ aũt quarta, & §. sed si quis mortis, & l. si nõ mortis. ff. hoc ti. docet elegãter ingeniosus Emanuel de Acosta, in l. Gallus. ff. de lib. & post. §. & qd si tm̃, in 1. par. pag. 1. Bal in l. pr̃, filiũ, col. 3. uers. sed tũc immediate. ff. hoc tit. l. nõ putauit. § fi. ff. de bo. pos. cõtra tab. l. & si ex modica, ff. de bo. lib. l. 2. §. 1. ff. quod cum eo. d. l. Papin. §. m miniſſe, ubi Bar. nu. 4. ff. hoc tit. Itaq; querela dat ijs qui integrã legitimã nõ habuerũt, ut hic cũ conc. supra allegatis. Intellige multipliciter, primo si in minore portione q̃ legitima essent instituti. Secundo si essent exhæredati & iure legati uel alio minorẽ portionẽ q̃ legitimã accepissent, id est accipere potuissent. Tertio ẽt si essent præteriti & minorẽ portionẽ q̃ legitimã possent capere, titulo forte legati uel alio, ut dd. ll. & l. ita tm̃. §. si quis rogatus, ff. ad Treb. is. n. cui minor legitima portione relicta fuit poterat querelã mouere siue in eo quod sibi relictũ fuit institutus esset, siue exheredatus esset, siue etiã preteritus, id est neq; heres institutus, neq; exheredatus preteritus. n. int elligit, q neq; institutus est, neq; rite exhæredatus ẽt si uniuersam hæreditatẽ eius cuius de succ. agitur titu. fideic. uniuersalis acceperit, ut d §. si quis rogatus, & in. §. eadẽ. inst. de hær. quæ ab inte. & in l. posthumo nato C. de bon. poss. cõtra tab. ubi p Ias. nu. 5. post alios.

2 *Querelam non exhæredatio sed inofficiositas parit cum Bal. et Emn.*

Limitatio. Superiora hodi multipliciter immutata sunt, nam cum plus & minus quadruplici habita ratione dicatur, nempe ratione rei & ratione causæ, & ratione temporis, & ratione loci, ut in §. plus, cum materia instit. de act. hinc eueniebat vt querelam non solum ille haberet qui minus re & tempore ex partis testamento capere poterat, sed etiã ille q̃ minus causa uel tpe uel loco, q̃ oĩa hodie immutata uidentẽ. Ergo in primis licet iure isto cõpeteret querela ei cui minus re, uel quantitate relictum erat, ut hic cum concor. supra allegatis. hodie secus est cum querelam mouere non possit, sed tantum ad supplementum legitimæ agere, ut in l. omnimodo, & in l. scimus, in prin. infra eod. & in l. quoniã in prioribus, in prin. infra eod.

Limit. 2. Præterea & secundo, licet is cui integra legitima ratione rei, olim fuerat relicta, posset querelam mouere, si per appositionem conditionis uideretur oneratus, sicq; minus causa relictum esset, ut in l. si pater puellæ, à contrario sensu, & in l. filius matrem, à contrario sensu, & utrobique notat Paul. Idem Paulus & Salic. in l. quoniam in prioribus, hoc titulo. tamen is hodie querelam mouere non posset, sed conditio reiiceretur per d. l. quoniam in prioribus, & l. quæ nuper. & l. scimus, in prin. & l. si quando. §. & generaliter, in fi. hoc tit. qua de re latè differimus in d. l. quoniam, & in d. l. omnimodo.

Limit. 3. Tertio licet is qui minus legitima portione recepisset ratione temporis posset olim querelam mouere, argum. d. l. quoniam ibi, dilationibus & eorum quę tradunt docto. per tex. ibi in l. si mater. in prin. ff. de uulg. & pupil. substit. tamen hodie non potest mouere querelam sed dilatio reiicitur, re lictumq; repræsentatur, ut in d. lege quoniam, & in lege scimus. §. cum autem, hoc titulo, & utrobique late differimus.

Limit. 4. Deinde & quarto licet ratione loci olim posset esse querela ueluti si filium heredem scripsi in rebus quas Aphricę habebam, quæ re uera implebant legitimam, sed tamen locus ille illaue habitatio parum accommoda, & opportuna esset nobis Hispanis, tunc olim huius assignationis ratione esset querela, argum. eorum, quæ diximus in l. omnimodo. §. imputari, hoc tit. & argum. l. cum res. ff. deleg. 1. tamen hodie secus est, commutabitur enim legitimę assignatio, querela autem non accommodabitur, argum. l. scimus, in prin. & d. l. quoniam. & d. §. cum autem, & eorum quæ diximus in d. §. imputari.

Limit. 5. Postremo licet is qui habuit ab initio integram legitimam ratione euictionis postea sequente, posset olim querelam mouere, arg. d. l. scimus, in prin. hodie tamen secus est, ut ibidem, ubi etiam late differimus, itaque omni ex parte huius legis materia uidetur hodie immutata.

Legitimæ quantitas inspicitur tẽpore mortis. Secundo nota, † quòd legitimæ quantitas inspicitur tẽpore mortis, ad idem est tex. in §. quantitas, inst. de leg. Fal. & in l. cum quæstio. §. fin. ff. eod.

Limita primo, ut non tempus mortis, sed tempus fãctæ donationis inspiciatur quando testator immẽsam donationem uni ex filijs suis fecit, ne si tempus mortis quo tempore substantia patris erat exhausta inspiceretur, filius legitima fraudari uideretur, ita procedit auth. unde si parens, cum materia infra hoc titulo, secundum Iason. hic ubi uidebimus. *Limit. 1.*

Limit. 1. Secundo limita nisi si pater ex forma statuti teneretur filio assignare legitimã in uita, pro soluenda filij condemnatione ex delicto descendente, tunc enim inspiceretur tẽpus assignationis legitimę secundum communiter receptã sententiam, argum. l. eius qui. §. 1. ibi, bona quoque quę tũc habuit cum damnaretur. ff. de testam. ita tenent Bal. in l. 2. de adopt. C. Romanus in l. filiofa. 2. per illum text ff. soluto matrimonio Alberi. in tertia parte statut. quæst. 36. quę incipit pulchram & subtilem. Iaf. hic, qui refert alios uoluisse ut inspiciatur tempus commissi delicti, ut per Bal. in l. 2. C. de reu. his quæ in frau. cred. Bal. & Imola in l. lex Cornelia. ff. de uulg. & pupill. & ibi Alex. & Bal. in l. si qua pœna 2. lect. ff. de his qui sunt sui, uel alieni iur.

Limit. 3. Tertio limita secundum quosdam nisi pater in uita uoluntarie assignasset legitimam ipsi filio, tunc enim non tempus mortis patris, sed legitimę assignatæ, uel traditæ inspiceretur, unde legitima non creseret licet patris facultates augerentur, ita tenent Iacob. Butrig. in l. pactum. C. de collat. Bal. in l. 2. C. quæ in fraud. cred. Idem Bal. in l. fin. de usur. rei iud. & in auth. res quæ. C. com. de legat. Angelus in l. si ponas. §. fin. ff. hoc tit. Idem Ang. in l. stipulatio

latio hoc modo.ff.de uerborum obligat. quæ opinio magis communiter reprobatur ſecundum Iaſ.hic. & in auth. nouiſſima infra eodem titulo. Idem Iaſ.in l.ſi quando.§.illud per tex.ibi infra eodem dixi late,in l, quoniam in prioribus hoc titulo.

Sequitur auth. nouiſſima.

Huius authen. relect.collocaui ſupra de ſucc. crea. §.20. ult. par.

AVTHEN. VNDE SI PARENS.

1 *Querela datur ad reuocandam inofficioſam donationem.*
2 *Inofficioſa donatio reſcinditur conditione ex lege cum communi.*
3 *Falcidia quid dicatur.*
4 *Titulus inſtitu inducitur per illa uerba relinquo filio pro ſua falcidia, uel pro ſua legitima, uel pro ſua parte, cum commun. contra alteram fere communem.*
5 *Querela inofficioſæ donationis datur etiam hæredibus, cum communi.*
6 *Donatio inter patrem & filiumfamilias ualet ſi nititur in meritis filii,quæ merita regulantur cum ipſa donatione,qua in re confeſtioni patris non ſtatur, cum communi.*
7 *Iuramentum de non reuocando donationem inofficioſam non impedit eius reuocationem, cum communi.*
8 *Donatio inofficioſa ſimplex, uel iurata reuocari non poteſt per renuntiantem, cum communi.*
9 *Donatio maioris patris bonorum an reuocetur per eum, qui cogitauit de liberis. quòd non ſi uoluiſſet cum communi, alias ſic contra communem.*
10 *Donatio maioris patris bonorum etiam iurata reuocatur ſuperuenientia filiorum, cum communi.*
11 *Donatio inofficioſa re, & conſilio an in totum reuocetur.*
12 *Donare poſſum uni ex filijs prius matrimonij pluſquam omnibus filijs ſecundi matrimonij,cum communi contra Salic. & Iaſ.*
13 *Hæreditate repudiata poſſum agnoſcere emphyteuſim, quam pater accepit,pro ſe & uno ex filijs ſuis cum communi.*
14 *Maioratus idem admittit.*
15 *Donatio inofficioſa ut uideatur quæ bonorum contributio fiat.*
16 *Donatio inofficioſa ut reſcindatur non inſpicitur quantitas bonorum quæ erant tempore donationis, nec illa quæ eſt tempore mortis, ſed fit contributio contra Bart. Paul. Iaſon. & alios cum Petro.*
17 *Donatio inofficioſa uſque ad legitimam tantum reuocatur.*
18 *Renunciare an poſſimus remedio legis ſi nunquam.C.de reuoc. dona.*
19 *Fideicom. non ſubintelligitur ea condit. ſi ſine liberis decefſerit, quando onerat⁹ eos tempore teſtamenti habebat, cum communi.*
20 *Fructus an reuocentur cum donatio culpa conditionem non implentis reuocatur.*
21 *Inofficioſitas quando arguatur ex actu inter uiuos legitimam filius an capere poſſit propria authoritate.*

VNDE ſi parẽs. Nota.ex hac auth.unde ſi parens, ꝙ ad ſimilitudinem querelæ inofficioſi teſtamenti datur querela inofficioſæ donationis, ut ſi per donationem immenſam & inofficioſam legitima liberorum fraudetur, tunc liberis ſubueniatur, non ſecus, quàm ſi per ultimam uoluntatem fraudaretur. Ad idẽ l. Titia Seia.§.Imperator.ff.deleg.2. &.§. Lucius, eiuſdem legis l.1.2. & l.ſi totas,& per totum infra de inoffic. donationi.& in authen.de imm.donati.per totum. uidebatur cõtrarium per l.non uſque.ff.ſi quis à paren. fuerit manu. ubi habetur ꝙ non eſt inhibenda patrifamilias rerum ſuarum alienatio,liberaq; adminiſtratio, ſed id intelligitur.ſ & limitatur per noſtrum tex. & ſimiles, ut procedat cum moderamine hoc, ne fraudetur liberorum legitima: eſt tamen

1 *Donatio inofficioſa reſcindatur querela.*

longa differentia inter querelam inofficioſi teſtamenti & querelam inofficioſæ donationis, quia per illam totum teſtamentum regulariter reſcinditur & infirmatur, l.Titiam, l.poſthumus, §.ſi quis ex his.ff.hoc titu. de quo latiſſime in l.cum duobus,hoc tit. at per iſtam non totam donationem reuocamus,ſed uſque ad legitimam tantum liberorum moderatur, ut in l.2.& l.ſi totas,& l.ſi liqueat, infra titulo primo, & hic.

Ergo ſi liberi putant donationem quaſi inofficioſam reſcindi quæritur,qua actione conſequantur, ut uſq; ad debitum bonorum ſubſidium reſcindatur, & communis opinio eſt quòd conditione ex hac auth.uel ex hac lege,cũ conc. ſupra allegatis,ita tenent Odofredus, Bal.Paul.Alber.Guihel.& Iaſ.hic,& Azo.in ſumma huius tituli,Bar.& communiter alij in l.1.C.de inoffi.donationi.monẽtur quia ut ſupplementum legitimæ petitur conditione ex lege omnimodo infra hoc titulo ſecundum gloſſ. & magis communiter doct.ibi.ubi diximus, ita quoque & ſupplementum legitimæ in hoc caſu per ſimilem conditionem ex lege conſequendum eſt,ſed certe iſthæc non ſunt ſimilia, nam in terminis d.l.omnimodo ſupplementum legitimæ contingit ipſo iure ex legis diſpoſitione ad ſimilitudinem iuris accreſcendi,ut in d.l.omnimodo,& in l.ſcimus,in prin.infra hoc tit.unde qua actione, uel iure petitur & conſequimur id quod primordialiter relictum fuerat in teſtamento, eadem quoque actione conſequimur & iliud quod accreſcit uel ſuppletur per legem,ut contra communem opinionẽ probaui in d.l.omnimodo, ſed in ſpecie noſtra ſupplementum legitimæ non contingit,ipſo iure ex legis diſpoſitione,ſed demum poſtquam cœpit liquere inofficioſam fuiſſe donationem ut in d.l.ſi liqueat,cum concor.ſupra allegatis: unde hoc caſu magis eſt ut id ſupplementum legitimæ conſequamur per querelam inofficioſę donationis, uel per conditionem ex lege.

2 *Inofficioſa donatio reſcinditur cõditione ex lege cum communi.*

In tex.ibi,nomine falcidię,Nota ex tex.iuncta gloſſ.†falcidię appellatione proprie uenit ea quarta quæ de ſingulis relictis deducitur & iure inſtitutionis debetur, de qua per totum.ff.C.& inſt.ad legem Falcidiam.

3 *Falcidiaquæ dicatur.*

†In proprie autem uenit & comprehenditur Trebellianica, quæ deducitur ex relictis uniuerſalibus de qua per totum.C.&.ff.ad Treb.& inſt.de fidei.hęre.Impropriſſime uero uenit legitima liberorum ut hic, & hęc glo.eſt ſingularis ſecundum doct.hic qui eam omnes ſequuntur. Vnde ſi paterfamilias dixit relinquo filio centum pro ſua falcidia,perinde eſſet ac ſi diceret pro ſua legitima,ſecundum Bar.Bald.Ang.Areti.Paul.& Iaſ.hic.Idem Bar.in l.pero, in prin.ff.de leg.2.Idem Bar.in l.filium.§.ſed & ſi portio, ff.de leg.præſt.Idem Bar.in l.fin.ff.de pecul.lega.Bar.in conſilio incipiente conſultus ſuper prædicto.Bal.in l.quoties,C.de hære.inſtit. Cuma.in l.his uerbis.ff.de hęred.inſti. Romanus in l.nam quòd.§.non omnis. ff.ad Trebell.Cardi.in ca. Raynutius de teſtam.Paul.conſ.179.in caſu præſenti, & idẽ ſi dixit teſtator relinquo centum filio pro ſua parte ſecundum Bal.& Paul.in l.humanitatis,C.de impuberũ, quod & communiter tenent doct.in l.ſcimus,in prin.infra hoc titu. ubi dixi,ficq; ſiue dicam relinquo centũ filio pro ſua legitima,ſiue pro ſua falcidia, ſiue pro ſua parte ſemper uideor iure & ti.inſtitutionis reliquiſſe,& conſequẽter ualet teſtamentum non ſecus q̃ ſi in ijs expreſſim eſſet inſtitutus ſm magis communem opinionem ſupra relatã, contra quã tenent Iaſ.hic.Idem Iaſ.nu.24.in auth. nouiſſima, ſupra hoc tit.Salicetus in d.l.humanitatis. Idem Sali.hic. Idem Salic. in l.quoties,C.de hære.inſti.Barb. & Imola in d.c. Raynutius.Idem Imola in d.l.his uerbis,in prin.& in l.1.in §.ſi ex fundo,ff.de hęre.inſti.Alex.cõſ.70.lib.2. Matthęſill. notab. 159.Idem Alex.in l.1.ff.ad legẽ Fal.in prin.Idem Alexan.in d.l.nam quod §.non omnis,ff.ad Treb. Idem Alex.in d.l.humanitatis,qua de re dic ut diximus tam in d.auth.nouiſſima quàm in d.l.ſcimus,in prin.

4 *Titulus inſtitu.inducitur per illa uerba relinquo filio pro ſua falcidia uel pro ſua legitima.uel pro ſua parte,cum communi contra alteram fere communem.*

Item not.ex iſto tex.ꝙ†liberi etiã hæredes poſſunt per hanc querelam impugnare teſtamentum parentis cui hæredes extiterunt, ita tenent Salicet.Paulus, & Iaſo. & alij commu-

5 *Querela inofficioſæ donationis datur etiã hæredibus cũ communi.*

communiter hic, Imola & Cumanus in l. Titiam Seio, §. Imperator, ff. de leg. 2. Imola in c. fin. col. 6. extra de donat. tradunt cõmuniter glo. & doct. in l. cum a matre. C. de rei uendi. Id quod aduersus repugnates ueriſſimum puto, nam & ſi ſim inſtitutus hæres in minore portione quàm legitima ſupplementum legitimæ per remedium legis omnimodo, iſto titulo poſſum conſequi, licet hęres patri extiterim, ergo idem & in hac querela quæ ad ſimilitudinem illius inducta fuit, ut patet in d. §. Imperator, & in omnibus legibus infra tit. 1. C. de inoffi. donation.

6 *Donatio inter patrẽ & filium ualet ſi nitatur in meritis filij quae merita regulantur cum ipſa donatione qua in re confeſſioni patris non ſtatur cum cõ.*

Item not. ex hoc tex. † quòd ualet donatio inter patrem & filium, quod intelligit multipliciter, primo in filio emancipato, Secundo etiam in filio in poteſtate, ſiquidem hæc donatio proceſſit ex cauſa aduentitia, dices tu, quod a patre proficiſcitur, id non poteſt eſſe aduentitium ſed profectitium, ſed certe ſecundum Bar. & alios hic etiam quod a patre proficiſcitur poteſt eſſe aduentitium ueluti ſi ex meritis & ſeruicijs filij proficiſcatur, ita ꝙ in remunerationem illorum meritorum etiam cuiq; extraneo ſimilem donationem paterfamilias feciſſet, nam quod ex induſtria & meritis noſtris acquirimus id aduentitium iudicatur, ſiue a patre procedat, ſiue ab alio, ut in l. cum oportet, in prin. C. de bo. quæ lib. ergo ſi hęc donatio filiofamil. contingit ex ui ſuorum meritorum, diligentię, & induſtriæ, negari non poteſt quin aduentitia uideatur, licet a patre proficiſcatur, & conſequenter ualet ſtatim, quia filius familias capax eſt aduentitiorum, ut in d. l. cum oporter, & l. fin. C. de bon. quæ lib. & per totum inſtit. per quas perſonas nob. acquiritur talis donatio moderetur quatenus eſt inofficioſa, ut hic, cũ ſim. ſupra allegatis, ita tenent Bar. Bal. Ang. Salı. Paul. & Iaſ. & alij communiter hic, Decius & communiter doct. in l. ſi donatione, C. de collatio. Intellige tamen ꝙ ualet talis donatio & iudicatur aduentitia quatenus regulariter & commenſuratur cum meritis filij, qua in re non ſufficit confeſſio patris, ſed oportet quòd aliter merita probentur, ſecundum doct. ſupra allegatos qui communiter ita tenent, quia ut opportune Bar. ait inter prohibitos non ſufficit confeſſio, quæ in fraudem legis emanaſſe præſumitur, & Decius poſt alios, ubi etiã per nouiſſimos in l. ſi donatione. C. de collat. l. 3. & 4. tit. de las donaciones, lib. 5. ordin.

Ergo tex. noſter & ſimiles intelliguntur, ut. in filio emancipato: Secundo etiã in filiofamilias qui propter benemerita donationem meruit: Tertio etiam in filiofamilias qui id non meruit nec demeruit, nam tũc talis donatio licet ab initio non ualeret tamen confirmaretur morte, ut in l. donationes, quas parentes, C. de donati. inter uirum & uxorem, ſicq; in terminis illius tex. intelligo ꝙ reliquis liberis ſubuenietur per querelam inofficioſę donationis non per querelam inofficioſi teſtamenti.

7 *Iuramẽtum de nõreuocãdo don. inof. non impedit eius reuocationem cum communi.*

Quero † quid ſi parens qui inofficioſam donationẽ fecit iurauit non reuocare illam, an nihilominus qua ſi inofficioſa reuocari poſſit? dic ꝙ ſic, quia hęc querela non donantis fauore, ſed potius fauore liberorum inducta fuit, ut hic cum ſimi. ſupra allegatis unde iuramentum parentis eis nocere non poteſt, ut in c. 2. de pact. nu. 6. & c. cum contingat, extra de iure iurãn. ita tenent Bar. & cõiter doct. in l. Titia Seio. §. Imperator. ff. de lega. 2. & eſt communis opinio ſecundum Alciatũ. in l. pactũ quæ contra. C. de pact. & ſm Tiraquellum in l. ſi unquã, C. de reuo. donati. in glo. 1. nu. 90.

8 *Donatio inofficioſa ſimplex uel iurata reuocari non poteſt per renuntiantem cum communi.*

Cęterũ † ſi donator qui oĩa bona ſua donauit expreſſim renuntiauit remedio legis ſi unquã, C. de reuoc. donat. ſiue id cum iuramento fecerit, ſiue ſine iuramento non poterit amplius uti remedio illius legis, quod conceditur in fauorem ipſius, cui fauori ipſe poteſt renuntiare, ut in l. pe. C. de pact. l. filio preterito. ff. de iniuſto rupt. eſt tamen uerum ꝙ hoc caſu liberi ipſius poterunt uti remedio huius tex. cum ſimi. ſupra allegatis, itaque ipſemet nullo remedio uti poteſt, liberi autem ipſius non poterunt uti remedio, dict. l. ſi unq̃, ſed tm̃ huius auth. noſtrę. ita tenent Bar. & communiter doct. in dict. §. Imperator, & eſt communis opinio, ut per Tiraquellum in d. l. ſi unquam, in glo. 1. num. 86. ubi per Ripam, q. 50. & Paul. Pariſius, cõſ. 73. lib. primo, quod poteſt defendi quando tempore donationis iam erant nati tales liberi, non ſic ſi poſtea naſcerentur, nam hi eam donationẽ nullo remedio impugnare poſſent.

9 *Donatio maioris partis bonorum an reuocetur p eum qui cõgitauit de liberis, quòd non ſi cõſtat eis nocere uoluiſſe cum cõmuni alias ſic contra cõmunem.*

Cæterum † qui maiorem partem bonorum donauit, & poſtea liberos ſuſcepit, de quibus tempore donationis cogitauit, an poterit uti remedio d. l. ſi unquam? Reſpondeo ꝙ ſi conſtat de liberis cogitaſſe eisq; nocere uoluiſſe, non poteſt uti remedio illius legis hoc primo. quòd ſi conſtat non cogitaſſe poterit uti illius legis remedio hoc ſecũdo. Idem ſi dubitetur cogitauerit nec ne hoc tertio, quinimo etiam ſi conſtet cogitaſſe de liberis ſi tamen non conſtet eis nocere uoluiſſe, putarem quòd habeat locum remediũ illius legis hoc quarto. Tria priora tenent Bar. & communiter doct. in d. §. Imperator, & cum Bar. eſt communis opinio ſecundum Tiraquellum in d. l. ſi unquam, in glo. 1. num. 61. ultimum probatur in generalitate d. l. ſi unquam, licet Bar. & doct. ubi ſ. in contrarium inclinent.

10 *Donatio maioris partis bonorum ẽt iurata reuocatur ſuper uenientia filiorum cum communi.*

Quid † ſi donaui maiorem partem bonorum, & non rẽnuntiaui d. legi ſi unquam, ſed tamen iuraui me non reuocaturum donationem, poſtea nati ſunt liberi, an potero reuocare? dic quòd ſic argum. l. fin. C. de non numerata pec. ita tenent Bar. & communiter doct. in d. §. Imperator, & eſt communis opinio ſecundum Alci. in d. l. pacta, quæ cõtra, & ſecundum Tiraquel. nu. 91. in d. l. ſi unquam, in prin. quaſi iuramentum eo pertineat, ut ipſe non tẽmere, & ſine ulla noua cauſa eam donationem reuocet, cæterum ex iſta noua cauſa, quòd liberi ei nati poſtea fuerint poſſit retrocedere quaſi de hoc caſu non cogitauerit, cum donauit minimeq; donaturus eſſet ſi de eo cogitaſſet.

11 *Donatiũ inofficioſa re, & conſilio an in totum reuocetur.*

Adde † ꝙ inofficioſa donatio etiam re, & conſilio non reuocatur niſi uſque ad legitimam tantum, ſecundum Bal. Paul. Aretin. Iaſ. & alios communiter hic, niſi facta ſit extraneo, nam tunc ſi inofficioſa reperiatur reuocatur etiam in totum ſecundum Bar. in d. §. Imperator. ubi ita tenent Cuman. & ibid. etiam Imola Bar. & Paul. in l. 1. C. de inoffi. donatio. Paulus hic Imola, & Abb. in c. fi. de donat. Romanus conſil. 206. pro deciſione eorum, per l. ſi libertus. §. pen. ff. de iure patron. & hæc eſt communis opinio ſecundũ Iaſ. hic in fine.

Contra hanc communem opinionem, ut inofficioſa donatio etiam ſi fiat extraneo non reuocetur in totum, ſed tantum uſque ad legitimam, tenent glo. & Iaſ. hic gl. Guil. & Bal. in l. 1. C. de inoffi. donatio. Aret. conſi. 47. uiſis & diligenter. quod uidetur uerius per generalitatem l. ſi liquet, & l. ſi totas, & fere per totum. C. de inoffi. donat. & quia ut teſtator poſſet ab omni ſua hereditate ſuos filios exheredes & remotos relinquere data eis ſola legitima l. Papinianus. §. quarta, &. §. quoniam autem quarta. ff. de inoffi. teſt. §. fin. inſt. eod. l. cum quæritur, & authen. nouiſſima, & l. parentibus, & hic iſto tit. ita & per actum inter uiuos, idem poterit aſtringe, nam maior libertas quo ad hoc eſſe debet in diſpoſitionibus inter uiuos, quàm in ultimis uoluntatibus argum. §. per traditionem, inſt. de rerum diui. l. ſed non uſque. ff. ſi a par. fuer. manum. quia alienatio quæ fit inter uiuos eiusq; libertas quaſi à iure gentium deſcendere uidetur d. §. per traditionem l. ex hoc iure. ff. de inſt. & iure l. iuriſgentium. ff. de pact. libertas uero diſponendi per ultimas uoluntates eſt meri iuris ciuilis glo. communiter ibi approbata in d. l. ex hoc iure, quinimo id ius ciuile aduerſatur iuris naturæ principijs, ut diſſeruimus ſupra. §. 1. & ſecundo.

12 *Donare poſſum uni ex filijs primi matrimonij pluſquã omnibus filijs ſecundi uxoris matrimonij, cum communi cõtra Salic. & Iaſ.*

Item nota † ꝙ uni ex filijs ſecundi matrimonij poſſum conferre plus, q̃ omnibus liberis primi matrimonij ſecundum Odofredum, Paul. Bald. Iaſ. & alios hic, & ſecundum Odofred. in l. 1. de inoffic. donatio. C. intelligendo ꝙ iſte filius cui inofficioſa donatio facta fuit erat ſecundi matrimonij, ſicq; limitatur l. hac edictali. C. de ſecundis nupt. dũ ait, ꝙ ſ cundo marito mulier non poteſt dare plus, q̃ uni ex liberis primi matrimonij, ut non procedat in liberis, ſed tantum in marito.

Contrarium tenent Salic. in d. l. hac edictali, & Iaſ. hic, ne fraus fiat dictæ legi hac edictali. tene primam opinionem Iaſ.

nem ne lex illa ad extra ſuos terminos extendatur, nam abſurdum eſſet, ut quod mater poſſet extraneis relinquere id non poſſet uni ex filio ſecundi matrimonij conferre, nec per hoc fieret fraus dictæ legi hac edictali, cum hodie bona materna non acquiruntur patri niſi tantum quo ad uſumfructum, ut per totum. C. de bo. mater.

13 *Hereditate repudiata poſſum agnoſcere emphyteuſim, quã pater accepit pro ſe & uno ex filijs ſuis cum cõmuni.*

Item noſter tex. inducitur ad quæſtionem † q̃ ſi recepi emphyteuſim pro me & uno ex filijs meis, ille filius poteſt meam hereditatem repudiare, & emphyteuſim amplecti. Ratio, quia pater poteſt filio ſuo ſtipulari, cui filio ex patris ſtipulatione poſt mortem patris dabitur actio directa ſi patri hæres extiterit, q̃ ſi hæres non extiterit dabitur uti lis actio ita dicit l. quodcunque, cum glo. ſua in §. pen. ff. de uerb. obligat. & ita in ſpecie tenent hic Bal. Salic. Paul. Iaſ. & Aretin. hic. Idem Bal. in l. qui ſe patris. C. unde lib. & in authen. quas ruinas. C. de ſacroſan. eccle. & eſt communis opin. Idemq; ſimiliter † in maioratu procedit per eandem rationem, ut illo agnito hereditatem repudiare poſſim, idq; uſitatiſſimum eſt, argum. l. apud Iulianum in prin. ff. ad Trebell. de quo hodie habemus Taurinam l. ita decidentẽ, & de materia huius tex. uide late per Berenga. in l. in quartam. ff. ad leg. Fal. qui multipliciter ampliat. ubi ſuprà. † & adde aliam ampliationem, ut procedat non ſolum ſi poſt donationem bona patris non ſint aucta, uel diminuta, uel etiam diminuta ſint, ſed ut procedat etiam ſi ſint aucta, nam fit contributio eorum bonorum quæ fuerunt donata cum iis quæ remanent, & ex totis legitima datur filijs, nam finge me. 400. habuiſſe, & 300. donaſſe inofficioſe, deinde cẽtum, quæ mihi remanebant, ita aucta fuere, ut tẽpore mortis ampliata ſint uſque ad 300. tunc fiet cõtributio de 300. quę donaui cum aliis 300. quæ mortis tempore reliqui, ut ſic filio pro legitima dentur. 200. & tamen ſi inſpiceremus tempus factę donationis tunc filio pro legitima non debebantur, niſi 100. 13. ita tenet Berenga. ubi ſuprà fol. 29. pag. 1. in fine. Idq; probatur in corpore ibi aut aucta, & iterum in uerſi. ut non minus cuius ſenſus eſt, q̃ tantum filio pro legitima mortuo patre debeatur, quantum deberetur ſi re uera donatio facta nõ fuiſſet, unde ſubinfero q̃ ſi poſt donationem c. illa perirent, ut nil ultra res donatas tẽpore mortis pater haberet, tunc pro legitima filijs deberentur ſola centum, quia tantundem habituri eſſent ſi re uera donatio facta non fuiſſet, pro hoc in ſpecie l. 2. ĩ. de inofficio. donat. ibi, ut tibi quartam. Ad idem l. ſi totas, & l. ſi mater, & l. ſi liqueat, eodem tit. & probatur ratione, nam querela inofficioſę donationis datur ad inſtar querelę inofficioſi teſtamenti, ergo ut in illa reſpiciuntur bona quę ſunt tempore mortis, ita & in iſta debent inſpici non quæ ſunt ſed quę forent tempore mortis ſi donatio non fieret. † Infero falſum eſſe, quod Bar. Paul. & Iaſ. & cęteri aiunt, quòd l. noſtra corrigens l. cum quæritur, induxit ne inſpiceretur tempus mortis, ſed factæ donationis. nam neque inſpicitur quãtitas quæ eſt tempore donationis, nec illa quę eſt tempore mortis, ſed quæ foret tempore mortis ſi donatio facta non fuiſſet, optime facit tex. in authen. de immen. donat. in prin. faciunt notata per Roderic. Xuarez in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen. ampliatione. 10. col. pen. & fol. 33. col. 3. & fol. 35. col. 2.

14 *Maioratus idem admittit.*

15 *Donatio inofficioſa ut uideatur quæ bonorum contributio fiat.*

16 *Donatio inofficioſa ut re ſcindatur nõ inſpicitur quantitas bonorum quæ erant tempore donationis, nec illa quæ eſt tempore mortis, ſed fit contributio contra Bart. Paul. Iaſ. & alios cum Petro.*

Ergo aut bona, quæ iſte donator tempore donationis habebat ſunt in eodem ſtatu & menſura etiam tẽpore mortis, & tunc ueriſſima eſt opinio, & declaratio noſtra, ut inſpiciatur, non quantitas quę remanet tempore mortis, nec etiam quantitas quę fuit donata, ſed quòd fiat contributio utriuſq; ſummę & ex utraque filio querelanti detur legitima, aut bona poſtea fuerunt diminuta, & tunc ſimiliter non inſpiciuntur boua quæ ſunt tempore mortis, uel quæ erant tempore donationis, ſed fit contributio, & cumulus eorum quæ ſũt tempore mortis cum iis quæ donata fuerunt, & ex omnibus legitima deducitur, & idem ordo & modus probabitur quando bona poſt donationem aucta fuerunt & noſtram opinionem ſentit hic Petrus de Bellapertica.

Prætẽrea etiam ex hoc tex. ibi, quiſque ex hæreditate nomine falcidiæ tantum feret quantum potuiſſet ante donationem deberi. not. q̃ ĩnõ totum ſed uſq; ad legitimam tantum reuocatur donatio immenſa, idẽ probat l. ſi totas, infra tit. 1. & omnes ll. illius tituli. Sed opp. de l. ſi. unqua, infra de reuo. dona. ubi donatio immenſa ex toto reuocatur. Sol. ibi non reuocatur quia immenſa & ſic ex defectu poteſtatis teſtatoris (petet quia & non immenſa reuocaretur ut ibi) ſed reuocatur ex defectu uoluntatis ipſius defeciſſe autem uidetur uoluntas ex natiuitate liberorum, at in l. ſi totas. reuocatur ex defectu potentię, patet, quia uſq; ad legitimam tantum reuocatur in qua non poteſt donator filijs etiam naſcituris (ut ibi probatur) præiudicare at ſi ex defectu uoluntatis reuocaretur, tunc ex toto reuocatio fieret, ut in dict. l. ſi unquam. itaque quando fit reuocatio totius, tunc fit ex defectu uoluntatis, d. l. ſi unquam, at ſi fiat reuocatio uſq; ad legitimam tantum, tũc fit ex defectu poteſtatis, d. l. ſi totas, inter quas eſt & ea differentiæ ratio, quia ueriſimile eſt me nil extraneo daturum, ſi de liberis etiam naſcituris cogitaſſem, at præſumptum eſt non minus me filio nato daturum quod de liberis naſcituris cogitarim quàm ſi id in mẽtem non ueniſſet. Infero quòd renuntiatio l. ſi totas, ſiue illa tacita ſit ſiue etiam expreſſa, ſiue etiam iurata facta per patrem, nil prodeſt, nec pręiudicat filijs cum licet adſit uoluntas deſit potentia, Bar. in d. §. Imperator, col. 3. in prin. & eſt communis opi. ſecundum Tiraq. in l. ſi unquam, in prin. nu. 90. C. de reuo. donatio. ut ſuperius annotatum fuit. quando aũt uniuerſa bona eſſent donata tunc ultra prędicta remedia eſſet etiã remedium alterum quaſi non ualeret ipſo iure donatio, ſm doct. communiter in l. fin. C. de pact. arg. l. ſtipu. hoc modo concepta. ff. de uerbo. oblig. quòd alibi impugnauimus, quod intellige quando præſentia & futura donauit. dixi ſupra. §. decimooctauo, nume. 292.

17 *Donatio inofficioſa uſque ad legitimam tantum reuocatur.*

Infero q̃ renuntiatio l. ſi unquã expreſſa, & iurata uel expreſſa tantum uel tantũ tacita pèr patrẽ facta ipſi patri noceret ut donationem reuocare nõ poſſet, ſed an eius filius poſt donationem natus poſſet; dic q̃ ſic, ſi donatio lædit legitimam alias ſecus. & inter filios iam natos tẽpore donationis, & eos qui poſtea nati fuerunt non eſt differentia quo ad reuocationem fiendam per ipſos filios. quam tũc demum facere poſſunt cum eorum legitima læditur, d. l. ſi totas, iunctis alijs ll. illius tituli. Sed quo ad reuocationem faciendam per eorum patrem eſt differentia, quia ſi poſt liberos natos donauit nil unquã reuocare poteſt (licet eius filij quatenus læditur legitima poſſint) at ſi ante filios ſuſceptos donauit poterit p̃ d. l. ſi unquã, & ſunt quatuor uidenda, primum an tacita renuntiatio impediat remedium, d. l. ſi unquam: Secundo quid in expreſſa: Tertio quid in iurata: Quarto quid in generali renuntiatione qualis eſt, illa renuntiatio omni legum auxilio, ſine iuramento: Quinto quid ſi cum iuramento renuntiauit omni legum auxilio, in omnibus tene preter ultimam, q̃ non poteſt renuntiari beneficio auth. noſtrę per ipſum patrem, Itẽ in omnibus præter ultimam q̃ pater. poteſt renũtiare beneficio. d. l. ſi unq̃, ſi donatio non fuit inofficioſa, ſecus autẽ ſi inofficioſa fuit, in officioſam aũt dicimus etiam illam quæ lædit legitimam filiorum poſtea natorũ. l. ſi totas. C. de inoffic. donatio. quæ omnia uide per Bar. in l. Titia Seia. § Imperator. ff. de leg. 2. licet non ita declaret.

18 *Renunciare an poſſimus remedio legis ſi nunquam. C. de reuoc. dona.*

In contrarium tamen fortiter facit tex. in dicta lege Titia Seio. §. Lucius, ad finem. ff. de lega. ſecundo. ubi reuocatio immenſæ donationis uoluntate ipſius donatoris facta uidetur, niſi reſpondeas quòd ibi fit teſtatore uolente id quod fieret etiam ſi nolet. unde Poeta faxis ut libeat quod neceſſe eſt. Adhuc tamen in cõtrarium moueor, quia & ſi omnia bona mea donauerim tempore quo liberos non habebam non uideor inofficioſus. unde ſi poſtea naſcantur ceſſat noſtra auth. & habet locum, d. l. ſi unquam.

19 *Fideicom. nõ ſubintelligitur ea cond. ſi ſine liberis deceſſerit, quando oneratus eos tempore teſtamenti habebat, cum commun.*

Et cum quęritur an lex cum auus de condition. & demonſtration. cum ſimilib. procedant ſi teſtator nepotes tempore teſtamenti haberet & filios iam natos, & Decius conſi. 365. num. quarto, & Romanus conſ. 370. & Socin.

in d.l.cum auus de condit.num.35.ad fin.tenet ꝙ non procedat quod intelligi, & defendi potest cum donatio inofficiosa non fuit, secus si fuisset per prædicta.

Et considera ne erres, nam intelligendum est quod habebam filium & ex eo nepotem iam natum filium hæredem scripsi & iussi, ut post mortem suam extraneo restitueret uniuersam hereditatem, hoc casu procedit communis opinio, de qua supra, ut cesset prouisio d.l. cum auus.ff.de condit. & demon.& l.cum acutissimi.C.de fideicom.l.generaliter.§.cum autem.C.de inst.& substit.& similiter cessaret dispositio d.l. si unquam, sed tamen quia per tale fideicom. læditur legitima habebit locum l.omnimodo, hoc tit. & si per donationem id negocium fieret haberet locum nostra authen.

Illud autem quæri solet an quando reuocatur donatio, quia fuit inofficiosa, uel quia donator modũ donationi impositum non impleuit reuocentur etiam fructus, & quòd utroque casu etiam fructus non reuocentur, post plures aliòs quos ipse allegat tenet Gomesius in l. 27. Tauri. nu. 8. tene contra ipsum quòd si filius non implebit donationis modum, uel cond. reuocantur etiam fructus percepti argum.l.qui se debere.§.fin. & l. cum quis.ff. de cond. cau. da. gl. app.in l. si pecuniam. in prin.in fi. glo. mag.ff. eod. l. uideamus.2.in princ.ff. de usur. non obst. glo. quam ipse allegat, quia procedit, quando donatio reuocatur absque ulla culpa donatarij secus si ipse fuit in culpa, ut in proposito, uel glo. procedit in donatione, quæ ab initio fuit conditionalis, uel modalis. Hæc ergo procedunt quando agitur de reuocatione fructuum. nam licet uerum sit, quòd quando agitur de reuocatione inofficiosæ donationis non reuocentur fructus tum quòd fructus regulariter cedunt bonæ fidei possessori titulo possidenti l.in bonæ fidei.ff.de acq.rerũ dominio. tum ét quia testator nõ tenetur liberis suis fructus rerũ suarũ reseruare, & consequenter non tenetur ad fructuum reseruationem ille qui à defuncto causam habuit tamen quando reuocatur donatio ex defectu modi, uel conditionis impletæ aliud est, quia ille titulus reducitur ad non titulum. unde fructus sunt restituendi nõ secus, quàm si titulus nunquam interfuisset, adde quòd ut habeo in quæstione de facto idem esset in cõtractu oneroso transactionis, uel similis.

20 *Fructus an reuocentur cum donatio culpa conditionem non implentis re uocatur.*

21 *Legitima uel legitimæ supplementũ an capi possit propria authoritate.*

Quæro † an filius supplementum legitimæ propria authoritate capere possit, & Bar. ait in supplemento idem dicendum quod in legitima & recte per arg. de toto ad partem, ita Bar. hic qui in legitima generaliter ait propria authoritate capi non posse, in l.2.C.quando & quibus quarta pars lib.10. tamen considera quinq; casus à nemine nũquã consideratos. Primus est quando filio relinquatur legitima titulo legati, ut tunc eam minime possit capere propria authoritate l.nõ dubium.C.de leg.ratio, quia cũ omnia onera transeant in hæredem scriptum, & legitima sit præstanda salutis debitis l.Papinianus.§.quarta autem, de inoffi.testa. ff. forte debitis solutis nil in bonis manebit, unde non satis certum est, an rem sibi debitam filius occupauerit, & hanc considerationem habuit l.1.in fine.C.quorum legato. l 1.§. hæc uerba.ff.si cui plusquam per leg. Falci. l.1. in fi. pri. ad leg. Fal. ff. l. 1. ff. quorum leg. secũdum Xuarez in l. quoniam in prioribus. ff. eod. fol. 95. col. 1. cum seq. Secũdus casus, qñ filius fuit institutus in quota hereditatis pro sua legitima, quo casu põt eã propria authoritate capere per l.fin. ibi. ex asse, uel ex parte. C.de edict. diui Adria. & auth. de here. & Falc. §. in omnibus, quem ad hanc conclusionẽ allegat Bal. nu. 3. in l. si quis in suo. C. de inoffi. test. licet paũ faciat, sed accipe bonam rationem, nam per hoc nulla cohæredibus fit iniuria, cum pro qua parte hereditatem occupauit creditoribus satisfacere teneatur non secus, quàm hæredes etiam si nil sibi relinquatur. Tertius quando fuit institutus in quota bonorũ pro sua legitima, quo casu non põt eã capere propria authoritate fin Odofr. Buttrig. Bal. nu. 3. Salic. ad fin. in l. si quis in suo. ff. eod. titu. Xuarez contra d. fol. 95. col. 1. † cuius opinio probatur in l. Paulus. 1. ff. ad Treb. probatur noua ratione, nã cũ in filiũ in quota bonorũ institutũ non transeat onera l. subsignatum, §. bona, de uerb. signi. l. 6 quis seruum. § fin. cum l. seq. ubi Bar & alij. ff. de leg. 2. Bar. in l. ex facto, mag. col. 2. ff. ad Trebellia. iniuria fieret hæredi qui ad onera tenetur, quibus solutis nil forte bonorum reliquum esset, unde filium rem, in debitam occupasse appareret.

22 *I. Paulus ff. ad Treb.*

Quartus casus quando filius fuit hoc modo institutus filius in legitima hæres sto, & Odofre. Butrig. Bal. & Salic. ubi supra aiunt posse legitimam propria authoritate occupare, Bar. in d.l.2. & hic in fine sentit contrarium cum quo cæteri transeunt, cuius opinio uerior est, quia cum in filium ita institutum non transeant onera secundum Bar. in l. ex facto supra alleg. columna secunda. in princ. supra eod. superest. &c.

Quintus casus, quando in fundo uel rebus certis fuit filius institutus dato cohærede uniuersali, & tunc si non habuit cohæredem sine dubio. potest. idem si habuit sed repudiauit. ut. §. si ex fundo, l. 1. de here. instit. ff. † Sed an idẽ post quam hæres adiuit uel deliberabat Bar. ad huc idem in d.l. ex facto, col. 2. sequitur Paul. d.l. si quia in suo. ad fin. teneo contrarium, licet non reperiam condicẽtem, moueor quia quandiu est cohæres uniuersalis tandiu est loco legatarij talis filius l. quoties, de hær. instit. ff. ergo ut legatarius, &c. l. non dubium, C. de leg. Secundo quia cum tunc in ipsum non transeant onera sed tantum in cohæredem qui adiuit fit ei iniuria, si forte uniuersa hereditas debitis absoluatur. at in alijs casibus cum in ipsum tãtum filium transeant onera nulli fit iniuria. Nec obs. quòd Bar. ait ut talis inquit filius habetur pro hærede quo ad hoc ut possit sibi accrescere uniuersa hereditas, d.§. si ex fundo ita & quo ad hoc, ut possit rem propria authoritate capere, nam resp. contra ipsum Bar. esse, nam inde sequitur, quòd in quibus casibus sibi posset tota hæreditas accre. in ijsd. posset eandem propria authoritate capere, & non in alijs, unde ut deliberante uel adeunte hærede uniuersali hereditas sibi nõ accrescit, ita nec eandem potest propria authoritate capere: Infero quòd dũ Bar. in d.col. 1. in fi. an hæres institutus in re certa transmittat decedens ante agnitionem distingue, nã aut cohæres uniuersalis ante mortem istius repudiauit, aut nullum unquam habuit cohæredem, & non transmittit, quia ijs casibus iam mortis tempore hæres erat aut cohæres deliberabat & tunc transmittit, quia tempore mortis suę legatarius tantum erat unde si post mortem suam cohæres uniuersalis adiuit, hæres istius re certa institutus rem illam habebit, nisi repudiare mallit, sin autem hæres uniuers. repudiat tunc dubito an hæredi huius inuito uniuersa hereditas accrescat, & siquidem rem illam nondum agnouerat certum est inuito non accrescere, cum possit eam, ut legatum repudiare ꝙ & ipse prædecessor facere posset, at post agnitionẽ suam uel prædecessoris uidetur ꝙ inuito etiam uniuersa hæreditas accrescat, quia legatum ut agnosci uidetur cum suis oneribus præsentibus glo. in l. filius matrẽ, C. de inof. test. l. si cui, ff. de cond. & dem. ita & cũ oneribus futuris quæ euenire possunt de iure cõi, qualis est repudiatio hæreditatis, nondum quæsitæ, licèt secus si iam mero iure quæsita fuisset, ut l. cum hæreditate, & l. si minor, ff. de acqui. hæred. Infero ꝙ dum Bar. in d. col. 2. in dist. ait illam rem transmitti, etiam non agnitam errat, ut ex superioribus apparet.

Legitima in fundo relicta an a filio capi possit post aditam hæreditatẽ.

L. NEPTEM.

1 *INtell. l. neptem. in uerb. quamuis. C. de inof. test.*
2 *Querela datur neptibus ex filio emancipato etiam patre uiuo contra Accurs. & sequaces.*
3 *Querela cum alijs remedijs an possit concurrere.*
4 *Testamentum non uitiatur nure. ff. & C. usque ad tempora Iustiniani per præteritionem fœminarum contra communem.*
5 *Incell. l neptem. C. de inof. test.*
6 *Querela quando detur nepotibus.*

Neptem

1 *Intell. l. neptem. in verb. quanuis. C. de inoffi. teſt.*

NEPTEM. Ex hac l. neptem † ibi quanuis. iuncta glo. fin. quæ ait, quòd defunctum fuiſſe patrem ideo hic deſideratur, quia ſi defunctus non eſſet filiam præcederet ſicq; ipſa nullo iure ad impugnandum teſtamentum admitteretur, & cum hac glo. tranſeunt ſimpliciter doct. hic. ſed hæc glo. loquitur contra noſtrum tex. & contra omnem rationem, contra noſtrum tex. quia dum dicit quanuis pater fuerit defunctus, implicat, quòd idem procederet longe facilius etiam ſi pater eius uiueret, & contra rationem, quia ut in ſucceſſione abinteſtato neptis ex filio emancipato admitteretur ad aui inteſtati ſucceſſionem non ſola ſed ſimul cum patre ſuo per titulum de coniungen. cum emancip. ff. ut l. 1. in prin. & per totum illum titulum, ita quoque ſi teſtamentum fiat in quo teſtator tam erga filium emancipatum, quàm erga neptem in poteſtate retentam inofficioſus fuit, æquum eſt ut ad eius teſtamenti impugnationem admittantur tam filius emancipatus, quam neptis in poteſtate, ergo ſi tam filius emancipatus, quàm neptis in poteſtate retenta ſuperſtes eſſent, ipſe filius haberet contra tabulas bonorum poſſeſſ. & ipſa filia querelam inofficioſi teſtamenti, & reſciſſo ab utroque teſtamento hæreditas ab inteſtato inter ipſos diuideretur, iuxta titulum. ff. de coniungen. cum emancip. eſt enim contra tabulas bonorum poſſeſſio remedium reſciſſorium teſtamenti l. ut liberis. in princ. in uerb. reſciſſo. C. de collat. tradunt late Alexan. Corneus, Decius, Iaſon. & Curtius Iunior. & communiter alij in l. poſthumo nato, per tex. ibi. C. de contra tab. & querela inofficioſi teſtamenti eſt ſimiliter remedium reſciſſorium l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. hoc titulo, ſecundum quę habes hic tex. not. in uerb. quanuis, utꝫ expendimus probantem † quòd licet regulariter cum querela nullum aliud remedium concurrat. §. tam autem inſt. de inofficioſo teſtamen. l. qui de inofficioſo. ff. eod. tamen id procedit quando una eademq; perſona uellet tam querela, quàm alio remedio uti, ſed tamen diuerſæ perſonæ diuerſis remedijs, uti non uetantur ut hic.

2 *Querela datur nepotib. ex filio emancipato etiam patre uiuo contra Accurſ. & ſequaces.*

3 *Querela cũ duobus remedijs an poſſit concurrere.*

Secundo nota ex tex. quòd † nepti datur querela aduerſus teſtamentum auitũ ex parte patris. ſed uidendum eſt an neptis iſta fuiſſet exhęredata nec ne, quia tex. id non aperit, & Petrus de Bellaper. & Iacob. Butrig. & Fulg. & Bar. Bal. Alberi. Ang. Salic. & Odofredus, Paulus, & Iaſ. & alij hic poſt glo. noſtram † intelligunt neptem fuiſſe exhæredatam, nam ſi ea inquiunt eſſet pręterita teſtamentum eſſet ipſo iure nullum argum. tex. in l. inter cætera. & in l. fin. ff. de lib & poſthum. & in l. 1. & in l. poſthumorum. ff. de iniuſto rup. §. poſthumorum, inſt. eod. l. Gallus. § nunc de lege. ff. de lib. & poſth. In quibus iuribus habetur, q̃ nepos ex filio, qui uiuo patre de eius poteſtate exijt ſuccedit in locum gradumq; patris, & cõſequenter pręteritus rumperet teſtamentum aui. non ſecus quàm ipſe filiusfamilias pręteritus rumperet ſi in poteſtate maneret, ut in princ. inſt. de exhęred. liberorum, & d. l. inter cætera. unde neptis iſta ex filio emancipato cum in aui poteſtate retenta eſſet, ſi pręterita reperiretur, ipſo iure nullum eſſet teſtamentum com peteretq; ius dicendi nullum & querela inofficioſi teſtamenti conſequenter ceſſaret, iuxta tex. in §. tam autẽ, inſt. de inofficioſo teſtamento, & in l. maximum uitium. C. de lib. præt. & in l. qui de inofficioſo. ff. hoc titulo. ſed licet omnes ita teneant tamen ueritas eſt, quòd tempore huius legis præteritio fœminarum non uitiabat teſtamentum ipſo iure ſed per ius accreſcendi ſi pręteritæ relinquebantur conſequebantur certam portionem, ita ait tex. in l. maximum uitium. C. de lib. præt. & in prin. inſt. de exhæred. lib. uerſic. ſed non ita. l. qui filium. ff. ubi pupillus educari debeat, docet in ſpecie Imola in l. fin. ff. de cond. inſtit. licet contrarium teneant ubique locorum doct. communiter, ut diximus in l. ſi maritus, infra hoc titulo. & plenius ſupra lib. 1. & ſimiliter licet filiusfamilias ſub conditione caſuali, vel mixta inſtitui nõ poſſet niſi in eius defectũ exhęredaret ut in l. ſi pater. C. de inſtti. & ſubſtitu. & in l. filius a patre in prin. ff. de lib. & poſth. tamen filiafamilias ſub ſimili conditione inſtitui poterat licet in eius defectum exhæredata non eſſet, ut in l. ſi quis hęredem, C. de inſt. & ſubſt. ſecundũ noſtrum ueriſs. intellectum, licet ibi & ubiq; doct. aliter teneant, vt differimus in l. quoniam in prioribus, hoc titu. ſic ergo & in propoſito licet neptis in terminis huius text. in poteſtate retenta eſſet adhuc tñ teſtamentum ualeret non ſecus quàm ſi inſtituta eſſet, nec per ipſius pręteritionem uitiaretur, ſt tñ uerum q̃ in terminis huius text. ſi neptis in poteſtate retenta eſſet, ceſſaret querela, quia quandin ſupereſt aliud remedium tandiu ceſſat querela, l. qui de in officioſo. ff. hoc tit. §. tam autem, inſt. eod. ſed cum pręterita eſt neptis uel filiafamilias dabatur ius accreſcẽdi ad certum hęreditatis partem conſequendam, d. l. maximum uitium, ergo tunc ceſſabat querela.

Ergo quia hic non aperitur an neptis eſſet inſtituta an exhæredata an uero pręterita, dic q̃ tex. in primis procedit quando eſſet inſtituta in minore portione quàm legitima, nam tunc haberet querelam ut in l. cum quęritur, & in l. parentibus, hoc tit. & ff. eod. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta, & §. quarta autem, & §. igitur, inſtit. eod. Quod uerũ iure iſto, hodie aut em agit ad legitimę ſupplementum & ceſſat querela l. omnimodo, l. ſcimus, in prin. l quoniam in prioribus, in prin. hoc tit. §. cæterum, in aũt, ut cum de appell. cog. l. ſcimus, §. cum autem, hoc tit. d. l. maximum, verſi. & ſi ſecundum.

6 *Querela quando detur nepotibus.*

Secundo procedit ſecundum omnes etiam ſi eſſet exhæredata quod verum niſi aliquid ſibi relictum eſſet, tunc enim ageret ad ſupplemẽtum qđ ius datur etiã exhæredatis qui aliquid quoquo titulo ex teſtamento meminerunt ſecundum noſtram & communem ſententiam quam retulimus in l. omnimodo, in prin. hoc tit per text. ibi & in d. l. maximum. ibi q̃ ſi fuiſſet exhæredata, hodie autem oportet q̃ & aliquid ſibi eſſet relictum & id iure inſtitutionis nõ alio titulo, ut in auth. ut cum de appel. cog. §. aliud quo que ſecundum cões ſententias quod alibi impugnauimus.

Tertio caſu qñ hęc neptis eſſet pręterita iure iſto non procederet ſm cõem op. ſ. relatam & etiam ſm nos. Ratio cõis opinionis eſt, quia tunc teſtam. eſſet ipſo iure nullum etiã hoc tpe: quod uerũ nõ eſt ut diximus, ſed uera ratio eſt, quia tunc cum ſibi daretur ius accreſcendi ceſſat querela, & quia hic inſiſtit late Iaſ. circa intellectũ, l. q in aliena. §. interdum. ff. de acq. hær. die ut diximus ſ lib. 1. & alia ad huius legis materiam pertinentia ponimus in l. ſi pater, & in l. ſi quis filium, hoc tit.

Hodie ueto cũ in ſucceſſionibus ab inteſtato ſit ſublata dđia emancipationis & patriæ poteſtatis. §. nullam uero, in auth. de hær. abi. ueni. inteſtatus aũt decedere intelligitur is cuius teſtamentum reſciſſum eſt, non ſecus q̃ ſi reuera nullum teſtamentũ feciſſet, ut in prin. inſt. de hære. quæ abin. ergo in terminis huius tex. ubi habebam filium emancipatam quẽ præterij, & neptem ex eo in poteſtate retentam, quã exhæredaui, ſiue ille p contra tab. bo. po. reſcindat teſtamentũ iuxta l. is qui in poteſtate, in pr. ff. de lega. præſt. l. ut liberis. C. de col. uerb. reſciſſo, ſiue iſta p querelã inofficioſi teſtamẽti teſtamentũ reſcindat, iuxta l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inof. teſt. utroq; caſu teſtamẽto reſciſſo, ſicq; ab inteſt. delata hęreditate potior erit filius qui eſt in priore gradu quam neptis iuxta d. §. nullam uero.

L. PARENTIBVS.

1 *Pater poteſt inter filios bona diuidere etiam inæqualiter.*
2 *Querelã excludit legitima, regula cum 12. de donationibus.*
3 *Legitima ab inteſtato aucta ex teſtamento quoque aucta uidetur cum Fulg.*
4 *L. 9. tit. 5. lib. 1. fori.*
5 *Querela ut oriretur iure iſto non erat neceſſaria exhæredatio, contra Aretinum.*
6 *Ingratitudinis offenſa non uidetur remiſſa, licet filius inſtituatur.*

1 *Pater poteſt inter filios bona diuidere etiã inequaliter.*

ARETINVS. Ex hac lege parentibus nota. † ꝙ pater poteſt bona ſua inter liberos etiam inæqualiter diuidere ſecundum Paul. Aret. & Iaſ. & alios communiter hic, & Paulus hic ait, ꝙ mulieres, & imperiti aliud exiſtimant quaſi liberorum non deceat alios tanquam baſtardos, alios uero tanquam legitimos & dilectos tractari, & cum lege noſtra hac in parte concordat l.hac edictali.§.1.C.de ſecundis nup. & tex.in auth.de nupt.§.pen.& in auth.de triente & ſemi.§.1.coll.3. Ratio dubitandi oritur ex lege cum oportet, in prin.C. de bon.quæ lib. Limita ut procedat quando reliquis liberis pluſquam legitima portio relicta fuit, nam ſi ſola legitima portio omnibus liberis reliquiſſet tũc eam inæqualiter inter eos diuidere non poſſet,ut in d.auth.de triente,& ſemi. §.1. Secundo limita ſecundum Iaſ.Paul.Salic.Bal.& alios hic dum modo per meliorationem unius alterius portio legitima non minuatur,ut hic ibi,dum non minus,& in l. cũ queritur ſ. eod.in l.Papinianus.§.quarta autẽ. & §. quoniã autẽ.quarta, & §. ſi quis mortis, & l. ſi non mortis ff.hoc tit.& §.igitur inſt. eod.

2 *Querelam excludit legitima, regula cum.12.de declaration.*

Secundo not.ſecundum glo.Paul.Aret.Iaſ. & alios communiter hic, † ꝙ quarta excludit querelam.Ad idem tex.in d.l.Papinianus.§.ſi quis mortis,& §.quoniam autẽ quarta, & §.quarta autẽ.ff.eod.l. cum quæritur ſ. hoc tit.§. igitur inſt.eod.tit. Intellige primo,quando quarta in portione hereditaria relicta eſſet,ut hic. Secundo etiam ſi iure tantum legati,uel fideicommiſſi ſingularis relicta eſſet,ut in l.omnimodo,hoc tit. Tertio etiam ſi per mortis cauſa donationem relicta eſſet,ut in d.§.ſi quis mortis. Quarto etiam ſi per ſimplicem donationem data eſſet hac expreſſa lege, ut in legitimam imputaretur,ut in l.ſi quãdo.§.& generaliter, in prin. hoc tit. Quinto etiam ſi per ſimplicem donationẽ data eſſet quarta nec expreſſum eſſet, ꝙ imputaret in quartam, ſi tamen ex coniecturis intelligeretur hac mente datum,ut in legitimam imputaretur, ut in d.l. ſi quando.§.illud ubi dixi hoc tit.expreſſius in d.§.igitur. Sexto intelligo ẽt ſi à teſtatore datũ non eſſet filio, ſed ab alio tertio datum eſſet patris tũ contemplatione, arg.l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de uulg.ſm cõem opin. de qua per Bar. & alios in l.in quartã.ff.ad leg.Falc.diximus late in l.omnimodo.§. imputari ĩ.hoc tit.Septimo intellige ẽt ſi quarta conditionis implendę cauſa relicta eſſet. Octauo ẽt ſi relicta eſſet titulo fideicõmiſſi uniuerſalis,arg. eorum q̃ ait Bart. in d.l.in quartã,nu.10.quẽ alij ſequuntur. Nono ẽt ſi titulo inſtitutionis factę in re certa relicta eſſet ſm uerã & cõem opin. de qua differimus in d.§.imputari,& in l.qm̃ in prioribus,hoc tit.p tex.in §.ceterũ,in auth.ut cũ de appell.cogno. Decimo ẽt ſi titulo dotis inter uiuos datum eſſet l.qm̃ nouella, hoc tit. Vndecimo ẽt ſi titulo donationis propter nuptias datum eſſet,ut d.l.qm̃ nouella. Duodecimo etiam ſi ad militiam emendam datum eſſet,ut in d.§.imputari, quæ omnia uera ſunt & communiter recepta, ut differimus in d.§. imputari,quæ not.quia reliqui non recolligunt.

Hodie autem non ſolum ſi integrã quartã filius habeat ſed etiã ſi minus quarta adhuc ceſſat q̃rela ſed tñ eius loco daẽ legitimę ſupplementũ ſm Pau.Sal.Fabr.Butr.Odofr.& alios cõiter hic p tex.in d.l.omnimodo,& in l. qm̃ in prioribus,& in l.ſcimus,in prin.& §.cũ autẽ.& in l.q̃ nuper,& ĩ l.ſi qñ.§.& generaliter.hoc tit.& in l.maximum uitiũ.§.& ſi ſm.C.de lib.pręt.& in auth.ut cũ de appell.cog.§. cæterũ.

Tertio not.ꝙ quarta eſt legitima liberorũ,ut hic eũ cõcordãtijs.ſ.allegatis.hodie aũt eſt triẽs,uel ſemis totius hereditatis ſm numerũ liberorũ,ut diximus p tex.ibi in auth. nouiſſima.C.de inoff.teſt.iure regio dic.ut l.9.tit.5.li.3.fori.

Quarto nota ꝙ legitima unius ex pluribus filijs non eſt quarta totius hæreditatis, ſed quarta illius partis,quã ille filius ab inteſtato habiturus eſſet,ut hic cũ cõc.ſ.allegatis, unde ſi decem eſſent filij legitima unius eſſet quadrageſima pars hereditatis,ideoq; merito dicit Iuſtinianus ĩ l.ſi qs in ſuo.ĩ.hoc tit.ꝙ legitima filij ẽ minuſcula pars hereditatis.

Et iuxta hanc partem ſolus Fulgoſius hic multum notanter ait † quòd ſe portio filiorũ ab inteſtato ad geretur legitima quoque augeretur,quia leges nouæ recipiunt interpretationem paſſiuam per leges ueteres ut eſt text. quem ipſe non allegat in l.prima.§.lex falcidiã,ubi late per Alex. Claudium & Vincentium poſt Bar. Paul. & alios ibi. ff.ad leg.Fal.Rodericus Suares,in l.quoniam in prioribus,ſuper lege regia, in princ.hoc titu. Bar.& omnes in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure. Et licet Fulgoſius nullum exemplum ſubijciat,poteſt tñ tale exemplum proponi, erat ſtatutum quòd ab inteſtato geminam portionem haberet filius,filia autem non duplam ſed tantum ſimplam uel ſimplicem, tũc enim ſi ex integra tantum portione filia inſtituta eſſet, filius autem ex eadem parte portione inſtitutus eſſet ut ſiham, tunc filia contra teſtamentum nihil dicere poſſet quaſi integrã legitimã haberet,filius aũt poſſet quaſi integram non haberet. Quod nota ad l.9.titulo 5. lib.3.fori.

3 *Legitima ab inteſt. aucta ex teſt. quoque aucta uidetur cum Fulg.*

Quinto not.quòd inſtitutus etiam in minore portione quã legitima ſubiacet tamẽ oneribus pro illa parte,ut hic, ſimile in l.1.& l.pro hereditarijs,C.de her.act.l.1.C.ſi cert. pet.l 1.§.ſi hęres.ff.ad Treb.

4 *L.9.ti.5.lib. 3.fori.*

Sexto not.ſecundum Sali. & Fulgo. quod ſemel placuit amplius non poſſe improbari.ſimile in l.arenam, hoc tit.& in auth.ut cum de appell.cog.§.cauſas.

Septimo nota tex.meliorem de iure.ibi, hereditaria parte,ꝙ non ſolum exhæredatus uel prætertus,ſed etiam inſtitutus poteſt habere querelam ſi in minore portione quã legitima fuit inſtitutus:quod intelligit dupliciter Primo quando in re certa quæ non æquiualeret legitimæ portioni eſſet inſtitutus.Secundo etiã ſi in portione hereditaria minore tamen quam legitima inſtitutus eſſet,ut hic & d.§. igitur,inſt.hoc tit.d.l.Papinianus,§.ſi quis mortis,& §.quoniam aũt quarta,& §.quarta autem.& l.ſi nõ mortis. ff.hoc tit.& cum queritur ſupra eod.Hinc diximus quòd non exhæredatio producit querelam ſed inofficioſitas quæ conſiſtit in eo quòd legitima minus integra relinquatur, ut docet Bal.in l.pater filiũ, ff.hoc tit.egregius Emanuel a Coſta in l.Gallus, §.& quid ſi tantum.in prin.ff.de lib.& poſt. licèt Aretinus in l.neptem ſupra hoc tit.ſatis pueriliter teneat quòd exheredatio ſemper fuit neceſſaria ad producendam querelam.Hodie autem diſtingue ut in auth.ut cũ de appell.cog.§.aliud quoq; & per glo.communiter approbatam in auth.de hær.& fal.§.exheredatos, quod late diſſerimus in l.ſi maritus,& in l.cum quæritur,hoc tit.& nobiſcũ tenet Paul.hic contra Aret. quorũ neuter alterũ refert.

5 *Querela ut oriretur ure iſta non erat neceſſaria exheredatio contra Areti.*

Octauo nota.ex tex.ibi,pietatis conſcius quòd filius impius & ingratus erga patrem non haberet querelam, Ad idem tex.in §.cauſas,in auth.ut cum de appel. cog.hoc amplius habes hic tex.meliorem de iure probantem † quòd impietas uel ingratitudo non uidetur remiſſa p inſtitutionem paſſiuam,licet enim filius ingratus in minore portione,quàm legitima inſtituendo placatus non uideatur nec offenſam remiſſiſſe.

6 *Ingratitudinis offenſa nõ uidetur remiſſa licet ſi lius inſtituatur.*

Reliqua uide ſupra de ſucc.crea.lib.1.§.10.nu.534.

L. DE INOFFICIOSO

1 Querela ceſſat in teſtamento militis
2 Miles non uidetur uti iure communi.

EX hac lege de inofficioſo,not.† ꝙ teſtamẽtum militis nõ ſubiacet querelæ ſiue fiat iure militari,ſiue ẽt iure cõi.cõc.l.in teſtam. C.ad leg.Fal. expreſſius in l. ſi. ubi diximus infra hoc tit. & ex hac lege not. † ꝙ miles in re dubia cenſeẽ uti iure cõi nõ ſolũ cũ iure militari ſed ẽt ſi iure cõi teſteẽ. Vñ apparet uerã non eſſe eã cõem opinionẽ,quã tenẽt doct.in l.in teſt.C.de teſt. mil.dum uolũt ꝙ miles in re dubia uideaẽ uti iure cõi contra quos eſt tex.optimus hic.dixi late in materia compendioſæ ſubſtitutionis ſ lib.3.§.24.n.41.& uide Gome. in §. action.

1 *Querela ceſſat in teſtamento militis.*

2 *Miles nõ uidetur uti iure communi.*

action. aũt, inſt. de act. & repetentes in l. frater a fratre, ff. de condi. indebiti q̃ ſi dixeris hodie etiam ceſſat querela in teſtamẽtis paganorum ut. l. omnimodo. C. de inof. teſt. reſp. minime ut diximus in materia l. parẽtibus, C. de inof. teſt. ẽ.

L. SI HÆREDVM.

1 LEX generaliter loquens an comprehendat perſonas priuilegiatas.
2 Querela datur contra regem.

1 HÆREDVM. Ex hac lege ſi hæredum, In primis nota, quòd quantuncunque princeps ſit priuilegiatus tamen lex generaliter loquens principem comprehendit non ſecus quam alias perſonas non priuilegiatas, & conſequenter contra principẽ datur querela non ſecus q̃ contra alium quemlibet † & q̃ lex generaliter loquens cõprehendat regulariter perſonas etiam priuilegiatas probat ultra noſtrum tex. text. in l. in fraudem. §. fin. ff. de milit. teſtamento, & iſta eſt communis & uera opinio quam tenẽt Decius in l. ex teſtamento, C. unde liberi Alciatus lib. 4. parad. cap. 10. Idem Decius conſil. 5. poſt plures quos ipſi allegant. licet contrarium uellit Iaſ. in l. 1. ff. ſol. matrimonio, dum exiſtimat quòd lex generaliter loquens non comprehendit cauſam dotis nec alias ſimiles cauſas priuilegiatas, ſed grauiter errat ut ex ſuperioribus patet.

Lex generaliter loquens an comprehẽdat perſonas priuilegiatas.

Amplia legem noſtram dicentem † q̃ querela competit contra principem ut procedat non ſolum quando hæredis ſcripti bona peruenerunt ad fiſcum ſed etiam quando ipſe princeps hæres ſcriptus fuiſſet, ita eſt tex. in l. Papinianus, §. ſi Imperator, & ibi gl. Bar. & alii. ff. hoc tit. Iaſ. & alii hic, facit l. ſi quis Imperatorem, & l. cum hęredes. C. qui teſt. fa. poſſunt. unde ſecundum glo. Bar. & alios in d. §. Imperator, & ſecundum Iaſo. & alios hic idem etiamſi Deus hoc eſt pauperes Chriſti eſſent inſtituti. Ratio, ne priuilegium cũ iactura tertii interpretetur contra l. nec auus. C. de eman. lib. Simile in iure dicendi nullum uel contra tab. bonorũ poſſeſſione ut inſt. quib. mod. teſt. infir. §. fi.

2 *Querela datur contra regem.*

Item nota ex hoc tex. ſecundum Iaſ. & alios hic q̃ querela etiam non præparata tranſmittitur ad hęredes paſſiue, nam hic tranſmittitur contra hæredis ſcripti hęredem etiamſi ille eſſet Imperator.

Sequitur. l. ſi hæredem, de qua agemus infra. l. ſi.

Sequitur. l. in arenam, cuius materiam peregimus ſupra de ſucc. crea. lib. 3. §. 30. num. 163. cum ſeq.

L. PATER PVELLÆ.

1 LEgitima patitur fideicommiſſum reciprocum.
2 Succeſſus non tam inſpicitur quam conſilium.
3 L. ſi pater puellæ hodie non eſt correcta. Fideicõm. reciprocũ inter fratres ualet hodie etiam non legitima contra communem.
4 Intellectus l. de fideicommiſſo. C. de tranſactio. & nu. 9.
5 Intellectus l. quoniam in prioribus. C. de inof teſt. & nu. 10.
6 Intellectus l omnimodo. C. de inof. teſt.
7 Ratio expreſſa in lege, lex eſt.
8 Fideicommiſſum reciprocum poni in legitima.
11 Intell. l. ſi pater puellæ. C. de inof. teſt.
12 L. cum ex filio ff. de uulg non eſt hodie correcta.
13 L. multi non noctæ, delib. & poſthu. non eſt hodie correcta.

1 PATER PVELLAE. Ex hac lege ſi pater puellæ, not. primum quòd ratione dubii euentus legitima patitur onus fideicommiſſi reciproci quod alias non pateret, etenim qa dubiũ eſt uter ex rogatis adinuicẽ melioris futurus ſit cõditionis, iõ tale onus ſuſtinetur quod alias non ſuſtineretur, argu. l. cohæredi, §. cum filiæ. ff. de uulg. & pilla. & l. quoniam in prioribus. j. hoc titu. §. noſtra. in fin. inſtit. de ſucceſſione libert. l. cum patronus, ff. de lega. 2. & multa ſimiliter ratione dubij euentus tolerantur, quæ alias non tolerarentur, quæ materia, quia latiſſima eſt inferius locabitur.

Legitima patitur fideicõ. reciprocum.

Secundo not. ibi, aduerſus iuſtum iudicium, quòd propoſitum patrisfamilias hac in re conſideratur, ut liberis præſertim ætate minoribus id utile fructuoſumq; iudicetur, q̃ paterfamilias iuuandi conſilio præcepit, ſimile in l. Titio centum, in princi. ff. de condi. & demon. & in l. 2 ſm uerum intellectum. C. de uſucap. pro empto, & in l. multi non notæ cauſa, ff. de liber. & poſthum. & in l. cum ex filio, in prin. & in l. ſi mater, in prin. ff. de uulga. & pupilla. & in l. ſi pupillus, in uerb. utilitatem impuberis. ff. de acquir. hæred. & in l. filijs matrem, hoc titulo, & in l. quoties ab omnibus. C. de fideicommiſſ. ſm quod latius declaraui in l. quoniam in prioribus, hoc titulo.

Tertio not. ibi, cum ex huiuſmodi, q̃ læſio inſpicitur tẽpore contractus, ſeu alterius cuiuſque diſpoſitionis, nec enim læſus uidetur, qui inſpecto tempore diſpoſitionis læſus non fuit licet poſtea læſio emerſerit, ut hic ſimile in l. fina. C. de in integ. reſt. minorum ſimile in l. Titius, ff. de teſtamento militã. & quæ late notant Bart. & alij in l. ex facto, in princ. ff. de uulg. & pupilla. † Sicq; non tam ſucceſſus, quàm conſilium eſt in conſideratione. Vnde Ouidius.

2 *Succeſſus nõ tam inſpicitur, quàmcõ ſilium.*

Exitus acta probat
Careat ſucceſſibus opto.
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Ecce ut malum in eos imprecatur, qui ab euentu facta dijudicant cum potius ſalubrem conſultam maturamq; in ſpectionem intueri deberent, nec enim dubium eſt quin pupillaris ſubſtitutio quam paterfamilias facit ob utilitatẽ filij in eius perniciem conuerti poſſit, argum. §. ſin autem ita formidoloſus inſt. de pupil. & l. 2. §. interdum. ff. de uulg. & nihilominus præſens conſilium patrisfamilias inſpicitur non euentus futurus qui præuideri nõ poteſt. unde Sillius Italicus lib. 10. Bell. puni. ait.

noſtros fortuna labores
Verſat adhuc caſuſq; iubet neſcire futuros.

Et Statius lib. 3. Thebaid. ſic ait.

quid craſtina uolueret ætas.
Scire nefas homini

Et Lucanus lib. 2. Bell. ciuil. ſic ait.

ſit cæca futuri
Mens hominum fati

Habes ergo q̃ ratione dubij euentus, &c.

Quæro † an lex iſta ſi pater puellæ. C. de in offic. teſtam. ſit hodie correcta, & gl. ibi, tenet, q̃ ſic, quam approbat ibi communiter Doctores ſequitur late & dicitur communẽ Suares in l. quoniam in prioribus, amplia. 6. Teneo contrariam. Primo quia uitanda eſt legum correctio. c. cum expediat, de elect. l. unica. C. de inofficio dotib. Secundo per d. l. ſi pater puellæ, in deciſione iuncta ratione decidendi, nã in certitudo. facit q̃ inuicem ſubſtitutorum nullus intelligatur comodo, uel incomodo affectus. Tertio, quia negari non poteſt quin lex quoniam in prioribus, ſolum habeat locum, in quibus caſibus cõperetebat ſolũ querela, ſed querela ſolum in caſu l. noſtrę non competebat. ergo dicendũ eſt per l. quoniam in prioribus, legem noſtram correctam non eſſe. Prærea. d. l. quoniam, ſolum habet locum eo caſu, quo iura filiorum minuta eſſe uidentur, ut ibi in uerbo. minuta ergo cum in l. noſtra eorum iura, minuta non uidẽtur, ut patet hic in uerſic. calumnioſam. & in uerſicu. cum ex huiuſmodi. ergo, &c.

3 *Si pater puellæ hodie non eſt correcta fideicom. reciprocum inter fratresua let hodie etiã non legitimi contra cõem.*

Quarto per l. de fideicommiſſo, C. de tranſactio. quę maxime urget, ſecundum Suares, ubi ſupra inducendo, ut ibi per eum. Sed in contrarium fortiter facit primo l. de fideicommiſſo, in deciſione. nam cum ibi dicat, q̃ adeptio fideicommiſſi inuicem facti non ſit læſio, ſed potius commodum ergo eius appoſitio fuit onus ſed. ibi, non dicitur adeptionem eſſe commodum, ſed dicitur non eſſe leſionem, ſeu incommodum, unde ſequitur à contrario, q̃

eius

eius appositio, nec comodum dici potest, nec læsio, seu gra-
uamen, & hęc est melior inductio qđ et ꝓbat in l. nostra.

4 *Intellectus l. de fideicom. C. de transl.*

Non obst. & secundo d. l. de fideicommisso, in ratione de-
cisionis ibi, remisso mortis captandæ uoto, & l. 1. C. de pa-
ctis ibi, non iniquis rationibus à contrario sensu, ubi uide-
tur probari reciprocam substitutionem onus esse cum
ex ea resultet uotum captandæ mortis, fol. nos loquimur
in reciproca substitutione, in qua agitur de bonis non ui-
uentis, sed testatoris iam defuncti, de quibus quisque lici-
tè solicitus esse potest (ut docent Doct. in l. 1. C. de pact. &
not. Ias. in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de uerb. obli. quęst.
7. & consequenter uerum non est eam esse onerosam, alias
diceremus ꝓ legitimæ concessiones essent onerosæ ꝓ fra-
ter post mortem fratris ad eius successionẽ ueniat ab intes.
quod dici non posse constat itaq; incõueniens. Non. obst.
quod post mortem alterius ad eius possum uenire succes-
sionem ex dispositione non mea, sed alterius, uel legis, se-
cus si dispõsione mea pactum de acquirenda uiuentis hæ-
reditate facientis, ita procedit l. 2. §. interdum. ff. de uulga. l.
pactum quod dotali, & l. fi. de pactis. Ratio differentiæ ea
est, ꝓ si mihi absq; facto meo ius succedendi in hæreditа-
tem alterius uiuentis deferatur, seu acquiratur, tunc nulla
turpitudo mea interuenit, quod si id mihi facto & solicitu-
dine mea paretur in hoc turpitudo uersatur, ꝓ hereditatẽ
uiuentis captiui, itaq; ad contrarium resp. fateor, ꝓ sublа-
to fideicommisso mutuem relicto, tollitur non uotum ca-
ptandæ mortis quod non erat, sed tollitur eius occasio si
quæ esse poterat, licet fore non præsumeretur per meam
rationem, quòd si insto. legem dicere nõ solum occasionẽ
sed & uotum captandæ mortis tolli. resp. tolli uotũ captan-
dæ mortis, non uotum quod est, sed quod esse potest, quę
expositio necessaria est. nam in illis. ll. certũ est, ꝓ non cõ-
stabat uotum captandæ mortis esse quandoquidem nulla
cura, uel solicitudo fratres illos agebat ad successionem in
uicem captandã, sed ius quod habebant patris testamento
quæfierunt, licet ergo occasio captandę mortis esse possit,
id considerandum non est dummodo uotũ captandæ mor-
tis re interfuisse non probetur, ista duo fundamenta sunt,
quæ ꝓ cõi fortiùs uigere uidebant, licet nullus adduxerit.

5 *Intellectus l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. test.*

Non quoq; obstat & tertio ꝓ dict. l. quoniam in prio-
ribus, dicat de legitima filiij esse tollendam omnem dilatio
nem, conditionem & grauamen quodq; ex reciproco fidei
commisso, grauamen sentire possit, nam fateor grauamen
sentire posse, sed tempore dispositionis, ideſt facti fideicõ-
missi, illud grauamen, quod postea emersit incertum erat,
& ex fideicommisso illo simile lucrum poterat emanere,
quo fit ut spes grauaminis cum spe lucri compensetur, ta
liq; facta dubii euentus compensatione, illa dispositio re-
ciproci fideicommissi non uideatur continere honorem,
nec onus, ut d. l. si pater puellę, & l. filijs matrem. l. ex tri-
bus. C. de inoffi. test. itaq; ad l. quoniam in prioribus respõ
de procedere quando grauamen esset certum, & indubita-
tum, uel quando dispositio fideicom haberet se non ad cõ-
modum, sed tñ ad onus, secus si talis dispositio habeat se
pariter ad cõmodũ, & incõmodum, maxime cum per talem
testatorijs dispositionem reducentur fratres ad dispositio
nem legis. (adinuicem sibi exclusis extraneis succedendũ)
saltem quo ad bona, quę à testatore acceperunt, & hinc
quoq; patet responsio ad quartũ fundamentũ quod colli-
go ex Suares, ubi. §. dum ait conditionẽ tolli potestatiuam,
licet non contineat certum onus & indubitatum, quia si
sit facilis puta si capitoliũ ascẽderit filius, uel si uolerit ea
impleta nullũ uidet esse onus, quod & in casuali cõditione
dici posset si parum post mortẽ testatoris euenisset ut tũc
nullum onus indubitatũ, & certũ continere uideat, nam fa
teor his casibus parũ oneris contineri, adhuc tñ reijci de-
bere quod ex eius appositione filius potuit non cõmodũ,
sed grauamen, & dilationẽ sentire, nos uero loquimur qñ
appositio fideicõmissi habebat se pariter ad cõmodum, &
incommodum. Quinto nõ obstat, ꝓ attenta ista opinione
filij uiderẽtur exhæredati, quod absurdissimum esset, sm
Suares, ubi supra, sed respondeo id falsum esse. Sexto non
obstat, ꝓ per hoc uideatur tolli libera testãdi facultas, nã
respondeo non tolli cũ filius præsumatur lucraturus, & de
lucratis poterit testari. argum. l. si defunctus. C. arbit. tute.
Præterea, & si nil lucraretur adhuc posset testari cũ hæ-
reditas etiam sine ullo corpore intelligatur. l. hęreditas. ff. de
p. t. hære. Hinc dicimus, ꝓ ualet donatio omnium bonorũ
presentium, licet non presentium, & futurorũ, de quo late
in l. stipulatio hoc modo. ff. de uerb. obligatio.

Vltimo non obstat quod Suares ibi ait, negari non posse
quin onus sit cum fatemur cõmodum esse ex parte fratris
superstitis. ergo incõmodũ, & onus erit ex parte præmo-
rientis. Respon. & fateor, ꝓ si exitus acta probaret id ita es
set, sed nos tempus tantũ dispositionis inspicere debemus,
arg. l. clam possid re, in princ. ff. de acqui. posse. l. non quem
admodum. ff. de iudici. quo tempore incõmodum in neutra
parte reperiabatur, ut probauimus. Tene ergo mea opinio-
nẽ, quam puto uerissimã. ad cuius confirmationem multũ
quoq; facit. l. filijs matrem, in ratione sui, & l. ex tribus. C.
de inoffi. test. & l. multi nõ notæ causa, ff. de liber. & posth.

Qua opinione retenta non obstat quod Suares, ubi §.
ait, ꝓ l. qñ in prioribus, habet etiam locum in casibus, in
quibus solum querela non competebat, quia illa l. (inquit)
cum generaliter loquat non debet restringi per rationem
particularem. sed iam §. responsum est.

6 *Intellectus l. ommmodo. C. de inoffic. testamen.*

Et preterea in d. l. qñ in prioribus, & in l. omnimodo
non semel, sed pluries expressum est, ꝓ subuenire uolebãt
testamentis non solum eo casu quo contra tale testamen-
tum olim querela cõpetebat, sed etiam eo casu per contra
tab. bono. posse uel alio quouis modo posset testa. subuerti
ut sic in quibus casibus olim testam. nullo remedio subuer
ti poterat in illis dictę ll. non loquantur. Ergo cum isto ca
su olim nullo remedio tale testa. subuerti posset, supereſt
ut de eo non reijciatur illud onus etiã, si concedere uelі-
musut onus appellari possit. Astringitur hoc arg. tnã ratio

7 *Ratione pręsa in lege lex est.*

expressa in lege habetur pro lege ipsa, adeo ut legis deci-
sio exẽpli loco habeatur quod non arctat regulã, ut sic si
ratio sit generalis illa lex generalis esse uideatur nõ ex ui
extensiua, sed ex ui cõprehẽsiua quantũcunq; decisio eius
particularis esset, ut est cõis opin. quam tenent Cumanus,
Paul. & alij in l. si uero. §. de uiro. ff. solu. matri. Ias. Decius,
Curt. Iun. & alij in l. humanitatis, per tex. ibi. C. de impub.
& alijs substi. Imol. in l. fi. col. 1. ff. de here. insti. & cõsi. 123.
in causa, quę uertitur. col. 2. Fulg. consi. 104. Titius cõdidit
col. 2. Cuma. & Alex. nota. 5. ff. solu. matri. in l. cũ mulier. per
illum tex. Paul. Alexand. & Ias. in l. quãuis. C. de fideicõm.
Abb. in c. fi. col. 3. de rescrip. & in c. nihil. col. 5. de elect. Ias.
in l. de quibus. nu. 14. ff. de legib. Idẽ Ias. in l. stipulatio hoc
modo, ff. de uerb. oblig. nu. 12. Tiraquel. de causa cessante,
par. 1. nu. 153. Alex. in l. 4 §. Cato. col. 6. ff. de uerb. oblig. Idẽ
Alex. consi. 50. uisis actis, col. 3. lib. 2. & consi. 17. Ponderа-
tis, col. pen. li. 3. Cur. Senior. consi. 81. col. 2. ergo cum in dd.
ll. illa ratio expressa sæpe fuerit, supereſt, ut in quibus casi-
bus olim testam. per oneris appositionẽ non periclitabatur
sicq; illud onus nõ erat considerabile in illis casibus cesset
etiam hodie d. l. qñ in prioribus, sicq; tale onus hodie de
filij legitima nõ reijciat non magis quã olim. Tene ergo ꝓ

8 *Fideic. reciprocum ponit in legitima.*

fideicõ. reciprocũ ẽt si attingat legitimã nõ tollitur, hoc
primo inferẽ, ꝓ lex nra correcta nõ est, qđ ẽt suadet quia
nõ est uerisimile tottãtasq; leges summis uigilijs excogi-
tatas uno uerbo Imperatorẽ delere uoluisse, arg. l. si qñ, C.
de inoffi. testa. in princ. hoc secundo. Infer limitatio ad l. qñ
in prioribus, utnõ procedat in fideic. inuicẽ relicto, sed so
lum qñ onus erat tempore ipsius dispositionis hoc tertio.

Cui etiã non obstat l. scimus §. cũ aũt. C. de inoffi. testa.
quia & si fateremur cõem. opi. quo ad intellectũ illius text.
adhuc non obesset, quia loquitur in terminis ualde diuer-
sis, ibi enim erat inter filiũ, & extraneum non inter filios.
Præterea onus erat indubitatũ, hic secus. Præterea filius
grauabatur sumopere ex eo quod uel legitimæ datio di-
ferebatur, nos loquimur, qñ ab initio non differtur, sed ex
post facto aufertur. ideſt post mortem, hoc tertio, & demũ
mea opinio tenenda est, maxime per d. l. de fideicommisso.

Sed

9 Sed certe, ueritas eſt quòd d.l. magis communem quam meam probat opinionem, nã ibi ſolum dicitur q̃ propter remotionem ſeu adeptionem fideicommiſſi inuicem dati, non datur reſtitutio, non autem aperitur ſatis clare an reſtitutio denegetur, eo q̃ ex illa fideicommiſſi remotione ſequatur commodum necne, ſed licet non ſatis aperiatur tamen magis eſt ut ex remotione commodum ſequi uidea tur duplex, prima enim utilitas eſt q̃ per remotionem fra trum concordia retinetur, ita probat tex. ibi, (cum fratrum concordia retinetur) ſecunda utilitas q̃ ex tali remotione tollitur uotũ captãdæ mortis ut ibi, remoto captandę &c. cum ergo hæc commoditates ex remotione fidei. ſequantur inde infertur reſtitutionem minime dãdam. quod aperte uoluit tex. ibi, (iisdem illis de cauſis) quaſi dicat ex duabus ſupradictis cauſis ſeu utilitatibus fit ut reſtitutio denegetur, cum nulla læſio ſed commoditates reperiantur plures. ſi ergo ex remotione plures ſequuntur uti'itates, ergo ex fideicommiſſi appoſitione plures emanauerunt læſiones & grauamina, & conſequenter tale fideicommiſſum inuicem datum in legitima appoſitum reiici deberet, per l. quoniam in prioribus, unde patet quòd Suarez ubi ſupra inepte allegauit hanc l. contra communem, quia per eam maxime probatur communis. Sed defendendo meam opinionem quam ad huc tenendam iudico, eo maxime ne inducatur legum correctio, ad d.l. de fideicommiſſo reſpõdeo, fateor q̃ ex remotione fideicommiſſi duę ſequuntur utilitatis (uel ſaltem una tantum eſſe uidetur) ſed illæ utilitates bene ſunt in conſideratione quo ad hoc ut denegetur reſtitutio ad infirmandam fideicommiſſi remotionem, nam ſatis ſunt in conſideratione quo ad probãdum quòd ex illa remotione nulla ſequitur læſio, quam ut detur reſtitutio probari oportet l. minoribus, C. de in integ. reſti. ſed tamen illarum utilitatum ceſſatio non eſt in conſideratione, quo ad hoc ut filii grauati uideantur, nam q̃ uotum captandæ mortis per fideicommiſſi appoſitionem adeſſe poſſit, cum diſcordia fratrum id in conſideratione eſſe nõ debere probaui ſupra licet enim adeſſe poſſit, tamen probabile ſeu ueroſimile non eſt affuturum. ut ibi dixi, & probatur in d.l. ſi pater puellę in uerb. iuſtum iudicium, nam ſi iudicium teſtatoris fideicommiſſum reciprocum inter fratres, facientis iuſtum eſſe dicitur, ergo ex eo diſcordia & uotum captandæ mortis inter fratres ueriſimiliter nõ ſequitur, nam ſi ſequeretur, tunc patris iudicium iuſtum nõ eſſet ſed iniquiſſimum & pernicioſiſſimum probatur, & ſecundo ibidem, in uerb. calumnioſam ubi ait text. calũniam agere uideri eum qui tale iudicium uult infirmare, unde infertur q̃ ex appoſitione illius fideicommiſſi nulla ſequitur læſio. nam ſi ſequeretur certe non eſſet calumniator qui talem læſionem uellet remouere, patet ergo ex d.l. de fideicommiſſo iuncta d.l. ſi pater puellę q̃ nec ex appoſitione fideicommiſſi reciproci ſequitur læſio ad reſtitutionem ſeu querelam (quod enim in l. de fideicommiſſo reſtitutio, idẽ in l. ſi pater querela efficere deberet ſcilicet infirmare læſionem) inducendam nec ex eius remotione ſequitur læſio propter quam detur reſtitutio ad remotionẽ fideicommiſſi infirmandam, itaque & appoſitio & remotio fideicommiſſi reciproci ſunt diſpoſitiones indifferentes quæ nec uidentur continere commodum nec incommodum probabile, & tale q̃ debeat conſiderari & conſequenter in hac materia ſeu queſtione non debet habere locum l. quoniam in prioribus, quę loquitur in læſione, ſeu grauamine tali qd debeat eſſe in conſidera ione.

Int. l. de fideicommiſſo C. de tranſ.

Præterea cum d.l. de fideicommiſſo, contra me non urgeat niſi a contrario ſenſu, tale arg. non ſufficit ad legum correctionem glo. approbata in l. 2. C. de condi. inſer. quia per ſubauditos intellectus induci non debet legum correctio gloſſ. in c. cupientes. §. quod ſi per uiginti, de elect.

10 †Præterea & fortius per d.l. quoniam in prioribus, non omnẽ onus reiicitur de legitima liberorum, parentum, uel fratrum qui ad querelam aſpirare poſſunt, ſed tantum illud onus per quod olim uel per cuius appoſitionem olim poterat infirmari teſtamentum ut probatur ſæpiſſime in

Int. l. quoniam in prioribus ff. de inof. teſt. C.

d.l. quoniam in prioribus, & in l. omnimodo, & in l. quę nu per & in l. ſi quando, §. illud, & §. & generaliter, & in l. ſcimus, in princ. & in §. cum autem, hoc titu. quæ iura ſtatim inducentur & latius in d.l. omnimodo, itaque qui de legiti. aliquam diſpoſitionem reiicere uoluerit, is duo copulatiue probare debet, & q̃ illa diſpoſitio oneroſa ſit, & quòd tale eſſet onus propter quod olim teſtamentum poterat infirmari, ſed indubitatum eſt q̃ per hoc fideicommiſſum reciprocum olim non poterat infirmari teſtamentum, ergo nec hodie poterit etiamſi ſine præiudicio ueri fateremur id fideicommiſſum eſſe oneroſum.

Addo † quatenus ſupra numero primo, cum plurib. ſequentibus concluſimus d.l. ſi pater puellæ, non eſſe correctam contra communem q̃ mea opinio confirmatur, qa per l. quoniam in prioribus, tollitur illud demum grauamẽ quod teſtamentum introduxit ut patet in fine legis dicentis & ita res procedat, quaſi nil eorum teſtamento additũ eſſet, ſed inſpecto ipſo teſtamento uel inſpecto tempore teſtamenti facti nullum fuit onus in lege noſtra propter dubium euentum ut ſupra probaui, ergo grauamen illud non teſtameetum introduxit, ſed mors ipſius prædefuncti, ſic ergo non fideicommiſſum reciprocum. fuit in cauſa grauaminis ſed ipſa mors. 11

Intell. l. ſi pater puellæ. C. de inof. te.

Præterea d.l. quoniam, loquitur (ut dixi) quando grauamen dicitur & emanat ex ipſo teſtamento uel ex ipſo fideicommiſſo in teſtamento facto, ergo debet intelligi & inſpici tempore facti teſtamenti ut ſi eo tempore grauamen uideatur tunc reiiciatur, ſin minus ſecus argum. l. Titius ff. de teſtamento mili. & quod ait Bar. in l. ex facto, in prin. ff. de uulg. & pupill. ſubſti. ſed tempore teſtamenti facti nullũ grauamen continebat dictum reciprocum fideicommiſſum propter dubium euentum ut ſupra probaui, ergo læſio quæ poſtea emerſit non debet conſiderari, & magis caſui aſcribenda eſt quam teſtamento uel teſtatoris diſpoſitioni. ad quod optime facit l. de fideicommiſſo, C. de tranſ. in fi. ubi ſi tempore contractus læſio nulla fuit licet poſtea emerſerit non conſideratur ſed caſui aſcribitur. Ad quod etiam facit l. fin. de integ. reſtitu. C. ſed melius facit d.l. de fideicommiſſo quia loquitur in terminis & ſpecie noſtra.

Præterea in materia noſtra non conſideratur exitus diſpoſitionis teſtatoris ſed ipſius teſtatoris propoſitum (qd fuit nõ ut noceret ſed ut prouideret filiis, ut patet hic in uerbo, iuſtum iudicium teſtatoris, & ibi, calũnioſam inofficioſi actionem, & ibi, cum ex huiuſmodi &c.) patet, nam & id. l. filius matrem, infra eod. quæ ſecundum Azo. opinionem correcta non eſt, ſecundum Suarez in l. quoniam, ſupra eod. fol. 46. col. 2. & 4. & fol. 47. col. 2. in fi. illa conditio ſi filius emãcipetur, potuit nocere filio, eo quòd ea impleta filius cum ſuus eſſe deſinat amittit facultatem tranſmittendi iure ſuitatis quæ læſio in conſideratione eſt, ut tenet Paul. in l. ſuus quoque, in prin. ff. de hære. inſti. & tamen licet poſſit nocere, nihilominus tenet communis opinio quòd talis conditio non reiiciatur per d.l. quoniam in prioribus, ſed firma manſit & implenda ſit ut filius maternam habeat hereditatem. ſic ergo & in terminis noſtrę legis licet fideicommiſſum reciprocum uni ex filiis nocere & poſſit & re uera uideatur, cum propoſitum patris familias fuerit ut prouideret non ut noceret, quod ſufficit ad hoc ut non reiiciatur tale fideicommiſſum per l. quoniam, ſed firmum manſit, nec uideatur continere grauamen.

Confirmatur † per l. cum ex filio, ff. de uulg. & pupilla. ſubſtitu. in prin. ubi dilatio fuit poſita filio ut hæreditatem non haberet quouſque impleret quartumdecimum annũ, & tamen illa dilatio non reiicitur per l. quoniam, ſed firma manet etiam hodie quo ad legitimam, ex eo quòd appoſita fuit in fauorem filii, nec illa lex eſt hodie correcta ſecundum Suarez in d.l. quoniam, fol. 47. col. 2. & fol. 46. colũ. 3. poſt med. ſic ergo & in propoſito cum fideicõmiſſum reciprocum fauore ipſorum filiorum factum fuerit ut probaui, non debet reiici per l. quoniam, etiam ſi reperiatur q̃ re uera nocet filio premoriẽti, nam & in d.l. cum ex filio, illa dilatio interim nocet filio, & tamen non conſideratur 12

L. cum ex filio ff. de uulg. non eſt hodie correcta.

ex eo

ex eo quod principaliter,& intentionaliter uertitur,& respicit eius utilitatem,& prouisionem.

1 *L. multi nõ note de lib. & posthu. non est hodie correcta.* Confirmatur†per l.multi non notæ causa,ff.de lib.& posthum.& in l.si patronus.2.§.sed si non mala.ff.de bono.libert.ubi exhæredaui filium iubens ut ei restituceretur hæreditas non statim,sed demum cum annum quartum decimum impleret,& tex.ait testamentum ualere,talemq; dilationem etiam hodie per l.quoniam non esse subtrahendã firmat Suares dicens illam legẽ non esse hodie correctam in l.quoniam fol.46.col.4.idq; fit eo q̃ talis dilatio intentionaliter facta fuit ob prouisionẽ filij quod sufficit ut non reiiciatur licet interim dilatio filio noceat,& possibile sit, q̃ ei nullatenus profuerit etiã facit l. Titio centũ. in prin. de condi.& demõ.l.in fideicommissi. §.cum pollidius.ff.de usuris cum alijs alle.per Suares,in d.l.quoniã.fol.48 col.3. post med. Teneo ergo contra cõem quòd l.nostra hodie correcta non est per l.quoniam nec hoc fideicommissum reciprocum reijcit de legitima, unde infero quòd dilatio, seu condi.apposita in institutione filij non reijcitur de legitima,sed firma manet non solum quando indubitatũ est tam intentione,quàm exitum tendere in fauorem filij,sed etiam quando intentionaliter tantũ in filij prouisionem facta fuit,licet actu,& exitum nocuerit,ut in terminis.l. nostræ,quòd est contra Bar in d.l.cũ ex filio.& in l.filijs matrem.contra Suares in l.quoniam,fol.47.col.3.in princ.contra eund.fol.col.3.in prin.Et quòd hæc.l.nõ sit hodie correcta sensit glos.in d.l.quoniam in prioribus,& ibi Azo, in summa licet contrarium teneant(& minus recte,ut nobis uidetur.Bart.Bald.& Paul.Castr hic & etiam Iacob.Butri.& alij plures quos refert & sequitur firmans hanc esse cõem opi.Rodericus Suares in repet.d.l. quoniã in prioribus in 14.limita.& itetum idem Rodericus ampliatione.6.

L. CVM DVOBVS.

1 *Testamentum est indiuiduum,& integrale in sui creatione nõ in sui resolutione.*
2 *Ius accrescendi cessat post portionem quæsitam contra communẽ. Intellectus l.cum hæreditate.ff.de acqui hæredi.*
3 *Querelæ effectus antequam proponatur.*
4 *Querela dum proponitur quid considerandum.*
5 *Querelæ effectus lite pendente.*
6 *Querelæ effectus durante appellatione.*
7 *Querelæ finitæ effectus.*
8 *Querelæ perlatæ effectus.*
9 *Querela quibus admat hæreditatem.*
10 *Querela quatenus admat hæreditatem.*
11 *Querelæ commodum an detur muto.*
12 *Querela transfertur gradatim.*
13 *Sententia est stricte interpretanda.*
14 *Sententia refertur ad prosecuta.*
15 *Sententia regulatur secundum libellum.*
16 *Sententia lata in uno capitulo ex eodem processu potest ferri in alio capitulo omisso si est æque principale, secus sit accessorium,ut fructus interesse.damna.*

CVM duobus.Ex hac lege cum duobus in primis nota quòd licet testamenti creatio pro parte tantũ fieri nõ possit, quinimo oporteat quem ex toto testatum,uel ex toto intestatum decedere, ut in l.ius nostram,ff.de reg.iur.†tamẽ ex post facto ipsius testamenti resolutio pro parte tantum cõtingere potest ut hic & in l.circa.ff.hoc titulo.Ratio secundum Paul.Fulgo.Ias & alios hic,quia primo casu rumpitur à iure, quod ius habet potentiam super toto testamento . Secundo uero casu rumpitur per hominem, ideſt per sententiam iudicis,qui cum sententia debeat esse conformis libello, usque ab libellum tantum se potest extendere . Aliam rationem assignat Io.Fab.in §.hæreditas, inst.de hære.inst.nam inquit,qñ ab initio testa.peccauit in sui forma nõ seruata, merito ex toto ualere disinit,quia formã est, quæ dat esse rei,ut.ff.ad exhiben.l.si quis rem.§.Iulianus.Cæterũ si test. ab initio in sui creatione habuit oia solennia summopere iniquum esset,q̃ ex post facto si aliqua ex parte testa.expugnaret tunc oẽs testamẽti partes corruerent,qd enim si in terminis huius tex.ubi fratre pterito duos hæredes scripsi contra alterũ,ideo frater obtinuit, qa is negligenter se defendit uel forte p̃ collusionẽ succubuit, certe si hęc sententia cohæredi noceret absurdissimum esset, & contra to tũ tit.C.res inter alios actas.penderetq; ius nostrum ex facto & arbitrio alieno contra l.id quod nostrũ.ff.de reg.iur.

1 *Test. est in diuiduum, & integrale in sui creatione, non in sui resolutione.*

Secundo nota † quòd licet regulariter portio delecta accrescat coniuncto in l.un. C. quando non pet. partes & in l.un.§.his ita.C.de cadu.toll.in l.1. & 2. & in l. si solus in prin.& in l.si tu ex parte.ff.de acq hær. in l.item quòd Sabinus.§.1.cum seq.ff.de hær.inst.in l. si ex plurib.ff. de suis & legit. hęr.tamen hic portio illa quæ apud cohæredem uictum erat non accreuit cohęredi sibi cõiũcto. Ratio p̃stans & peremptoria ea est quòd post portionẽ quęsitam cessat ius accrescendi ut in l.1.§.interdum.ff.de usuf.accres. nam ius accrescendi est quædam tacita substitutio l.si Titio & Męuio.§.Iulianus.ff.deleg.2.l.non iustam.C.ad Trebell.tacita autem uel expressa substitutio similiter post portionem quæsitam euanescceret l.post aditam.C. de impuberum.Sed in terminis huius tex. is cohęres qui uictus fuit iam suam portionem adierat quia contra eum querela moueri non posset nisi iam adiisset ut in l. scimus.§. illud hoc tit.& l.Papinianus.§.si cõditioni.ff. eod. ergo eius portio, utpote iam semel quęsita non potuit unquam cohæredi suo accrescere sed debuit apud uictorem manere ut hic . Vnde si filius fam. ex parte sit hęres scriptus & repudiet eius portio licet deferatur cohęredi, tamen ei inuito non accrescit,†sed demum uolenti ut in l.cum hæreditate.ff.de acq. hær. quia licet regulariter portio hęreditatis accrescat inuitis ut in l.un.§.his ita.C.de cadu. toll. iuncto.§.ubi autem eod.titu.tamen portio quę filiofamilias relicta fuit nunquam accrescit cohæredi inuito , quando iure suitatis talis portio ipsi filio semel quæsita fuit,licet postea ab eodem beneficio abstensionis repulsa fuerit, ne beneficium prętoris huic filio concessum cedat in perniciem cohæredis contra l.nec auus.C.de eman.liberorum . nam & si cohæres meus qui minor erat beneficio restitutionis repudiasset portionem suam quam semel adierat,talis portio similiter mihi inuito non accrescceret , sed tantũ uolenti ne beneficium restitutionis minori concessum cederet in meam lęsionem ita probat l.si minor.ff.de acqu.hær. secundum uerum intellectum illius legis & d.l.cum hæreditate. ff.de acq.hær. licet in contrarium sit magis communis opinio Bartol.& aliorum in l.re coniuncti.ff.de lega.3.contra quam olim inter plura quam 700. paradoxa quę publicę Salmanticę sustinuimus tenuimus & late disserimus in materia iuris accrescendi infra lib.

2 *Ius accr. cessat post portionẽ quæsitam contra communem.*

Int. l.cũ hæreditate. ff. de acq. hær.

Tertio nota ex tex.ibi,iusta querela contendisse,ab altero autem uictum te fuisse . Quòd is qui querelam mouit potest superare unum ex cohæredibus & ab altero superari etiamsi iudex recte sancteque pronunciet quod accidit quando testator duos hæredes scripsit alterum honestum alterum uero turpem. tunc enim frater præteritus uel exheredatus uincitur iustè ab honesto hærede , & turpem cohæredem iuste exuperat ut in lege fratres hoc titulo . §. soror inst. eodem le. Papinianus. §. sed nec impuberis . ff. hoc titulo .

Quarto nota quòd effectus querelę est quòd rescindatur testamentum. † qua in re considera nonnulla antequam querela proponatur.secundus casus dum ipsa proponitur, id est in ipsius litis motione uel institutione , tertius casus pendente lite . quartus casus post sententiam.

3 *Querelæ effectus antequam proponatur.*

Quo ad primum , id est antequam lis moueatur est hic effectus querelæ mouendæ ut hęres scriptus ad petitionẽ eius qui querelam mouere curat compellatur infra annale tempus adire uel repudiare tex.est ubi communiter tradunt doctores in l.scimus.§.illud.in fin.hoc tit. secundo q̃ querela

querela non proponitur ante aditam hæreditatem, ſecundum ueras, & cõmu. opi. per tex. in l. ſcimus. §. illud hoc tit. & ff. eod. l Papinianus. §. ſi conditioni, & l. filium. §. ſed cũ exheredatio. ff. de bono poſ. contra tab. Tertius q̃ querela non proponitur quandiu ſupereſt aliud quoduis remedium §. tam autem inſt. hoc titu. l. maximum uitium ibi & nemo. C. de lib. præt. l. qui de inofficioſo. ff. hoc tit. & l. ſi ponas, in prin. eod. In contrariũ fortiter facit, qa pr̃ ab emancipato filio p̃teritus habet bo. po. cotra tab. ut in prin. & per totũ. ff. ſi quis à par. fuer. manumi. & tñ querela ei non denegatur, ut in l. pater filiũ. ff. hoc tit. & in l. nam & ſi parẽtibus, eod. quod dic, ut nouiſſime diſſerimus in l. cum filium hoc titu.

4 *Querela dũ proponitur quid conſideꝛandum.*

Secũdo caſu principali † dum lis, ipſa mouetur quid allegari, & quid probari oporteat habes in l. 3. & 4. ff. hoc titu. & contra quos proponatur habes in l. Papinianus. §. ſi conditioni. ff. hoc tit. & in d. l. ſcimus. §. illud. & d. l. filium. §. ſed cum exheredatio. ff. de contra tab. interdum enim mouetur contra hæredes inſtitutos, interdum contra ſubſtitutos, ut dictis legibus, interdum etia contra legatarios, ut in l. ſi ſuſpecta. in prin. ff. hoc titu.

5 *Querela effectus lite pẽdente.*

Tertius caſus principalis eſt † durante lite. & hoc caſu unus effectus eſt q̃ tranſmittitur querela ad hæredes eius qui mouit querelam, ut in l. ſi pater, & in l. ſi quis filium, ſecundum ueras, & communes opin. utrobique hoc titul. & diximus utrobique, quòd ſi lis mota non eſſet, tunc ceſſaret tranſmiſſio ut dictis legibus, & l. Papinianus. in prin. & l. poſthumus. §. fina. cum duabus legibus ſeq. ff. hoc tit. Verum licet ante litem motam, uel placit in querela nó tranſmittatur ad hæredes querelantis, tamen contra hæredes bene tranſmittitur querela etiam non præparata ſecundum ueras, & communes opinio. unde ſi hæres inſtitutus deceſſit antequam querela eſſet præparata contra hæredem ipſius, non prohibetur ipſe exhæredatus querelã mouere tex. habes in l. ſi hæredum. ſupra hoc tit. ubi ita notãt Iaſ. & alij. Et querela exerceri poteſt iure proprio, & nomine proprio, ut dd. ll. & nomine hæreditario, ut probatur in dictis legibus. Sed nomine & iure patrio non poteſt, ut probatur in l. Papinianus. in prin. ff. hoc titulo. quinimo pater qui filioſami. ſucceſſit iure peculij non habet querelã quam ille non mouerat non magis, quàm reliqui hæredes d. l. Papinianus. §. 1. ſecundum ueram, & communem ſententiam itaque querelam non preparatam à filio pater mouere non poteſt. intellige tripliciter primo quando pater filio ſucceſſit, ut hæres. Secundo quando eidem ſucceſſit, ut pater iure peculij. Tertio idem longe facilius quando filij ſucceſſionem reſpuit, ſed tamen iure patrio querelam contra ipſius filij matrem mouere uolebat.

Eſt & alius effectus querelæ durante lite, nam interea ceſſat Carboniana bonorum poſſeſſio, ut enim exhæredatis uere. uel interpretatiue denegatur bonorum poſſeſſio cõtra tabulas, ut in l. 1. in prin. & l. non putauit. §. non queuis, ff. de bo. po. contra tab. l. 1. poſt. prin. ff. de coniuga. cum emancipa. liber. ita etiam pendente lite ſuperquerela denegatur contra tab. bo. po. ut. ff. hoc tit. l qui de inofficioſo.

Eſt & alius effectus ut ad querelã redire poſſit q̃ ab ea per pactũ diſceſſit ſi q̃dẽ ei fides ab aduerſario ſeruata nõ eſt, ut in l. ſi inſtituta. in prin. ff. hoc tit. fallit in caſu ſingulari l cũ nota, ubi late Bar. Bal. Ange. & Iaſ. C. de tranſact. Et quãuis lis iuſta eſſet tñ ſi durante lite ab ea receſſum fuerit teſta. ſuſtinet non ſecus, q̃ ſi lis iuſta non eſſet ſm cõem, & uerã opi. p tex. in d. l. ſi ſuſpecta. §. fin. nã ſi ex duobus filijs alter iuſte, alter uero iniuſte fuerit exhæredatus, & uterq; q̃relã moueat, certe ſi iniuſte exheredatus deſtiterit à lite, & impugnatione teſtaméti ea q̃rela nõ ꝓdeſt, nec accreſcit alteri fratri q̃ iuſte fuerat exheredatus, quinimo is nõ plus iuris habebit ex motione, q̃ ꝓpoſitione q̃relę facta a fratre iniuſte exheredato, q̃ ſi ea q̃rela reuerã mota nõ fuiſſet ut in d. §. fi. ut uidebat cõtra ut ius deſiſtẽtis accreſceret ꝓſeueranti arg. l. ſi ponas. §. fi. ff. hoc tit. & l. ſi poſt mortẽ. §. fin. ff. de contra tab. Sed in contrariũ eſt ueritas, ut dixi in materia iuris accreſcẽdi infra libro. . . ubi diſſerui de intellectu d. l, ſi ponas. §. fi. & olim publice defendi inter plura quam 700. paradoxa contra multos.

Item hac ineunte lite de meritis ipſius exhæredati agẽdum eſt, non de meritis eius qui eum gradu pręcedebat ut in l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de bo. po. cõtra tab. Item cum filius a matre præteritur de meritis ipſius filii erga matrem nõ de meritis pr̃is agendũ eſt, ut in l. filius nõ impeditur. ff. hoc ti. uidebat contra, arg. l. ſi q̃s in ſuo. §. legis infr. hoc ti. 6 *Querelæ effectus durante appellatione.*

Quartus caſus principalis eſt, pendente lite in inſtantia ſecunda appellationis poſt primam ſniam appellatione ſuſpenſam, quo caſu eſt unus effectus querelæ, ut lite durante dentur alimenta ipſi querelanti l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. &. §. fi. cũ l. ſeq. ff. hoc ti. quod ſm ueras & cões opiniones intelligitur ſiue querela moueatur contra filios inſtitutos, ſiue contra extraneos, ſiue etiam contra municipes arg. l. ſi is qui. §. 1. ff. hoc ti.

Quintus caſus principalis eſt q̃ñ † lis ex toto & ꝑ oẽs iudicũ ſnias ꝑacta eſt, fuit tñ ſnia abſolutoria, quo caſu unus effectus eſt, q̃ is q querelauit amittit oĩa legata, uel fideicõmiſſa, uel alia quę ſibi in teſtõ relicta fuerunt, ita tenent cõiter Doct. per tex. in l. Papin. §. meminiſſe, ff. hoc ti. l. pe. & ſi. eo. ti. & quod aufertur id fiſco applicatur l. filius non impeditur, ff. hoc ti. & ita ẽt põt intelligi tex. i l. ſi hæredũ, 3. hoc ti. facit l. ẽt. ff. hoc ti. Sed tunc p ſucceſſoriũ edictum defertur querela ſequentibus l. pr̃ filium, l. ſi is qui, ff. hoc ti. quæ ẽt contra Principes uel Imperatoré poſſet moueri. l. ſi hęredum. 3. allegata l. Papinianus. §. ſi Imperator. ff. hoc titulo, & conſequenter etiam contra Deum id eſt contra eccleſiam uel pauperes Chriſti ut in ſimili tenent glo. & Bar. & alii in d. §. ſi Imperator. Iaſ. in d. l. ſi hęredum. 7 *Querelæ ſnitæ effectus.*

Sextus caſus principalis eſt † poſt ſniam condemnatoriã quæ trãſiuit in rem iudicatam, quo caſu inducitur reſciſſio teſtamenti & heredit tis adẽptio & eiuſdẽ hereditatis trãſlatio, quo ad primũ de reſciſſione cõſidera & fac cõcluſionẽ q̃ ꝑ q̃relã perlatã teſtm reſcinditur l. poſthumus. §. ſi qs ex his l. Papin. §. ſi ex cã. ff. hoc ti. l. q repudiãtis. eo. ti. l. mr̃ decedens, in fi. eo. ti. l. ut liberis, in uerb. reſciſſio. C. de colla. 8 *Querelæ perlatæ effectus.*

Hęc cõcluſio ītelligitur multis modis, primo. n. ītelligę q̃ rẽſcinditur ipſo iure ut d. l. Papin. §. ſi ex cauſa in uerb. ipſo iure, ſm ueram & cõem opinionem & intellectum.

Secũdo intellige q̃ regulariter reſcindit teſtm ex toto ſm ueras & cõ. opi. arg. tex. i l. Papin. §. ſi ex cã & d. l. poſth. §. ſi qs ex his. expreſſius in l. q repudiãtis, ibi, uniuerſam hęreditatẽ, ff. hoc ti. & in l. filio. §. cõtra tab. ibi, uniuerſam hæreditatẽ. eod. ti. & l. liberi. ibi, teſtamento reſciſſo, eod. ti.

Tertio etiam ſecundum communes & ueras opiniones intelligitur q̃ reſcindatur teſtm ẽt quo ad fructus ꝑceptos reſtituendos, arg. l. filio, §. fi. cum ibi notatis. ff. hoc ti.

Limita primo ut pro parte tñ quotitatiua reſcindatur teſtm, qñ agitur cõtra hæredẽ ex parte tñ inſtituto ut hic & l. circa, ff. hoc ti. & l nã & ſi. §. fi. eod. ti. l. mr̃ decedens. §. pręterea. ff. eo. ti. l. pr̃ filium. ff. de coll. dotis l. Papinianus. §. ſed neq; impuberis. l ſi inſtituta. §. 1. ff. hoc ti.

Limita ſcẽdo ut reſcindatur ex ꝑte tñ ſubiectiua quale ẽ cũ teſtõ ꝑ q̃relã reſciſſio legata cõſeruãtur, ꝓpea q̃ teſtm nõ fuit inofficioſũ re & cõſilio ſed re tm̃ iſta eſt cõis & uera cõcluſio. l. ſi inſti uta. §. fi. & l. cũ mr̃. ff. hoc ti. & l. q repudiãtis. §. fi. cum lege ſeq. eo ti. ubi idem probatur. (Et ſic eſt tertia limitatio) cum obtinetur nõ ex exhæredati probatio nib. ſed ex rei conuenti cõtumacia, idq̃, ne fraus forte hęredis ſcripti noceat legatariis, ut ibi, quo caſu nõ tã teſtm reſciſſum vr̃. q̃ portio hæredis cõtumacis in querelantẽ tranſlata ut in ſimili per tex. in l. fi. ff. de hære. inſtituen.

Quarto limita ut non reſcindatur teſtm per querelam qñ ſnia condemnatoria fuit appellatione ſuſpẽſa ut in l. Papin. §. ſi ex cauſa. ibi, nec fuit prouocatum. ff. hoc ti.

Secundus caſus eſt, q̃ † adimatur hæreditas, nã reſciſſio teſtamenti fit ad hunc finem ut uicto adimitur hæreditas & in uictorem tranſferatur, ergo adimatur hereditas hereditatis ue portio ei contra quem obtentum eſt l. poſthumus, uerſ. ſi quis ex his, ff. hoc ti. Sed eius cohæredib. cõtra quos obtẽtũ nõ fuit nõ adimitur. l. circa. ff. hoc ti. & hic. 9 *Querela quibus adimat hæreditatem.*

Secundus effectus huius membri eſt, q̃ adimãtur legata

quod fit dupliciter,nã quæ præſtita non ſunt denegantur, quæ autem præſtita ſunt repetuntur,l. Papinianus.§. ſi ex cauſa.ff. hoc titulo.

Tertius effectus ꝙ etiam libertates pereunt ut ibidem, quod tamen limita ut per l.noſtram.

Quartus effectus,quòd repetantur ea quæ hæres condi tionis implendæ cauſa præſtitit l.ſi ſub hac conditione ſm communem opinionem & intellectum.ff.hoc tit. ſimile in l.1.ff.de cond.cauſa data.

10 *Querela quatenus adimat hæreditatem.*

Quintus effectus ut uniuerſa †hæreditas auferatur licet pars tñ ab initio petita ſit, ſi tñ pendente lite alter frater exhæreditus deſtitit a querela l.ſi ponas,§.fi.ff.hoc tit.ſm ꝺ̃em intellectum,de quo late per nos.ſ.lib.3.de ſucc.progr.in materia iuris accreſcendi. Et conſidera ꝙ ſi ex duob. fratrib.querelantibus alter tempore, uel repudiatione,uel pactione excluſus fuit,tunc alter qui perſeuerauit & obtinuit uniuerſam hæreditatem aufert hęredi ſcripto, ꝙ ſi ille non deſtiterat nec repudiauerat ſed litem diſtulerat & interim alter frater victor extitit, tunc non puto ꝙ frater qui diſtulit agere concurrat cum fratre victore ad hęredi tatem patris,niſi ipſe qui diſtulit perferat litem & obtineat contra ſuum fratrem qui prius uictor extiterat. arg.l.filio, & l.qui repudiantis,& l.ſi ponas,§.fi.ff.hoc ti.

Sextus effectus eſt, ꝙ adimuntur legata etiã a legitimis repetita.l.Titia,l.cũ mater.l.ſi inſtituta,§.fi.ff. hoc tit.

Quo ad tertium membrum de tranſlatione hæreditatis dic ꝙ transfertur hæreditas regulariter in ipſum qui que relam mouit, aliquando etiam in alium, & interdum ipſo iure, interdum uero non ipſo iure ſed demũ ſecuta aditione,ut in l.poſthumus,§.ſi quis ex his,& in d.§. ex cauſa,& in l.ſuus,C.de repe her.l.filius non impeditur.ff.hoc titu.

11 *Querela commodum an detur in uito.*

Sed†an is qui querelam mouit & uictor extitit compellatur etiam inuitus accipere hęreditatem ? uidetur ꝙ ſic argu.d.l.ſuus In contrarium eſt ueritas arg.l.1.ff.de cõd.cau. data.iuncta.l.iam dubitari.ff.de hær.inſti. quod dic ut diximus contra communem opinionem in l.1.uel.2.ſ.eod. circa intellectum legis iam dubitari.ff.de hær.inſtit.& l.ſi ſer uum.§.ait prętor.ff.de acq.hære.

12 *Querela transfertur gradatim.*

Item cum † per querelã transfertur hęreditas,transfertur gradatim l pater filium,l.ſi is qui.ff.hoc tit. & cũ trãſfertur in ſuos hæredes querelantes tunc hęreditas eis iure ſuitatis abſque aditione acquiritur ut d.§.ſi ex cauſa,ibi, ſuus.& tamen ceſſat beneficium abſtenſionis, quia licet in iure aditionis ſed iure ſuitatis fiant hęredes,tamen uoluntarii hæredes non neceſſarii uidentur & conſequenter indigni ſunt beneficio abſtenſionis,ut in l.iam dubitari,ff.de hęre.inſtit.& in l.ſi filius qui patri,ff.de uulg. & pupill.ſubſti.& in l.ſi ſideiuſſor. §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatiſd. cog. & expreſſius in d.l.ſuus hæres.C.de rep. hære. ut dixi contra communem in d.l.1 uel.2.ſ.eod.

Et eſt & alius effectus ſecundum communes opiniones, ut qui ex teſtamento adierat hęreditatem poſſit repudiare & ab inteſtato hæreditatem capere.l.mater decedens, in fin.ff.hoc titu.

Alius effectus ut actiones reuiuiſcant ut ibidem.§.fi.

Alius ut interdum ad ſupplementum tñ legitimę fiat condemnatio l.ſi non mortis.ff. hoc titulo ſecũdum unum intellectum.

Alius effectus ut ad conferendum fiat interdum cõdẽnatio,ut d.l.mater.in fi.ſecundum quoſdam.

13 *Sententia eſt ſtricte interpretanda.*

Vltimo nota quòd ſententia ſtricte interpretatur, † ſententia enim eſt ſtricti iuris.l.fina.§.fin.ff.de condi.indeb.& ideo ſtricte interpretanda. l.quidquid aſtringendæ. ff. de de uerborum obligation. l. Paulus reſpondit, eos.ff. de re iudica.l.1.C.ſi plures una ſenten.fue.condem. notat Socin. in conſil.134.incip. uiſa petitione.libro primo,pulchre Iaſo.in l.centeſimis.§.1.numer.14.ff.de uerborum obligat. in uerſ. tertio multum me mouet.Socinus.in conſil.18. incipi. uiſa & conſiderata.num.7.&.8.lib.3.Aymon Sauil.con. 188. num.6. Socinus. nepos. conſil.122.incipien.nolebam profecto.num.41.& in conſil.181.nume.67. lib.2.ubi plura allegat,ſententia enim non probat niſi quatenus ex ea neceſſario infertur l.ſi iudex, ff. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. notat Bart.in l.Iulianus uerum debitorem. nume.5.ff. de condi. indebi. pro quo etiam facit. quia in dubio ſententia debet interpretari in fauorem rei ut minus cenſeatur condemnatus quam ſit poſſibile.l.hæ enim cauſæ. in prin. ff.de ſuſp.tuto.c.ex literis.de probatio.C.inter dilectos,de fide inſtrum.l.ſi præſes.&.l.interpretatione.ff.de pœni .nota.Socinus.in d.conſi.134.col.2.Decius conſi.43. numer.3. Aymon Sauil.conſi.74.incip.Michael Matthęus.in fi.& in allegato conſi.188.nu.2.Socin.iunior.conſ.181.nu.82.Id qđ ſatis perſuaderi poteſt ex lege noſtra ubi uides, ꝙ ſententia lata contra teſtamentum per quam declaretur teſtamẽtum eſſe inofficioſum & conſequenter reſcindendum eſſe, & ad nihilum uirtualiter redigẽdum, & tñ adhuc talis ſententia non uniuerſum inficit, infirmatq; teſtamentum,ſed pro illa tñ parte qua hęres erat ille contra quem querela mota fuit,& ſic uſq; ad proſequuta tantum fuit reſciſſio, intellige tamen ꝙ ſententia non definit declarationem recipere ex proſecutis quod ſuadetur.

14 *Sententia refertur ad proſecuta.*

Primo,†quia quando ſententia eſt generalis & proſecutio eſt generalis ſemper ſententia refertur ad proſecuti. tex.eſt in l.2.C.de iudi. & ibi Doctor. & in hoc nullus diſcrepat. Et idem eſt in tranſactione, nam ſi tranſactio eſt generalis & proſecutio litis eſt generalis, ſemper comprehendit proſecuta, tex. eſt in l.ſub prætextu ſpecierum. C. de tranſa.& ibi Doctor.& idem eſt dicendum in ſententia, quia tranſactio & ſententia ęquiparantur, ut in l.non minorem.C.de tranſact. Et idem etiam eſt in iuramento litis deciſorio . nam iuramentum litis deciſorium ſimpliciter, uel generaliter factum, refertur ad proſecuta in iudicio, text. eſt in l.fi.de iureiu. ergo idem eſt in ſnia, quia æquiparant, text.eſt.in l.2.ff. de iureiu. traditur late p oẽs in d.l.2 ff. de trãſa & in d.l.nã minorem.C.eo.ti. ubi habetur ꝙ hęc tria exequantur iſdemq; iuris regulis trutinantur nempe ſentẽtia tranſactio & iuramentum litis deciſiuum, quę omnia regulariter licet ſimpliciter ferantur & indefinite tamẽ ad proſecuta tñ reſtringuntur,qua ratione & in terminis huius tex.intelligendum neceſſario eſt. ꝙ ſi querela mota cõtra unum,tñ ex cohæredibus proſecuta fuit,tũc licet ſententia ſimpliciter & indefinite feratur, adhuc tamen non ex toto teſtamentum reſcinditur, ſed pro parte tantum quam ille habebat in hæreditate quæ tamen reſciſſio ſemper intelligitur tam in poſſeſſione quam in proprietate contingere.

Secuudo probatur, quia ſententia & mens iudicis ta'is eſſe præſumitur qualis & quanta ex allegatis & probatis in iudicio concipitur tex.eſt expreſſius in l.penul.C.de ſenten.quæ ſine certa quam.& ita illum tex.ſummant ibi Bal. in ſecundo ſummario,& ideo dicit ibi Bald.in princ.quòd in dubio ſententia intelligitur lata, pro ut acta proceſſus patiuntur. uerba ſunt Bald. ſ. d in noſtro caſu acta proceſſus fuerant facta ſuper parte, ergo ſententia pro parte tantum intelligitur lata in poſſeſſione, & in proprietate.

Tertio facit doctrina Bald.in d.l. penul.ante fin.in uerſic. dicit Speculator, ubi tenet, quòd in tantum ſententia refertur ad petita, & iudex uidetur condemnare ſecũdum petitionem,quòd ſi libellus eſt intentatus ſuper reſtitutione poſſeſſionis & iudex in ſententia dixit, condemno ad reſtitutionem fundi, quę uerba ſunt proprietatis & non poſſeſſionis,quòd nihilominus uidetur condemnare ad reſtitutionem poſſeſſionis, & uidetur condemnaſſe ſecundũ petitionem.allegat Bal.Speculatorem.in ti.de reſtitu. ſpolia.ubi hoc in expreſſo tenet ſecunda conclu.in fin. ſi ergo uerba ſententiæ impropriantur ad hoc ut uideatur ſententiatum ſuper poſſeſſione petita, a fortiori intelligitur ſententiatum ſuper omnibus prędictis in iudicio quando ſententia eſt ſimpliciter & generaliter lata.

Quarto facit doctrina Bartol.in l.ait prętor.§. primo.ff. de re iudi.ubi tenet ꝙ ſententia ſimpliciter lata quantũcũq; incerta,ſemper refertur ad acta,& ualidatur ex actis, licet in ſententia non ſit facta relatio ad acta, & iſta eſt commu-

communis opinio, ſecundum Alex. ibi in 2. col. ſi ergo ſententia incerta refertur ad acta, & cenſetur lata ſuper actis certis & productis in iudicio à fortiori iſta ſententia, quæ fuit certa licet ſimpliciter lata refertur ad acta, & ſic uidetur lata in poſſeſſione, & in proprietate, & facit illud generale, ꝙ ſententia ſemper declaratur per acta Gloſſ. ſingularis in l. ſi quis ad exhibendum. ff. de exceptio. rei iudi. & illa communiter approbatur per Doctores ibi.

Item facit pro hoc, quia adiudicatio pignoris ſimpliciter facta, & ſic ſecundum decretum ſimpliciter interpoſitum, intelligitur interpoſitum pro toto debito quod fuit petitum, idem concludit Alexand. in l. à diuo Pio. §. ſi pignora. 6. col. ff. de re iudica. & Bald. in l. ordo. penul. colum. C. de execu. rei iudi. Doctor. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dãno infe. quod & ſuadetur ex natura ſententiæ, & libelli.

17 *Sententia regulatur ſecundum libellum.*

Sententia enim† refertur ad libellum l. ſi præſes, & ibi Bartol. num. 1. ff. de pœn. in l. hę enim. §. ſi prętor, in fin. ff. de ſuſpect. tuto. ſententia enim generalis intelligitur, & declaratur ſecundum libellum & petitionem agentis, ut declarat Aymon. Saui. conſi. 188. incipi magnificus ſenatus, nume. 1. Socinus iunior. conſi. 181. incipi de duobus, in præſenti conſultatione. nume. 67. lib. 2. Quæ etiam ex eo ſuadentur, quia etiam reſponſio, & promiſſio reducitur regulariter, & declaratur ex terminis tenore, & intentione ipſius petitionis, uel ſtipulationis, uel ſupplicationis, & quando preces Imperatori, uel ſummo Pontifici porrecti dicuntur, ita probatur & traditur per omnes in l. Titia. §. idem reſpondit. ff. de uerb. oblig. & in §. præterea. inſtit. de inutili. ſtipulat. facit l. fi. ff. de hæred. inſtitu. Cum ergo in terminis huius tex. poſuerimus petitionem, & libellũ eius qui querelam mouebat directum fuiſſe rouerſus unum tantum ex cohæredibus, ſupereſt ut ſententia poſtea lata, licet ſimpliciter & indefinite feratur, tamen iuſtitiam eius contra quem actum eſt poſſit eneruare, ꝙ ſi is qui querelam mouit petit ſimpliciter hæreditatem in fructus ſententiaąue ſimpliciter lata fuit, nulla fructuum facta mentione, an iudex poterit ſententiam ferre ſuper fructibus,

16 *Sententia lata in uno capitulo ex eo dem proceſſu poteſt ferri malio capitulo omiſſo ſi eſt æque principale, ſecus ſit acceſſorium, ut fructus intereſſe. &c.*

†Et ſuccedit deciſio notabilis tex. in allegata l. 4. C. de poſ. quæ expreſſe dicit dubium præſens, ubi probatur, quòd lata ſententia diffinitiua ſuper principali, officium iudicis cõ quieſcit in acceſſorijs, cuius principali fundamento interminis dicit Innocen. in c. grauis de reſti. ſpolia. nota quòd ſi non petantur ea, quę ueniunt acceſſorie, ut fructus, damna, & intereſſe, uel etiam ſi petantur, ſi tantum ſententia feratur ſuper principali non habita mentione acceſſoriorũ de cætero de his agi non poteſt, nec poteſt peti ferri ſententia ſuper omiſſo. C. depo. l. 4. de uſuris. l. ſi bonæ fidei. ff. de actio. empti. l. ſi per colluſionem. §. final. ff. de eo, quod certo loco. l. centum. Sin autem plura petuntur non quaſi acceſſoria, ſed quaſi principalia, tunc ſecus eſt ut prędallegata. l. centum. nec eſt contra. ff de exceptio rei iudi. l. ſi in iudicio, ubi dicitur quòd exceptione rei iudicatæ nõ obſtante, de acceſſorio poteſt agi iudicio bonæ fidei, ſed certe illa. l. potius eſt pro nobis, quia intelligitur quòd male agebat, & ideo abſolutus fuit reus, hæc Innocen. ubi ſupra & iſtam doctrinam Innocen. ſequuntur omnes ibi communiter quam & ſequitur Bald. in l. cum propria. C. ſi quis alteri, uel ſibi. Et Paul. Alexand. & alij. in allegata lege ſi marito. §. fin Idem Alexand. in l. Paulus. ff. de re iudica. Quibus non obſtat text. in allegata lege. 1. C. de iudi. quia ut dixi, & ibi dicunt Doctor. loquitur in uſuris, uel alijs acceſſionibus promiſſis per ſtipulationem, unde, & finito iudicio per ſententiam poteſt agi ex ſtipulatione, quia duæ ſunt actiones, ut in dict. leg. centum, & in allegata lege prima. C. de iudici. non uero quando debentur iudicis officio mercenario, & ita intelligitur Gloſſ. in allegata lege eos. C. de uſuris. Imo quando debentur iure actionis alia interpellatione opus eſt, cum pendente iudicio principali non poteſt actio ſuper fructibus cumulari, & ita intelligitur text. in allegata. l. fundi. ff. de excep. ut dicunt ibi Doctor. & in allegata. l. 1. C. de iudicijs, & in locis de quibus ſupra.

L. EVMQVI.

C. de inofficioſo teſtamento.

1 FALSVM *quod eſt nihil eſt.*

EVM. qui ex hac lege eum qui, nota quòd qui ſuccubuit in querela inofficioſi teſtamenti non prohibetur teſtamentum falſum dicere, nam & qui teſtamentum falſum dicere cœpit, & ſuccubuit in accuſatione falſi, non uetatur querelam mouere, ut hic. Et ſimiliter qui teſtamentum nullum dicere cœpit, ad querelam inofficioſi teſtamenti poterit tranſuolare, ut in lege contra maiores, infra hoc titulo. † Ratio dubitandi, quia remedia contraria non poſſunt ſimul cumulari, ut in l. 1. C. de furtis. Glo. & Doctor. in c. ſolicitudinem, de appella. ſed in ſpecie noſtra actor ſibi ipſi contrarius uidebatur, nam dum proponit querelam, ſupponit primordialem teſtamenti ualiditatem, ut in l. 2. ff. hoc titulo ibi, ſed recte quidem fecerit teſtamentum, dum autem dicit teſtamentum falſum ſupponit teſtamentũ nullum, quia quod falſum eſt id re uera nihil eſt, licet aliquid eſſe falſo opinemur, uel aliquid eſſe mentiti ſimus, & conſequenter ſibi contrarius uidetur actor, & per hoc repellendus. Vt autem illud quod falſum eſt nullum, uel nihil ſit uarie intelligitur, in primis enim intelligitur in teſtamentis, nam teſtamentum falſum nullum eſt, ita probat tex. expreſſior de iure in. l. 2. §. 1. ff. quemadmoduu teſtamen. aperiantur, ubi per Doct. & per Iaſ. in ſimili in l hac conſultiſſima, §. ex imperfecto col. fin. C de teſtamen. Secundo intelligitur in monetis publica forma excuſſis, nam falſa moneta nulla eſſe intelligitur, licet enim aliquid ſit corpusq; ſuum habeat, eſt tamen quid diuerſum à moneta, non enim moneta eſſe poteſt ſi careat uera, & publica forma, cum forma uera ſit quæ dat eſſe rei, ut in l. ſiquis rem. §. Iulianus. ff. ad exhibendum, & ita in ſpecie docet Gloſ. in l. omnes. per illum tex. C. de hære. Platea in l. 1. C. de uet. numis. poteſt. lib. 11. eſtq; elegans glo. illa ſm Alex. cõſi. 104. ſtatutum loquẽs. col. 2. lib. 1. & Barba. conſi. 43. præclare. nume. 16. lib. 1. Ad idem glo. in c. uera. 45. diſtinct habetur in ſimili per Bart. & moder. in l. 1. §. ſi quis ita, ff. de uerb. oblig. unde qui debebat nũmos, uel aliam rem non liberatur ſi nũmos falſos, uel aliã rem falſam pręſtiterit, quaſi perſtitiſſe nihil uideatur, & conſequenter non magis liberetur, quam ſi re uera perſtitiſſet nihil, ita tenent Gloſſ. & Doctor. in l. lecta. in uerb. proba. ff. ſi cert. peta. ubi per Bartol. Bald. & Salicet. & modernos. Simile in re ſimulata, quæ nil eſſe intelligitur, ut diximus. §. 9. nu. 17. cum ſeq. cum ergo qui teſtamentum inofficioſum dicere cœpit is firmum eſſe teſtamentum duxiſſe uideatur. & qui poſtea falſum eſſe dicit nullum eſſe teſtamentũ aſſeueret, & per hoc uideatur ſibiipſi contrarius, non ſecus quàm qui unam eandemq; rem aliquid eſſe, & rurſus nihil eſſe affirmet, uidebatur is tanquam uarius qui nimo ſibi ipſi cõtrarius non eſſe admittẽdus, cuius contrarium hic dicitur. Solue ꝙ is uirtualiter non eſt ſibi contrarius cum utraq; allegatio eo tendat, ut teſtamentum infirmetur. Cõfirmatur iſta ſolutio iſq; intellectus, nam ſi ad probandum quem eſſe hęreticum add cantur duo teſtes, quorum unus ait ſe audiſſe ꝙ accuſatus dixit Chriſtum de Virgine natum non fuiſſe, alter dixi, ꝙ in Trinitate non erat par potentia, tunc conteſtes eſſe uidebuntur quaſi in genere eum hæreticum eſſe probent ſecundum Iacob. Butrig. poſt. glo. ibi in l. Arriani. C. de hæreti. Innoc. in ca. qualiter. 2. de accuſati. Bal. in l. 1. C. de teſta. & alij plures quos retuli. ff. §. 4. nu. 45. de cuius ueritate dic, ut ibi diximus, ſic ergo, & in ſpecie noſtra non eſt ſibi contrarius qui primo teſtamentum falſum eſſe dicebat, deinde inofficioſum dicere cœpit, uel è contra quaſi utrunque tenderet eodem finem hoc eſt ad teſtamentum euertendum.

1 *Falſum quòd eſt, nihil eſt*

Reliqua circa materiam huius legis collocauimus de ſucceſſionum creatione lib. 2. §. 17. nu. 65.

L. FILIAM.
C.de inoff.testa.

1 *Matris præteritio causa non expressa uitiat hodie testamentum secundum communes opiniones.*
2 *Bonorum possessio contra tabulas datur institutis præteritis exheredatis.*
3 *Matris testamento non datur hodie contra tabulas cum Alex. contra communem.*
4 *Matris testamento non datur hodie unde liberi contra ius.*
Sed an hodie poſt legẽ qm̃ in prioribus, l. noſtra procedat † cum per illã legem omnis conditio reijciatur de legitima filij, & Bal. in l. ſi pr̃, in 3. oppoſi. C. de inſtit. & in authẽ. ex cauſa, C. de lib. prẽte. col. 7. uerſi. quarto oppono, quem refert & ſequit Iaſ. hic, col. 1. tenet ꝙ non procedat hodie lex, noſtra, primo quia omne onus omnisq; dilatio debet reijci de legitima filiorũ per d. l. qm̃, ſed reſp. non procedere in conditionibus & dilationibus reſpiciẽtibus ipſius filij utilitatẽ, deinde mouentur quando conditio uel dilatio habet ſe ad commodum uel incommodum, tunc reijcitur per d. l. quoniam, non ſecus q̃ ſi ex toto ad incommodum tantum pertineret ſm Bar. & communiter Doct. in l. ſi pater puellæ, hoc tit. ſed id certe uerum non eſt, quando ueriſimiliter illa prouiſio utilitatẽ filij reſpiciebat inſpecta legis cenſura & pręſumptione licet poſſibile eſſet contrarium, nam cui dubium quin pupillaris ſubſtitutio, quæ ſecundum ueras & cões opiniones poſt fieri in legitima filij poſſit ei eſſe pernicioſa, ſi forte ſubſtitutus cui teſtator plurimum fiebat impuberi inſidiatus eſſet, ut late tradunt Bartolus, Paulus, Alexander, & alij in lege cum ex filio, in principio. ff. de nulga, & late diximus in dicta lege. quoniam in prioribus, & in lege ſi pater puellæ, & in lege oĩmodo, in principio, hoc titulo, cũ ergo ueriſimiliter hęc conditio reſpiciat utilitatem filij, ut hic, id ſufficit, ut talis cõditio non reijciat per d. l, qm̃ in prioribus, & iſta eſt uera & cõis opinio, quam tenent Bar. & cõiter oẽs hic. Bar. & oẽs in d. l. cũ ex filio. Idem Iaſ. ſibi contrarius in l. multi non notæ. ff. de lib. & poſt. Rodericus Xuarez in d. l. qm̃ in prioribus, in prima limitatione, & ibi ẽt Iaſ. Idem Bar. in d. l. ſi pater puellę hoc tit. Azo. in ſumma huius tituli. Petrus de Bellaper. Ioan. Faber. Iacob. Butrig. Bal. Salic. & Paul. in d. l. quoniam in prioribus, & etiam Fulg. & Aret. qui idem admittunt in ſubſtitutione pupillari.

4 *Conditio emancipationis a matre poſita in filij inſtitutione non reijcitur cum communi, contra Bal. & Iaſ.*

Deniq; pro hac cõi opinione habes tex. quẽ ad propoſitum nullus allegat in l. ſi quis in ſuo. §. legis, hoc tit. nam ille tex. factus fuit poſt d. l. qm̃ in prioribus, patet tunc, quia illa lex, q̃ ſimiliter Iuſtiniani eſt, collocata fuit, poſt d. l. qm̃ in prioribus, unde ueriſimile eſt, ꝙ poſterius edita fuerit, deinde & fortius id patet ex datis utriuſq; legis, quia d. l. qm̃ in prioribus, data fuit ſub Decio conſule Calẽdis Aprilis, at d. l. ſi quis in ſuo, data fuit ſub eod. conſule mẽſe Octobri. 12. Calend. Octobris, ſicq; ſex mẽſibus poſterior eſt d. l. ſi quis in ſuo, & tm̃ ꝓ illã legẽ expreſſim hęc conditio appbat, ergo nõ reiicieꝫ ꝓ d. l. qm̃ in priorib. q̃ fuit anterior.

Vnde † indubitanter colligit ſimiliter erraſſe Iaſ. hic, & Bal. in d. l. ſi pater, in tertia oppoſitione. C. de inſt. & ſubſt. & in d. aũt ex ea, col. 7. dũ tenent ꝙ ſaltẽ filius iſte ſi uelit poſſit pure & abſq; conditione capere legitimã, ut in reſiduo tm̃ cõditio maneat ſed errãt, qa in omni relicto fixa manet cõditio ẽt poſt d. l. qm̃ in prioribus ut patet in d. l. ſi qs in ſuo in fine, q̃ ut dixi fuit poſterior lege qm̃ in princ. ſupra all.

5 *Cond. emancipationis ſita a matre in filij inſtitutione non põt reijci per filium cõtra Bal. & Iaſ.*

Sed † an ſaltem poſt aũt, ut cum de appell. cogn. §. aliud quoq;, hæc conditio reiiciat, & uera & cõis opinio eſt, ꝙ non, nec enim ꝓteritus intelligit, qui ſub cõditione inſtitutus eſt, ſiue illa caſualis ſit, ſiue mixta, ſiue poteſtatiua, ita ſe habet uera & cõis opinio, quam tenent Iaſ. hic col. 2. poſt alios Bar. & cõiter Doct. in d. l. cũ ex filio, in prin. Bald. in d. aũt, ex cauſa, col. 7. Ang. Alex. Iaſ. & alij in d. l. multi. Guil. & Alex. in autem. non licet. C. de lib. præt. Iaſ. in l. ſi pater. C. de inſt. & ſubſt. nu. 13. ubi Corn. col. 6. & Alex. nu. 12. & nu. 15. & num. 16. Rodericus Xuarez in d. l. quoniam, fol. 8. col. 2. idem Iaſius l. filius a patre num. 8. ff. de lib. & poſth. Paul. & Iaſ. qui hanc dicit communem opinionem in l. ſi mater, in prin. num. 4. ff. de uulg. & pupilla. ſubſtitutio. ergo conditio emancipationis appoſita per matrem in filii inſtitutione non reiicitur.

6 *Præteritus nõ dicitur q̃ ſub cõditione eſt inſtitutus cũ cõmuni.*

Hæc concluſio intelligitur multipliciter. Primo inſpecto tempore huius legis.

Secundo idem etiam poſt legem quoniam in prioribus, per quam talis conditio non reiicitur.

Tertio etiam poſt autem, excipitur. C. de bo. quæ lib. cuius prouiſio hanc prouiſionem non excludit.

Quarto etiam poſt. auth. ut cum de appell. cog. §. aliud quoque, in cuius præceptum incurrere non uidetur teſtatrix per appoſitionem huius conditionis.

7 *Intell. §. aliud quoque in auth. ut cum de app. cog.*

Quinto intelligitur. ꝙ etiam quo ad ſuam tantum legitimam non admittitur filius ad reiiciendam hanc conditionem, ut hæc omnia patent ex ſuperioribus.

Sexto intelligitur ut longe minus reiiciat de toto relicto, licet filius uelit ſuo fauori renuntiare, & hæreditatem pure acceptare, ut late prope dicemus.

8 *Cond. reſpiciens filij utilitatem etiã pater filio imponere ut re. ff. poterat cum Aret. contra Bald. Paul. et Iaſ.*

Septimo inrelligit ſm Aretinũ hic. 1. ĩ l. teſtameti. ſ. eod. quã ſimul cũ hac lege legit Aret. ut ꝓcedat ẽt in patre † nã ſi pater filiũ ẽt iure. ff. ſub conditione caſuali, uel mixta, q̃ filij utilitatẽ reſpiceret heredẽ ſcriberet, tunc teſtamentũ ualeret, ut hic, & arg. l. multi non notæ. ff. de lib. & poſthu.

Contrarium tenent Paul. hic in fi. & Iaſ. col. 2. in medio, & etiam Bald per d. l. ſi pater. C. de inſt. & ſubſt. ſed opinio Aretini uerior eſt, arg. huius legis, & d. l. multi non notę cauſa, & l. cum ex filio, in prin. ff. de uulg. expreſſius in l. ſi emancipatus. 2. ff. de bon. poſſ. cõtra tab. facit l. Seius Saturninus. ff. ad Treb. & l. ſi mater, in prin. ff. de uulg. ꝓ nobis optime facit illa cõis opinio de qua ſ. mẽtionẽ habuimus, q̃ habet ꝙ conditio quæ reſpicit filij utilitatem hodie non reiicitur per l. quoniam in prioribus, ergo ut olim conditio caſualis uel iuſta non poterat apponi per patrem in filij inſtitutione per d. l. ſi pater, cum concor. ita quoque hodie nec per patrem, nec per matrem poteſt apponi poſt d. l. quoniã in prioribus,

prioribus, & ut hodie poteſt appon i& fixa immota quàm manet quando apponitur talis conditio quæ reſpicit utilitatem filij,ita quoque & olim apponi poterat appoſitaq; fixa immotaq; manebat etiam in teſtamẽto patris, non ſecus quàm ſi in teſtamento matris apponeret,ergo cõditio quę reſpicit utilitatem eius cui apponitur utilis eſt, intellige primo in teſtamento matris.ſecundo etiam in teſtamento patris,tertio intellige non ſolum iure nouo, ſed etiam iure uetere,& vide quę dixi ſupra §.10. ſuper l.quoniam in prioribus, in prima limitatione.

9 Limita† ut licet talis conditio fixa immotaq; maneat etiã hodie per l.noſtram,tamen interim pendente ea conditione ſecundum tabulas bonorum poſſeſſio accipi poſſet, ut in l.3.§.ſi ſub ea.ff.de bono.poſſe.contra tabu.& in l.2.§.ſi ſub conditione.ff.de bo.poſſ.ſecundum tab.ſecundum Cinum Petrum Alber. Bar.Bal.Sal. Paul.Fulg. & Iaſ.& alios communiter hic.quod intellige quando nomine ipſius filij agnita eſſet bonorum poſſeſſio,nam ipſe pater eam bonorum poſſeſſionem accipere non poſſet,ut hic unde ſi de facto eam agnoſceret, rerumq; corporalẽ poſſeſſionẽ acceperet teneretur ea bona reſtituere ſecundum Bar. Paul. & alios communiter hic,licet glo.ſe inuoluat & talis bononorum poſſeſſio quando tribuat ius uel factum tantum, ui de late per Cynum,Sal.Paul.& alios hic,ut per Iaſ. in fin. diximus in l.2 hoc titulo.§.num.

Bo. po.ſecundum tab.hodie datur pendẽte conditione emancipationis cũ communi.

10 Sed contra hoc fortiter oppono ultra doct.†quòd quandiu locus eſſe pót alio remedio,tãdiu ceſſat querela inofficioſi teſtamenti,§. tã autem,inſt.de inoffic.teſt.l.qui de inofficioſo.ff.hoc tit.l.maximũ uitiũ,C.de lib.præteri.†ſed filius a matre ſub cõditione non poteſtatiua inſtitutus,pendente cõditione regulariter habebat querelã niſi cũ condi tio eius utilitatẽ reſpiciebat,ut probaẽ hic a contrario ſenſu,& tenent in ſpecie Fulg. Paul.& Iaſ.hic & Aret.in l. teſtamenti.ſupra eod.Sal.& Paul.in l.quoniã in prioribus, in fra hoc tit.Idẽ Paul.in l.ſi pater puellæ.per tex.ibi hoc tit. ergo iſto caſu pẽdente cõditione nó poſſet cõpetere ẽm tabulas bon.poſſ.nã ſi ea cõpeteret, tũc quetela ceſſaret,poſſimus reſpõdere,q̃ d.l.2.§.ſi ſub cõditione,ff.de ſecundum tab.& d.l.3.§.ſi ſub ea.ff.de cõtra tab.procedũt in bon.poſſ. quæ nó tribuit ius ſed factũ tm̃,at d.§.tam aũt, cũ ſimi.procedũt in remedio qđ tribuit ius,itaq; quãdiu ſupereſt aliud remedium q̃ tribuat ius tãdiu ceſſat querela, ſecus ſi ſupereſt aliud remediũ qđ tribuit factum tm̃,uel ſecundo dic quãdiu ſupereſt aliud remediũ ad impugnandũ teſtamentũ tandiu ceſſat querela,ſecus ſi ſupereſt ad teſtamentum approbandũ,qualis eſt bon.poſſ.ẽm tabulas per quã nó impugnaẽ, ſed approbaẽ teſtam.uel tertio hic nó cõpetebat querela ideo dãtur ſecundũ tabulas,uel quarto hic pater nolebat filiũ emancipare ideo daẽ q̃rela quaſi cõditione defecta.

Querela poſſit competere cum bon. poſſ.ſecundũ tab.

Querela regulariter datur filio a matre ſub cõditione inſtituto cũ cõi.

12 In tex.ibi,eo pacto, †nota ẽm Paul.& Sal.hic q̃ inſtitutus cũ hoc pacto ut monumentũ uel qd aliud faciat, uideẽ ſub conditione hęres inſtitutus, ſed hæc cõcluſio indubitãter uera non eſt,eſtq; cõtra text.expreſſum in l.paterfa. teſtamento.ff.de hær.inſtit.& cõtra tex.cũ glo.in l.1.C. de his quę ſub mod.& cõtra l.quibus diebus.§.Termilius, cũ ijs q̃ ibi late habenẽ p Bar.& alios.ff.de cõd.& dem. p Bar. & alios in l.1.eo.ti.ubi ſimilia uerba nó inducũt cõditionẽ ſed tm̃ modũ,uñ nó impediũt relicti acqſitionẽ, nec tranſmiſſionẽ.licet ſi modus deficiat relictũ iam ſemel acquiſitum reſoluatur,ut late in dictis locis habetur.

Conditio inducitur per illa cũ hoc pacto contra Paulũ, & Sal.

In tex.ibi.moribus appono,q̃ mali mores nó uiris ſed fœminis tm̃ opponanẽ ẽm Iaſ.in l.arenã. col.fi.hoc tit.per Gomeſiũ in l.15.& i l.47.tau.& uide auth.ſed ſi poſt uiginti hoc ti.fol.cũ agit̃ de legitima pdenda quæ uiris debita,uel quaſi debita eſt,tũc mali mores eis nó poſſent obijci, niſi tales eſſent q̃ infamiam inducerẽt,ut in d.l.arenã,ſed aliud cũ legitima qua de agit̃ nó erat eis debita,ſ; filijs ſuis,ut hic.

In tex.ibi,ſuſpicabaẽ,uideẽ nó eſſe neceſſe q̃ interueniat iuſta cauſa ſuſpicionis arg.l.qa poterat.ff.ad Treb. & l.ſi qs in ſuo,§ legis,infra hoc ti.& l.ſi emãcipatus.2. ff.de contra tab optimus tex.ĩ ſimili in l.qa aũt in pr.ff.q̃ in fraud.cred. & in §.1.eius legis, bonus tex.ĩ §.ſed neq; inſt.de aut.tut.

Vnde † infertur deciſio illius articuli ſatis controuerſi dum quęritur an ſi filius à matre ſit hęres ſcriptus hoc ordine, ut etiam uſusfructus bonorum maternorum patri nõ acquiratur,tunc ea prohibitio acquiſitionis impediat,& efficiat ne patri quicquam uſusfructus etiam quatenus eſt in legitima acquiratur,ut ſic prohibitio acquiſitionis uſusfructus teneat etiã in legitima filij,quod dic utſ̃.§.10.nu.235. 13

Mater uitare poteſt ne uſusfructus patri quęratur,etiam in legitima cũ communi.

L. EXTRIBVS.
C.de inoffic.teſtamento.

1 L *Egitima patitur pupill, ſubſit.cum communi.*
2 *Intellectus l. ex tribus.C. de inoffic. teſtamento contra communem.*

14

EX tribus. Ex hac l.ex tribus. nota † q̃ ſubſtitutio pupillaris non reputatur onus,& conſequenter poteſt fieri in legitima liberorum, & ita per hunc tex. tenent hic Accurſius, Ioan. Faber, Alberic.Pet.Butrig.Odofr.Cin.Bart. Bal. Ang.Salic.Fulg.Paul.Iaſ.& alij hic, & eſt communis opinio. ſecundum Roderic um Xuarez,in l.quoniam in prioribus,fol.5.tenent communiter Doct.in l.ſi fundum per fideicommiſſum,alias incipit ſi Titio pecunia.§.ſicuti.ff.de lega.1.& in l. quoniam in prioribus .ſ.allegata,& alijs multis locis, ut latius differimus in l.quoniam in prioribus, in limitationibus illius legis.ĩ.hoc tit.& etiam differimus infra lib. in materia pupillaris ſubſtitutionis.Neque ad rem pertinet, q̃ de legitima liberorum reiiciatur omne onus, ut in d. l. quoniam in prioribus, quia illud ꝓcedit in onere ſubſtitutionis fideic. q̃ de legitima liberorũ reiicitur,ſecus in ſubſtitutione pupillari. Ratio differentiæ,quia illo caſu filius oneratus uidetur,iſto autem caſu tantum abeſt ut oneratus uideatur, q̃ potius beneficio affectus cenſetur,quia pupillaris ſubſtitutio ipſi pupillo utilis eſſe intelligitur ſecundum commu nes opiniones doctorum hic ſupra relatorum per tex. in l. ſi pupillus,in uerbo impugnat enim utilitatẽ.ff.de acq. hær

1 *Legitima patitur pupill. cũ cõmuni.*

Denique huius legis materiam pleniſſime egimus .ſ. de ſucc.crea.lib.1.§.10.nu.407.cum ſeq.& fuſius de ſucc. progreſſu lib.2.in materia pupillaris ſubſtitutionis.

Secundo not.ex noſtro text. à contrario ſenſu, † q̃ niſi filius eſſet inſtitutus ex tribus unciis, & ſic integra legitima iuſta l.cũ quærit̃ l.parentibus.ſ. hoc tit.l. Papinianus.§. quarta autem,& §.qñ autẽ quarta,& l.ſi non mortis.ff.hoc tit.tunc non poſſet ei fieri pupillaris ſubſtitutio.ſicq; neceſſarium requiſitum eſt ad ualiditatẽ pupillaris ſubſtitutionis q̃ filius cui fit,ſit ex integra legitima inſtitutus ex cõi ſententia ex mente Doctorum hic. Quod intelligendum eſt, quo ad hoc,ut pupillaris ſubſtitutio non ſolum primordialiter in ſui creatione ualeat, ſed ut ualeat irreuocabiliter, ita q̃ ex poſt facto per querelam inofficioſi teſtam. reſolui non poſſit.parũ enim eſſet ab initio pupillarem ualuiſſe, riteq; factã fuiſſ,ſi ex poſt facto ſubiaceret reſolutioni,quę per q̃relam contingit, eo caſu quo pupillaris ſit ei, qui ex minore portione,q̃ legitima ſit inſtitutus,ſicq; ſcite & opportune Imperator hic ait ex tribus unciis, & ſic ex integra legitima inſtitui oportere filiũ cui ſit pupillaris, nó quidem eo q̃ ad primordialẽ pupillaris ualiditatem, & ad ſui creationem oporteat ex integra legitima impuberem fuiſſe inſtitutum,conſtat enim ex minore etiam portione, q̃ legitima inſtituto pupillarem fieri poſſe, quinimo etiã ex toto exhęredato,ut in §.non ſolum,inſt.de pupill.& in l.1.§.fi.ff. de uulg.ſed tamẽ quia inſtitutus in minore portione, quàm legitima poſſet querelam mouere, ideo ut per eam teſtamentum pupillare non euertatur, dicitur pupillum debere ex integra legitima hæres inſtitui, qua de re latius in materia exemplaris ſubſtitutionis.

2 *Intell. l. ex tribus.C. de inoff. teſta.*

Sequitur l.fratris de qua materia peregrinus de ſucc. crea.§.10.nume.551.

L. LIBERI.

C.de inofficioſo teſtamen.

1 INgratus quis dicatur contra Bal. & Salic.
Pœnitentia non prodeſt ſemel iuſte exhæredato, contra Doctores.
2 Actor ſi uult poteſt ſuſcipere onus probandi.
3 Liberi exhæredati præſumuntur ingrati parentes.
4 Amor plus deſcendit quam aſcendit.
5 Pactum de futura ſucceſſione etiam in liberis improbatur cum communi.
Crudelitas nefanda.
6 Pactum futurae ſucceſſionis improbatur etiam in parentibus, cum communi.
7 Ingratitudo hodie in exhaeredato non præſumitur, cum communi.
8 Inimicitia præſumitur ex confœderatione cum inimicis facta, cum communi.
9 Vaſallus poteſt priuari feudo ſic cum inimicis noſtris facit amicitiam cum communi.

1 *Ingratus quis dicatur contra Bal. & Salic.*

IBERI. In hac lege liberi, ibi iugiter, nota quòd liberi ut querelam contra parentum teſtamẽtum mouere poſſint oportet quòd iugiter debitum ob ſequiũ præſtiterint eis, facit l.1.& per totum ff.de obſeq. & C.eod.titu.l.uelu ti.ff.de iuſt.& iure. unde Cicero poſt reditam ad ſenatum ſic ait.

Parentes chariſſimos habere debemus quod ab his uita, patrimonium, libertas, ciuitas, tradita eſt.

Verum ſi filius erga patrem gratus aliquando, aliquando uero ingratus extitit, tunc ſi obſequiũ & gratitudo fuit poſterior cum perſeuerãtia uſque ad mortem, non rectè poterit a parentibus exhæredari uel præteriri, ita Bald.& Salicetus hic. Idem Bal.in l.fratres, hoc tit.

Pœnitentia non prodeſt ſemel iuſte exhæradato contra doct.

Teneo cõtrarium † quia ius patri contra filium quæſitũ propter filij demeritum & ingratitudinem per filij pœnitentiam & redditum ad frugẽ melioris uitæ nõ tolitur, perimitur, aufertur, ut in l.id quod noſtrum.ff.de reg. iur. Ad idem quia peccatum ſemel factum, infectum eſſe non põt, l.ſi quis in bello.§.factæ.ff.de capti. unde peccatum ſemel a filio aduerſus patrem commiſſum non deletur per ipſius filij pœnitentiam, nec impunitũ eſſe decet, expedit enim rei publicæ ne delicta maneant impunita, l.1.ff.de iuſt.& iure, pro hoc totus titulus.ff.de pœnis, nam cui dubium quin delinquens cum ducitur ad ſuppliciũ pœniteat delicti, & tamen quia in delictis ſemel commiſſis non eſt locus pœnitentiæ ut eſt notum, ideo pœnæ ſubijcitur, ſic ergo & in propoſito poſt peractam ingratitudinem uera pœnitentia eſt, alias enim nullus in alterum peccaret & delinqueret qui non purgaret ſeſe, ut ait Plautus in Aſinaria.

Qui homo culpam admiſit in ſe nullus eſt tam parui pretij quin pudeat, quin purget ſeſe.

Denique noſtram opinionem probat tex.apertus in l.teſtamenti hoc tit.ubi diximus, & diximus etiam in auth.ſed ſi poſt uiginti, hoc titu.§. nu.

Neque id ſufficit quinimo plectendus delinquẽs eſt, ut Seneca ait in Hercule furem.

Pectora tantis obeſſa malis
Non ſunt ictu ferienda leui

Et Horatius lib.1.epiſtolarum ſic ait.

Quem ſua culpa premit deceptus omitte tueri

Nam quòd peccantibus ignoſcendum ſit id Deo optimo maximo peculiare eſt argum.l.imperialis. C.de nuptijs. unde Ouidius lib.11.Metamor.

Mitte Deum numen Bacchus peccaſſe fatentem.
Reſtituit factiq; fide data munera ſoluit

Idque & homines aliquando faciunt de urbanitate, unde Claudianus in epigramma ſatisfactionis ſic ait.

En adſum, & ueniam confeſſus crimina poſco
Manibus hectoreis atrox ignouit Achilles
Victrices furias matris placauit Oreſtes
Reddidit Aiades Priamo quas ceperat arces.

Cæterum ex neceſſitate nullus à iure iniuriam miſſam facere compellitur, ut patet per totũ inſt.C.& ff. de iniuri. Ideoq; opportune hic in uerbo. Iugiter, dicitur temporariam filij erga patrem gratitudinem, officium & obſequiũ non ſufficere, quinimo oportere iuge continuum perpetuumq; eſſe, ut iam contra tam apertum principis oraculũ contendere ocioſi ceruicoſiq; hominis eſſe uideatur.

2 *Actor ſi uult poteſt ſuſcipere onus probãdi.*

In tex.ibi, niſi ſcripti hęredes, not ſecundum Alber. hic ℘ eſt de mente etiam glo. † quòd reus poteſt ſi uult ſuſcipere in ſe onus probationis licet enim regularit r, actore non probante reus debeat abſolui l. actor quod aſſeuerat, & l.1.C.de probati.l.fin.eod.tit.l. qui accuſare.C. de edendo. tamen reus ſi uult poteſt in ſe onus probationis ſuſcipere ut hic, & l.circa.ff.de probati.

3 *Liberi exhæredati præſumuntur ingrati parentes.*

Item ex prima parte legis nota.† ℘ liberi querelam mouentes contra parentum teſtamentum non aliter obtinere poſſunt, q̃ ſi ſe gratos probauerint, parentes autem contra teſtamentum liberorum querelam mouentes obtinebunt, licet nihil probauerint. Vnde ſubinfertur ℘ in liberis præteritis, uel exhęredatis præſumitur ingratitudo in parentes commiſſa, in parentibus autem præteritis, uel exhæredatis non præſumitur ulla impietas aduerſus liberos commiſſa, ita notant ex illo tex. Bar. Bal. Fulg. Sali. Pau. Iaſ. Ioan. Faber. Alber. Butri. & alij poſt glo. noſtram, & eſt ratio ſecundum gl. noſtrã & alios. ſ. relatos, † quia amor plus deſcendit, q̃ aſcendit, arg. l.iſti quidem.ff.quod metus cauſa, ſicq; propẽ ſior amor eſt patris erga filium, q̃ filij erga patrem. Vnde Terentius in adelph. ſic ait.

4 *Amor plus deſcendit, quam aſcendit.*

Porro autem illis dum ſtudeo, ut quamplurimum
Facerem, contriui in quærendo uitam, atque ætatem meam
Nunc exacta ætate hoc fructus pro labore ab ijs fero,
Odium.
Meam autem mortem ſpectant.

Huius autem uoti non omnes liberi ſunt in parentes. Vnde Vergil.2.Aeneid.

Eia age chare pater ceruici imponere noſtræ
Ipſe ſubibo humeris nec me labor iſte grauabit,
Quo res cunq; cadunt unum, & commune periclum
Vna ſalus ambobus erit.

Hæc autem pietas quę aliquando in liberis erga parentes reperitur uix eſt, ut non ſemper reperiatur in parẽtibus erga liberos. unde Terentius in Heauton.

Aut ego profecto.

Ingenio egregie ad miſeriam natus ſum, aut illud falſum eſt, quod uulgo audio dici diem adimere ægritudinem hominibus nã mihi quidem quotidie augeſcit magis de filio ægritudo, & quanto diutius abeſt magis cupio, tãto magis deſidero, & cum pietas hęc quę in liberis erga parentes reperitur non tam iugis perpetua cõmunisq; ſit ut eſſe deberet, ideo cõi omnium fere cenſura receptum ſit, ut ſi liberi inter ſe fecerint pactum de hereditate patris uiuentis non ualeat, non magis quidem q̃ ſi fieret ab extraneis, quaſi p talem pacti interpoſitionem uideantur habere uotum captandę mortis, ita tenuit gl.notabilis in l.ſi.in uerb. alienę. C.de pact. quam communiter ſequuntur doct. quales ſunt Iaſ.ibi ampliatione.2.qui ait gl. cõiter approba. & Alexan. nu.2.& Alc.ibi in glo.Curt.Iun.nu.9.& Purp.nu.12. Decius nu.13.& Naia in ca. quanuis pact. de pact.in 6.& Bal.Salic. Paul.& Fulg.ibid. in d.l.fina.ubi iterum Curt.Iun.notanter loquitur nu.32. Reperitur enim inſignis ſepe impietas in liberis in parentes, unde tex.in §.pen.inſtit.quod cũ eo, probat ut ſępe filij uitę parentum inſidiantur. Ad idem tex.in autem, ut cum de appell.cogno.§.cauſam, cum ſeq. & gl.in d.l.ſi.C.de pact.in uerb.alienę, refert illud Ouidij.

5 *Pactum de futura ſucceſſione etiã in liberis improbatur cũ commun.*

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Et de Tulliæ ſerui Tullij filię crudelitate, quæ per patris cadauer carpentum in quo ſedebat ire coegit, ſic ſcribit Ouid.lib.6.faſt.

Filia

Crudelitas nefanda.

Filia carpento patrios initura penates.
Ibat per medias alta feroxq; uias.
Corpus ut aspexit lachrimis auriga profusis.
Restitit. hunc tali. corripit ille sono.
Duc inquam inuitas ipsa per ora rotas.
Certa fides facti est. dictus sceleratus ab illa
Vicus & aeterna res. ea pressa nota est.

Ob hoc. tam immane facinus Tullia non solum, hic, punita est, sed & in inferno acerrimas pœnas sustinet, secundum eund.

6 *Pact. fu. succ. improbatur & in parentib. cũ eõi.*

Sed contra hoc opponitur † quòd non minor impietas reperiatur in parentibus aduersos liberos, quam econtra, & consequenter ꝙ parentes exhęredati uel præteriti nõ minus ingrati & inofficiosi præsumi deberent, quam econtra. nam ut pactum de hæreditate patris uiuentis inter liberos initum non ualet quasi in hunc modum paciscentes uotum captandæ mortis habere credantur ut diximus, ita quoque econtra tale pactum inter parentes de successione liberorum interpositum similiter non ualeret quasi suspectum periculosum tristissimeq; plenum spectationis. ista est uera & communis opinio quam tenent Bal. Sali. & Paul.& Iason.nu.5.in d.l.fi.C.de pact.estq; communis opinio, ut ibi resoluit Purpuratus.nu.23.Alex. nu.2. Curti.Iunior. nu.9.Alciatus ibidem in glo.1.

Ad hanc difficilem obiectionem de qua scribẽtium nullus meminit poteris respondere ꝙ regulariter est quã significauimus differentia inter parentes & liberos, fallit tamẽ quando parentes dabant operam rei illicitę ut tunc turpitudo sinistraq; suspicio capiatur aduersus parentes, non secus quam aduersus liberos, pro quo bonus tex.ĩ l.4.ff. hoc ti. est enim res illicita & contra bonos mores pactum futurę successionis ut in d.l. fi. C. de pact.l. stipulatio hoc modo, ff.de uerb.oblig.l.pactum quod dotali.C. de pact.l.2.ff. de his quib.ut indig.l.qui in iure.§.fi.ff.de donati.

7 *Ingratitudo hodie in exhęredato nõ præsumitur cum cõi.*

Hæc de iure ueteri, † hodie autem filius exhæredatus & quilibet alius descendens non præsumitur ingratus nisi per heredes testantis eius ingratitudo probata fuerit ista est uera & communis opinio quam tenent hic glosſ. Odofredus Ioan.Faber.Petrus de Bellaper.Bar.Bal.Paul. Salicetus & alii per tex.in l.omnimodo,& in l.si quis filium,hoc ti.& in auth.ut cũ de appell.cogno.§.aliud quoq;,&.§.cãs. Sed an idem in fratre a fratre pręterito cum turpis persona esset instituta,& idem puto,arg. in auth. de nupti.§. ingratitudinem,coll.4.& per d.l.omnimodo,in uerb.uel aliis personis, quæ generaliter loquitur in omnibus personis quę ad querelam quoquo modo inuitantur facit l. si qñ.§. fi.ibi,quæ omnis sanctio,&.l.quoniam in prioribus,hoc ti. quę oẽs leges generaliter loquuntur in omnibus personis quæ ad querelam quoque modo inuitantur, ergo hodie exhæredatus uel prętеritus non præsumitur ingratus intellige tripliciter.

Primo in ascendentibus.
Secundo etiam in descendentibus.
Postremo idem quoque in transuersis.

In tex.ibi,uel inimicis suis suas amicitias copulauit,not.

8 *Inimicitia præsumitur ex confederatione cum inimicis facta cum cõi.*

† ꝙ inimicitia pręsumitur & probatur cum quis fœdus iniuit & confederatus est cum inimicis nostris, ita probat tex. noster notantq; ex eo communiter Doctor. hic quales sunt Iason.Bal.Paul.Sali.Cynus & Bal.in l.si quis testibus, C.de testibus Bar.in l.sciendum,ff.deleg.1. Bald. in l.1.C.si quacunque prędi.potesta.

Hinc infertur quòd si uasallus facit amicitiam cum domini sui inimicis potest priuari feudo,ista est uera & communis conclusio quam per hunc tex.tenent Iason.Bal. & Sali.hic,facit tex.in c.1.quot testes sint necess. ad proba. ingrati.in usibus feudo.glo.& Bald.in l.1.§. cum patronus.ff. de offi pręfe.urbi.glo.in c.1.in princ. in uerbo concubuerit,quib.mod.feud.amitt.glo.& Doct. in c.1.§. porro,quæ fuerit prima cau.benefi.amitten.in feudis,sentit glo.hic,tenent etiam hic Faber,Petrus & Odofredus,Speculator in tit.de donati.§.1 uers.quid si aliquis Baro. Ioãnes de Ana. consi.2.uisis,ad finem.

9 *Vasallus potest priuari feudo si cũ inimicis nostris facit amicitiam cũ commum.*

unde consideranda ꝙ licet text.noster in casu indiuiduo quo loquitur sit correctus, tamen eius ratio uiua est, & ex ea arguimus ad uasallum,sicq; correcta lege eius ratio correcta non intelligitur,quod not.uide Corn. per tex.ibi in prin.C.de cad.toll.

Limita secundum Paul.hic ut per fœdus,& conciliationẽ cum inimicis nostris factam licet arguatur ingratitudo in nec.ssarijs,& domesticis nostris tamen secus est in alijs.

Secundo limita ut hæc olim procederent, hodie autem in parentibus hæc non esset causa sufficiens ad sui prętеritionem,uel exhæredationem,ita tenent hic glo. Petrus, & Faber,& Fulgo.& Sali.& alij simpliciter transeunt, sicq; communis opinio est cum glo.quia inter causas propter quas parentes possunt exhæredari hæc causa non reperiẽ, ut in auth.ut cum de appel.cogno.§.causas.

Et cum communis opinio sit,ꝙ filius potest exhęredari,& etiam parentes non solum ob causas expressas in d.§. causas,sed etiam ob alias similes,uel pares,ut per Corneũ, & Iason.colũ.2.& 3. post alios in authen. non licet.C.de lib. pręt.potest dubitari de superiore communi opinione nisi dicas ex mente Doctorum,ꝙ illa causa amicitiæ copulatæ cum inimicis testatoris non est par reliquis causis propter quas possunt parentes à liberis exhæredari, uel prętеriri, & ita tenendum est.

L. QVONIAM NOVELLA.
C.de inoffic.testamento.

1 *Dos & don.propter nup.legitimæ imputatur.*
2 *Querela olim etiam instituto dabatur.*
3 *Querela non semper dabatur exhæredato licet ingratus nõ esset.*
4 *Querelam parit inofficiositas non exhæredatio.*
5 *Querela hodie non excluditur per modum imputationis.*
6 *Legitima inspicitur tempore mortis.*
7 *Collatio & imputatio,de quibus fiat.*

QVONIAM nouella.Ex hac lege quoniam nouella,† nota dotem,& donationem propter nuptias legitimæ imputari ad excludendam inofficiosi testamẽti querelam, † olim enim siue filius institutus esset in minore portione, q̃ legitima querelam inofficiosi testamenti habebat l.cum quæritur. l. parentibus supra,& infra eodem titulo.l. Papinianus. §. quarta autem & §. quoniam autem quarta.ff. isto titulo.l. si non mortis, eodem titulo.§.fina.inst.eodem titulo, † siue etiam exhæredatus esset si iure legati,aut fideicommissi integram legitimam habebat querelam mouere non poterat non magis, q̃ si in integra legitima institutus foret, ut d.l. si nõ mortis,cum similibus.supra allegatis,ut sic non exhæredatio, sed inofficiositas(quæ in minori quantitate, quàm legitima filijs relinquenda consistebat) querelam inofficiosi testamenti produceret,ut notat Emanuel de à Costa in lege Gallus.§.& quid si tantum,in princ.ff.de lib.& posthu.post Bald.quem allegat in l.pater filium.ff.de inoffi.testa. Vnde quia etiam institutis in minore portione,quàm legitima dabatur querela. ideo si is dotem, aut donationem propter nuptias ab eo cuius de successione agitur accipiebat,id in legitimam imputare iubebatur ad excludendã talem inofficiosi testamenti querelam,ut hic. Sed hodie si quid filius accepit iure tamen institutionis cessat querela, & agitur ad legitimæ supplementum.§.aliud quoque. in authen. ut cum de appella.cog.etiam si non in hæreditate,aut hæreditaria portione,sed in re tantum certa esset institutus.§.ceterum in authen.ut cum de appell.cogn.quinimo etiam si ea res aliena esset si tamen testator suam esse putabat eaq; postea euicta fuit.l.scimus,in princip.infra eod. ꝙ si filius esset prętеritus,tunc testamentum esset ipso iure nullum, non aliter,atque erat iure digestorum, ut d.§. aliud quoq; iuncta l.inter cætera,& l.antepen.ff.de lib.& posthu. & in princ.instit.de exhære.lib.1.1.ff.de iniusto.rup.sicq; etiã si is filius

1 *Dos et don. propter nup. legitimae imputatur.*

2 *Querela olim etiã instituto dabatur.*

3 *Querela nõ semper dabatur exhaeredato licet ingratus nõ esset.*

4 *Querela parit inofficiosas non exhaeredatio.*

filius aliquid recipiſſet inter uiuos titulo dotis, aut donationis propter nuptias licet id legitimam expleret adhuc teſtamentum non ſuſtineretur, ſicque l. noſtra dum ait ad excludendam inoffi. teſtam. querelam ceſſat, q; ſi filius eſſet exhæredatus expreſſim, uel à matre præteritus quo caſu pro exhęredato habetur. §. fina. inſtit. de exhere. lib. uel mater à filio l. cum filium. iſto titulo, tunc & ſi iure legati, uel fideicommiſſi aliquid filius accepiſſet, cui ſi accederet ea donatio propter nuptias, uel dos leg timâ æquaret, adhuc tamen querela non excluditur d. §. aliud quoq; † itaq; hodie nullus caſus eſt in quo imputatio dotis, aut donationis propter nuptias excludat querelam inofficioſi teſtamenti ſed tantum prodeſſe poteſt ad excludendam legitimę repletionem, quæ ſi minus integra relicta ſit & ſupplementũ petatur, opponetur de eo, quod titulo dotis, uel donationis propter nuptias receptum fuerat, & tunc facto aceruo eius quod teſtamento relictum fuerat cum dote, uel donatione propter nuptias, ſiquidem adhuc legitimæ ſatis non fit quod deeſt replebitur ceſſante querela inofficioſi teſtamenti l. omnimodo, infra eod. iuncto d. §. aliud quoq;. &. §. ceterum, in authen. ut cum de app. cogno. quod ſi facto dicto cumulo ſatis ſit legitimę, ita q; nihil deeſt, neq; ſupereſt bene quidem erit ceſſabitq́ue tam querela, quàm legitimę ſupplementum. quòd ſi tali aceruo facto aliquid eſt ultra legitimam, id quidem conferendum eſt cum reliquis bonis eius de cuius ſucceſſione agitur ſiue ille teſtatus, ſiue inteſtatus deceſſerit. l. 1. & auth. ex teſtamento, & in corpore unde ſumitur. C. de collatio. iuncta noſtra. l. & l. illud. l. illã C de coll. quod obtinet quando qui quæve dotem, aut donationem propter nuptias accepit, ſuccedere noluit, quòd ſi abſtinere maluit dote, uel donatione tali contentus, libe rum ei erit, nec ad conferendũ tenebitur. Verum ſi ea dos, uel donatio inofficioſa ſit † (quòd facto cumulo ipſius dotis uel donationis cum bonis quæ mortis tempore defunctus reliquit, intelligetur. §. quantitas inſt. de leg. fal. d. l. cũ quæritur, & d. l. parentibus. d. auth. nouiſſima. d. §. quoniam autem, & d. §. quarta autem, & d. l. ſi non mortis) tunc per titulum de inofficio. donatio. C. & de inofficioſis dotibus. C. fiet donationis, uel dotis deminutio donec legitimę aliorũ fratrum repleantur, omne uero reſiduum permaneat apud eum, qui talem donationem, aut dotem acceperat, quæ autem res ſint in legitimam imputandę diximus plene infra. in l. omnimodo. §. imputari, cuius lect. collocauimus de ſucceſſ. creatione. §. 30. quæ autem res, & quando ſint conferendæ edocebimur ſub titulo de collati.

5 *Querela hodie non excluditur per modrm imputationis.*

6 *Legitima inſpicitur tempore mortis.*

7 *Collatio, & imputatio, de quibus ſiat.*

Sequitur lex omnimodo in princi. quam repetiuimus. ſupra de ſucceſ. crea. lib. 3. §. 30. nu. 75.

Sequitur. §. imputari. d. l. omnimodo, quem repetimus de ſucceſſ. creatio. lib. 3. §. 30. in ulti. par.

L. QVÆ NVPER.
C. de inofficioſo teſtamento.

1 *Teſtamenti appellatione an etiam nuncupatiuum contineatur.*
2 *Lex non ſemper remouet magnum dubium.*
3 *Intellectus ad titulum. C. de edi. diui Adria.*
4 *Poſſ. hæredi nuncupato non ſecus, quàm ſcripto danda eſt.*
5 *Poſſ. an hæredi nuncupato detur, ut ſcripto ardua quæſtio.*
6 *Poſſ. ex diuo Adriano an detur hæredi ſcripto interpraetatiue.*

1 *Teſtamenti appellatione, an etiam nũcupatiuũ cõtineatur.*

QVÆ nuper. Ex hac lege, quę nuper, ſummunt quidam argumentum, † quòd teſtamenti appellatione non comprehenditur teſtamẽtum nuncupatiuum, ſed illud duntaxat, quod fieret in ſcriptis, nam cum in lege omnimodo. 3 hoc titulo noue ſtatutum eſſet ut ſi quid minus legitima in teſtamento relictum eſſet, quo caſu olim dabatur querela. lege cum quæritur, lege parentibus, ſupra eod. lege Papinianus. §. quarta, & §. quoniam autem, & l. ſi non mortis. ff. eod. tit. hodie tamen querela non daretur ſed ad legitimæ ſupplementum ageretur. id quod & ſi in d. l. omnimodo, aperte declaratum non fuit, n intelligendum eſſet de eo quod in teſtamento in ſcriptis, an uero de eo quod in teſtamento nuncupatiuo relinqueretur, tamen pro comperto habitum eſt intelligi debere. de eo quod in teſtamento in ſcriptis relictum fuiſſet, & in eo tantum quæſtio relicta fuit, an etiam intelligeretur de eo quod in teſtamento nuncupatiuo relictum eſſet, & huius dubitationis tollendę gratia hæc lex facta fuit ex qua iuncta d. l. omnimodo, colligitur teſtamenti appellatione proprius uel ſaltem indubitabilius teſtamẽtum in ſcriptis quam nuncupatiuum contineri. Sed cum teſtamentum ſit uoluntatis noſtrę iuſta ſententia. l. 1. ff. de teſtamen. dixi plene de ſucceſſio. creatione in præfatione ſuper definitione teſtamenti, hęcq; definitio tam uerificetur in teſtamento nuncupatiuo quam in teſtamento in ſcriptis, ſupereſt ut teſtamenti appellatione nuncupatiuum uere non interpretatiue ex ui comprehenſiua non ex ui extenſiua contineatur. Nec ad rem pertinet † quod ſi ita eſſet hęc lex nõ fuiſſet neceſſaria nec haberet fere dubiũ, nam nec nouum, nec mirum id eſt. cum quotidie innumeręfere leges fiant, modicum aut fere nihil dubitationis habẽtes. idq; omnis dubitatis tollendæ gratia & fieri non deſinit expedire ne ullus relinquatur diſceptationi locus, argumento. l. quia poterat. ff. ad Trebell. l. 1. §. ſi hęres percepto, ibi, dirimit multas quæſtiones, eodem titulo.

2 *Lex nõ ſem per remouet magnũ dubium.*

† Cum ergo teſtamenti appellatione alterutrum teſtamentum contineatur. cumq; in hæredem ſcriptum (hoc eſt teſtamentarium) ex ſola teſtamenti inſpectione, quod in ſui forma & inſpectione nullum habet uitium, poſſeſſionem iudex transferre debeat ut. l. 1. 2. & 3. C. de edi. diui Adria. tollen. † ſupereſt ut in iſtum hæredem in teſtamẽto nuncupatiuo factum (ſi modo exinde ſcriptura publica redacta ſit) poſſeſſio a iudice transferenda ſit, non ſecus q̃ in hæredem teſtamentarium in teſtamento in ſcriptis inſtitutum, per quod non parum utiliter ampliabitur. d. titulũs. C. de edicto diui Adria. toll.

3 *Int. ad titu. C. de edi. diui Adria. tollen.*

Illud autem † ſine controuerſia eſt illum titulum locum habere duntaxat in hęrede teſtamentario non etiam in hærede legitimo, quia ibi dicitur hoc nominatim in omnibus legibus illius tituli & ipſa rubrica uel inſcriptio ait de edicto diui Adri. tollen. & in quibuſdam codicibus reperitur adiectum & in reliquis ſuppletur, & quemadmodũ ſcriptus hęres in poſſeſſionem mittatur, & ita tenetur ut per Specula. tit. de teſta. §. ſequitur, uerſic. quid de ſuccedente ab inteſtato. & ibi Ioan. Andrę. & Bal. in additio. illius. Bal. in l. 1. circa medium. ff. de peti. hære. & in cap. primo, colũ. prima, uerſiculo quæro ſi poſſeſſio uacat. tit. de controuer. inter mi. & fœm. de beneficiis. Cynus. in d. l. ultim. colum. quarta, in 3. & 4. quæſti. ubi Corne. colum. 4. uerſic. nota itaque hanc glo. & Alexan. colum. 7. uerſic. iuxta hoc dubitat Alberi. uerſ. ſed nunquid locum habeat. Ioan. Faber. co ũ. 1. uerſ. ſed hæres ab inteſtato. Iaſ. col. 7. uerſ. an autem ueniẽtes. ubi dicit hanc eſſe communem ſententiam. Raphael. Fulgo. colum. antepen. uerſ. in eadem, ibi, per hanc. Philippus Decius col. decimaquarta, uerſ. alia queſtio. ubi hanc dicit communem. Paul. Caſtrenſ. colũ. 5. uerſ. in tertia queſtione. Calder. conſi. 36. in edictum. ſub. tit. de teſtamẽ. Aymon Crauet. conſi. 73. in contractu ſocietatis. colum. 2. uerſic. ſexto facit. Ludo. Goza. conſ. 7. in hac cauſa poſſeſſoria. column. prima, uerſicu. quarto diſpoſitio. Angel. Aretin. §. quadrupli. column. 12. uerſ. ad unum tamen aduertas. inſti. de action. Nicol. Bello. conſi. 35. conſultus de modo. colum. prima. Petrus Ferra. in titu. forma libelli quo petitur hæreditas ex teſtamento. in uerbo. in omnibus eius bonis. col. 1. uerſi. quæritur inſuper an hæredi. ergo aut eſt hęres ſcriptus aut nuncupatus aut legitimus. primo caſu ex ipſa teſtamenti inſpectione in poſſeſſionem mittendus eſt. le. 1. 2. 3. C. de edi. diui Adri. tollen. & in rub. ſecundo caſu idem puto ut ſupra dixi ſi modo ex teſtamento tali nuncupatiuo ſcriptura ſolennis facta fuerit.

4 *Poſſ. hæredi nuncupato non ſecus quã ſcripto danda eſt.*

5 *Poſſ. an hæredi nuncupato detur ut ſcripto ard. q.*

Amplia ut tam in primo quam in hoc ſecundo caſu id proce-

Poſſ. ex diuo Adria. datur hæredi ſcripto interpretatiue.

6 procedat † non ſolum in hęrede uere ſcripto aut nuncupato, ſed etiam in eo qui neque ſcriptus, neq; nuncupatus fuit, ſi tamen ex legis interpretatione proſcripto aut nuncupato habitus eſt, aut id per legis fictionem inductum eſt (quale eſt in terminis.l.3. ſupra hoc titu.ubi Bald. ita notat & Cumanus conſil. 43. in quęſtione, & Fulgoſius in l.ſi docueris, not.1. C.ad leg.Corneli.de falſis. Tertio caſu quando tantum erat hæres legitimus ab inteſta. ceſſat remediū. d. tituli de edi. diui Adria. ex communi opinione ſupra relata,licet in contrarium inclinet Andræ. Tiraquell.de morte declar.7. nume.14. parte ſecunda,qui idem tenuit ſic ait Bal.Fulgo.& Cuman. in locis proxime allegatis quorum (ut nobis uidetur) ſenſus eſt loqui in ſucceſſione tantum teſtamentaria a lege tamen ficta uel interpretata,ergo hæres teſtamētarius nuncupatus tamen non ſcriptus non gaudebit benefitio. d l.1.2.3.C. de edī.diui Adria. quando illinc ſcriptura facta non ſuit non quoq. ſi facta eſſet minus tñ authentica aut fide digna.aliud ſi fide digna.

Sequitur l. quoniam in prioribus cuius materiam pleniſſime repetiuimus.5.de ſucc.crea.§.10.

L. SI QVIS IN SVO. IN PRINCI. C.de inofficioſo teſtamento.

1 *Legitima eſt minuſcula pars.*
2 *Partis minuſculæ appellatione quartæ pars continetur, cum communi.*
3 *Teſtis ſi dicit Titius poſſedit octo annis & plus non continetur decennium,cum communi. contra Bar.*
4 *Stirpe de noſtra ſoli deſcendentes continentur, cum communi.*
5 *Feudum pro ſe & ſua ſtirpe accipiens, cognatis proſperoxiſſe non uidetur cum Bartol. & Sali. contra Ang.*
6 *Deſcendentes multifariam appellantur.*
7 *Legitimæ cauſa non eſt ſummaria cum communi.*
8 *Legitima non poteſt relinqui titulo fideicommiſſi uniuerſalis cum Petro contra Clo.*
9 *Legitimæ fauore punitur hæres meroſus in tertia parte legitimæ relictæ, non in tertia parte totius hæreditatis cum communi contra Bar. Salic.& Aretin.& uide nu. 10.11.12.& 13.ubi habes primam, ſecūdam,tertiam, quartam,& quintam declarationem.*
14 *Legitima eſt quota hæreditatis, cum Areti. contra cōem.*
15 *Litigatores inuſti puniri intereſt rei publicæ etiam principaliter.*
16 *Declaratio.l.83. tauri.*
17 *Auari ſunt puniblles.*
18 *Auaritia teterrimum uitium.*
19 *Diuitiarum utilitas.*
20 *Diuitiarum & auaritiæ mala.*
21 *Succeſſionis futuræ pactum etiam a filio interpoſitum dannatur.*
22 *Iouis fabula.*
23 *Diogenis hiſtoria.*
24 *Alexandri hiſtoria.*
25 *Fabula Tantali.*
26 *Maioratus faciendi licentia non facile concedenda.*
27 *Maioratus diſſoluendi licentia facile concedenda.*
28 *Maioratuum uſus auidiores homines reddit.*
29 *Maioratus in dubio non fauendus.*

1 *Legitima eſt minuſcula pars.*

SI QVIS IN SVO. Ex hac lege ſi quis in ſuo in prī.nota † q̄ minuſcula pars hæreditatis dicitur legitima portio quę liberis debetur, ita probat tex.noſter. in uerbo minuſculam, iuncto uerbo. legitimam. & ita notat gloſſ. hic in uerbo legitimam ſequuntur, Iacob. de Arena. Albericus Odofred.Butrig.Cinus,Bald.Bartol.Ange. Sali.Fulg. Paul.& Iaſ.

2 *Partis minuſculæ appellatione quartapars cōtinetur cum cōi.*

Deinde nota † q̄ minuſculæ partis appellatione quarta pars continetur,patet quia iſto tempore legitima erat quarta pars hæreditatis l.cum quæritur.l. parentibus,hoc titulo.l.Papinianus.§. quoniam autē quarta,& §.quarta aūt.ff hoc tit.§.fin.inſt.eod. cū ergo l.noſtra legitimam quæ eſt quarta pars eius rei,de qua agitur minuſculam partem appellet,ſequitur, q̄ pars quarta cuiuſque rei minuſcula pars appellatur, ita Butrig.Alberi.Cinus,& alij communiter ſupra relati Iaſ.Paul.Areti.hic.Barto.in l.2.C.quando & quibus quarta pas debeatur li.10.

3 *Teſtis dicens Titius poſſedit octo annis,et plus non continetur decemium cum cōi contra Bart.*

Vnde infertur ſecundum Bartol. hic q̄ † ſi teſtis dicat Titius poſſedit octo annis,& plus, q̄ illud plus ad minuſculam partem trahendum eſt, & ſic ad quartam partem annorum,& per hoc præſcriptio decem annorum impleta eſſet.

Sed contrarium tenent hic omnes alij indifferenter quales ſunt Iacob.de Arena,Alberic.Cinus.Iaco. Butrig.Odofred Bald. Paul. Aretin. & Fulgoſi. pro hoc allegat Bald.bonum tex.in c.cauſam quæ inter extra de teſtib.& contrarium tenet etiam Bar.ſibi cō trarius in l. cum furti,per tex.ibi.ff.de in litem iur.ſecundum Fulg.ibi.

Tenendo hāc communem ſententiam contra Bart. ad fundamenta Bar.& ad hanc legem reſpondent omnes communiter q̄ procedit quando uerbum minuſcula pars,profertur à lege quæ recipit interpretationem,ſecus ſi proferatur à teſte cuius dictum non interpretandum eſt,ſ. d ſtrictiſſime accipiendum, ut concludat ex neceſſitate.l.non hoc.unde cog.C.

4 *Stirpe de noſtra ſoli deſcendentes continetur cum cōmuni.*

Ibi ſtirpe.not.† ſecundum Iaſ.Bal.Paul.& Salice.& Areti.& Ange.hic & alios communiter Doctor.q̄ de ſtirpe noſtra dicuntur eſſe ſoli deſcendentes,unde infertur ſecundum Bald.hic,q̄ † ſi quis accepit emphyteuſim pro ſe,& ſtirpe ſua, tunc non ad omnes hæredes ea emphyteuſis tranſiuit, ſed tantum ad liberos ſuos,ad hęredes,aut extraneos minime trāſibit,quod & tenet Salicetus hic.licet Angelus in contrarium inclinet dum legē noſtram,ideſt uerb.hoc ſtirpes, etiā ad agnatos refert argumento.§.item uetuſtas, inſtit. de hæred.quæ ab inteſta.ſed uerior eſt Bal.& Sali.ſententia.nam uerbum ſtirpes,generale eſt, & ſignificat truncum quenda,uel eam cuiuſq; arboris partem, q̄ ſub terram abditur penitiſſimeq; reconditur,cui truncus cuiuſque arboris adhæret, ideſt ea arboris pars, quæ continuo poſt ſtirpem conſequitur eſtq; humo terreq; pars finitima,& contigua,qui trūcus poſtquā ſurſum coaleſcit eleuaturq; ſcinditur in plures ramos qui ab eo deriuantur, & hac ratione,ut plures rami deſcendentes,& deriuati ab uno eodemq; trunco,uel ſtirpe, uidentur eadem quoque ratione plures liberi qui ab uno eodemq; parente proficiſcuntur, & deſcē dunt dicuntur ſtirpes illius primi parentis,† ſicq; qui pro ſe,& ſua ſtirpe emphyteuſim acquirit deſcendentibus tñ ex ſe non deſcēdētibus,ex alia ſtirpe proſpexiſſe uidetur.Sicq; habes plura uocabula, ſecundum Paul.hic quæ deſcendentes ſignificant primum uerbū deſcendentes. Secundum uerbum ſtirpes,ut modo diximus.Tertium uerb.ſoboles,ut in l.2.C.de infan.expoſ.& in §.ſed quemadmodum,inſt.de Senatuſconſultus.Tertul. Quartum in uerb.poſteritas,ut in l.unica. C.qui ante apert.tab.& in l.1.ff.de iure manumit. & ff.deleg.3.l q̄ his uerbis.§.fin.Quintum idem in uerbo proles,ut in leg officiales.C.de epiſcop.& cleric. Sextum idem in uerb.progenies,ut in l.fin.C.de emācipa.liberorum. Septimum idem in uerb.proſapia, ut l.ſi quis ex corpore.C.de muri regulis.

6 *Deſcendentes multifariam appellantur.*

In tex.ibi.iudiciorum ſtrepitum,not.† q̄ licet alimentorum cauſa ſit ſummarie,ſimpliciter, & de plano expedienda,ut in l.ſi quis à liberis.§.ſi uel parens,

7 *Legitimæ cauſa non eſt ſummaria cum communi.*

& ibi Bar.ff.de lib.agnos,& per hoc diebus etiam feriatis possit expediri,ut in l.2.ff.de ferijs,tamen causa legitimæ non dicitur esse summaria, sed desiderat strepitum,& figuram iudiciorum,ut hic ista est uera, & communis opinio quam per hunc text.tenent hic. Baldus, Salicetus, Paulus, Aretinus, & Iaso.& reliqui.

8 *Legitima non potest relinqui tito.fideicō. iuxta Petro contra gloss.*

In tex.ibi,hæreditate,iuncta glo.in eodem uerbo, nota secundum gl.ualere testamentum in quo hæres uniuersalis iussus est restituere filio portionem hæreditatis,secus si iussus esset rem particularem restituere,uel legatum præstare,& hunc sensum habuit glos. nostra,secundum Petrum, quod secundum eum uerū non est.quinimo titulus institutionis hodie desideratur, nec sufficeret titulus fideicommissi uniuersalis non magis,quàm si esset fideicommissum particulare, uel etiam legatum per tex.in authē.ut cum de appel. cogn.§.aliud quoq; & §.ceterum,& est uera & communis opinio de iure ciuili,ut late dixi in auth.nouissima,hoc ti.quod intellige,ut ibi dixi quo ad primordialem testamenti firmitatem.

9 *Legitimae fit uerepunitur haeres morosus in.3.part.legitimaesrelictae non in tertia par.totius haereditatis, cum cōi cōtra Bar.Sal.at Are.*

Itē ex tota lege nota q̄ si institutus in maxima hæreditatis parte,uel etiam in uniuersa,cum legitimam portionem filio restituere iussus esset nolit ſpōte portionem legitimam filio præstare,sed demum compulsus à iudice, tunc eius auaritia grauiter punitur quia tenetur ultra legitimam relictā alteram tertiam partē ipsius legitimæ præstare,& ita hunc tex. intellexerunt Angelus Fulg.Ias.Petrus, Cinus,& Albe.& sentit glos.hic in uerb.quantitatis.

Licet Bartol.& Aretinus,& Salicetus aliter intelligant,nam hunc tex.in uerb. alium tertiam partem illius quantitatis,quæ fuerat testamento relicta,interpretantur, ut sit sensus q̄ cum unius filij legitima sit tertia pars hæreditatis, tunc qui in prætanda legitima morosus extitit,in alteram tertiam partem totius hæreditatis prestandā puniatur, sicq; is filius,qui moram passus est,duas tertias partes hereditatis totius consequetur, sicque legitimam duplicatam, qui sensus uerus non est,secundum Angel.nam cum tempore huius legis legitima esset quarta tantum pars hereditatis,ut in l.cū quærīt,& l.parētibus,eod.l.Papin. §.quarta aūt.&.§.quoniā aūt quarta.ff.hoc titulo.§. fina.instit.eod.non etiam tertia pars,nam tertia pars postea per iura authen.fuit condonata,ut in authent. nouissima,supra eod.Non potest tex.dicens aliam tertiam partem intelligi de legitima duplicanda, sed uerus,& magis communis sensus est quem supra signauimus,ut hęres legitimam tantum, & aliam tertiam partem legitimę prestare teneatur,non autem legitimam duplicatam

10 *Prima declaratio.*

Et lex.nostra procedit. † Primo in liberis testatoris hanc moram fratribus suis facientibus.

Secunda declaratio.

Secundo etiam in hæredibus extraneis,secundum Angel.q̄ bene cum sit eadem, & etiam maior ratio. ergo,&c.l.illud.ff.ad leg Aquil. & ista lex est notabilis secundum Paul.Ias & alios.nam sępissime contingit q̄ pater filias in dote instituat,& frater maior omnem occupat hereditatem,& longo demum litigio legitimam sorori præstat, qui incidit in pœnam huius legis.

11 *Tertia declaratio.*

Tertio† lex nostra intelligitur in filio qui in uniuersa hereditate scriptus esset hæres, & iussus fratri legitimam portionem restituere secundum gloss. quam omnes sequuntur.

12 *Quarta declaratio.*

Quarto † intelligitur etiam in filio qui ex dodrante tantum institutus esset,sed de facto uniuersam hereditatem occupasset,secundum alteram gloss. hic abomnibus receptam,quod uerum de iure isto.

13 *Quinta declaratio.*

Quinto intelligitur etiam si filio huic qui moram passus est legitima relicta esset iure institutionis, secundum Bal.& alios.

Sed circa hanc partem uidendum est † an filius in legitima institutus uideatur inuitatus ad portionem hereditatis, an uero ad portionem & quotam bonorum, an forte in re tantum certa institutus uideatur? & quidam tenent q̄ in re tantum certa institutus uideatur, quę opinio ab omnibus fere damnatur. Alii dicunt q̄ in portione hereditatis institutus uidetur,& ita tenet Aretinus hic. Tertii dicūt q̄ nec in re certa,nec in portione hereditatis sed tātum in quota bonorum uidetur institutus, & ita tenēt.Guiliel.de Cuno Butrig.& Sali. hic in quam partem inclinat etiam Bald. & tenent Ias.& alii in auth. nouissima,col.2.supra eod.ubi late diximus hanc esse communem opinionem. 14 *Legi.est quota haereditatis cū Areti. contra communem.*

Sed nos tam ibi quam hic tenemus semperq; tenebimus opinionem Aretini ut in portione hæreditatis institutus uideatur, pro quo dico hunc tex.esse meliorem de iure dum ait maximam quidem portionem libero relinquat,iuncto t. x. dum ait legitimam. nam cum unus filius in legitima instituitur, tūc alter filius institutus hæres non in tota hæreditate. sed in maxima tantum parte hæreditatis institutus uidetur, ergo alteram residuamq; hæreditatis partem alter filius occupauit qui in legitima tantum fuit institutus. nam si non occupasset.tunc alter filius non solum quando generaliter uel indefinite esset institutus,sed etiamsi particulariter ex dodrante institutus foret, adhuc tamen in tota hæreditate non in maxima tantum parte hereditatis institutus uideretur,l.1.§. si ex fundo,l.si alterius,ff.de here.insti.l.si solus in prin.l.1.& 2.ff de acquirend.hæredit.l.qui ex duabus.§. qui semel. eodem tit.infero quòd talis filius institutus in legitima. Poterit eius possessionem capere propria authoritate licet contrarium uellint communiter Doct.hic quales sunt Paulus Bal.Sali. Guiliel. de Cuneo & alii hic quę omnia latius diximus in d.auth.nouissima.

15 *Litigatores iniusti punīri interest reipublicae etiam principaliter.*

Item nota temerarium litigatorem puniri in pœna talionis secundum opinionem Bar. Sali. & Aretini q̄ tex. istum intelligendo quòd legitimam duplicatam teneatur prestare,& utinam in omni lite idem foret, ut sic quietam haberemus nostram patriam, atque rēpublicam quæ tam scatet litibus ut uix superstint qui agros colant quique armis patriam fesos imbellesq. parentes tueantur,& exemplo huius legis nihil sanctius, nihil laudabilius, nihil denique patriæ nostræ accommodatius unquam inueniri, excogitarive posset quam lege generali pœnam talionis aduersus uictos statuere ut quos metus diuini numinis aut calumnię pudor,ab iniquissimis litibus abstinere reprimereq; non inuitat atque exortatur eos huiusce modi pœnę formido intra suarum facultatum opum fortunarumq; terminos se se continere cogeret, atque compelleret.

Hæc enim res ut lites minuantur interest reipublicę non tantum secundario, sed etiam principaliter adeo ut meta triennii, quę litibus data est, prorogari per partes minime possit etiam per interuentum iuramenti, ut tenent communiter Doctor. in l. Seius & Augerius ff.ad leg.fal. ubi per Alexan. & alios & late differuimus supra.§.30.nec similiter iuramentum calumniæ,quòd ad easdem lites compescendas inuentum fuit,possit etiam iuramento renuntiari secūdum communem & ueram opinionem quam tradidimus supra suo loco. † Et huius sanctissimæ legis exemplo etiam procedit l.83.Tauri.quæ testes falsos in omni causa criminali pœna talionis persequitur ut qua pena reus plectendus esset si uerum esset testimoniū illius perfidi testis eadem pœna afficiatur ipse testis 16 *Decl.l.83.tauri.*

Vltimo nota † iustam punitionem aduersus auaros,sunt enim punibiles secūdum Paulum, Fulgosiū, Salicetum & alios hic per nostrum tex. facit l.si quēquam,de epis.& cleri.licet auaritia sæpe in sacerdotibus 17 *Auari sunt punibiles.*

bus reperiatur, quod maxime intereſt, ſicut & in mulieri-
18 bus, ut c. 1. in fine extra de decimis, & ff. ad Trebellianum. l.
Auaritia terminum uitium. ſi ego. † Eſtq; ſummum uitium, quia cupidi cito diuertunt à ueritate. 47. diſt. in princi. & c. contra cupidos. Item aduerte, ut cupiditas, & auaritia ſit mater litium in prooem. decret. in prin. ubi per gloſſ. unde ex auaritia ſequuntur furta, & rapinæ inſt. de ui. bonorum rapt. § ſed ne dum.

Vnde Petronius arbiter in Satyris ita ait.

Nec minor in campo furor eſt, emptiq; quirites
Ad praedam ſi repetunt, lucri ſuffragia uertunt.
Venalis populus, Venalis curia patrum,
Eſt fauor in pretio ſenibus quoque libera uirtus.
Exciderat ſparſisq; opibus onuerſa poteſtas.
Ipſaq; maieſtas auro corrupta iacebat.

Vides ergo tantam eſſe auaritiæ audaciam, ut uel ipſos magiſtratus, quibus rerum ſumma poteſtas cõmiſſa ſit audeat adoriri.

Auaritia ſcelerum omnium mater eſt.

Vnde Claudianus. 2. lib. in Stilconis laudes ita cecinit.

Ad primum ſcelerum matrem, quae ſemper habendo.
Plus ſitiens patulis rimatur fiuctibus aurum
Trudis auaritiam

Et idem Petronius arbiter in Satyris.

Orbem iam totum uictor Romanus habebat.
Qua mare, qua terrae, qua ſidus currit utrunque,
Nec ſatiatus erat grauidis freta pulſa carinis
Iam per grauantur ſiquis ſinus abditus ultra,
Si qua foret tellus, quae fuluum mitteret aurum,
Hoſtis erat, fatisq; intriſtia bella paratis
Quaerebantur opes, non uulgo nota placebant,
Caudia, non uſu plebeia trita uoluptas.

Aſpice ergo uerum exemplum noſtrorum qui ad remotiſſimos uſq; Indos tranatare dulci patria deſerta non dubitant auri cupidine obcecati, ut licet lege naturę piſcibus æquor, hominibus uero terra ſit aſſignata in ſuam habitationem, iam æquor quoque ipſum piſcibus prærripuiſſe oc cupaſſeq; uideatur.

Vnde Lucanus lib. 7. bel. ciuil. ait.

Impulit amentes auriq; cupidine cœcos.
Ire ſuper gladios, ſuperq; cadauera parum,
Et ceſſet calcare duces.

Quinimo tanta eſt hominum inter ſe contentio tantaq; ambitio, ut uel qui opes optatu indignas iudicat is non aliter, atque reliqui eas cęteris hominibus prærripere ſtudeat ne quod ipſe ſibi mutile putat id ab alio poſſideatur.

Vnde Horatius. lib. 1. ſat. 1.

Cum teneq; feruidus ſtatus.
Dimoueat lucro, neque hyems, ignis mare ferrum,
Nil obſtet tibi dum ne ſit te ditior alter.

Idem. 1. lib. Epiſt. 1.

Impiger extremos curris mercator ad Indos
Per mare pauperiem, fugiens per ſaxa per ignes.

Multi tamen aiunt cupiditatem ad diuitias cõparandas diuitiasq; ad uitam politicam eſſe utiles, ac ideo aiunt teſtandi facultatem admiſſam eſſe ita Benedictus in cap. Raynutius de teſtamen. uerbo. teſtamentum. 1. nn. 6.

19 Vnde Iuuenalis, ſatyra. 3. ſic ait.

Diuitiarum utilitas. † *Haud facile emergunt quorum uirtutibus obſtat*
Res anguſta domi.

Et Horatius, ſatyra. 2. lib. 3. ſic cecinit.

Virtus fama decus diuina humanaq; pulchris
Diuitiis parent quas qui conſtruxerit ille
Clarius erit fortis iuſtus ſapiens etiam rex.

Eodem etiam ſpectant, quæ in ſatyra Petronius Arbiter ſcripſit in hęc uerba.

Quiſquis habet nummos, ſecura nauiget aura
Fortunamq; ſuo temperet arbitrio.

Et Paulo inferius ſuccinuit idem Petronius.

Multa loquor quidnis nummis praeſentibus opta
Et ueniet, clauſum poſſidet area Iouem.

20 *Diuitiarum & auaritiæ mala.* Verum † licet opum, diuiuitiarumq; multa bona enumerauerimus, tamen ſecum ferunt longe grauiora mala, ut teſtandi facultas, quæ homines ad opes comparandas proniores, cupidioresq; reddidit, longe plus hac in re mali quam boni attuliſſe, uiſa omnibus fere ſit: eſt enim auaritia radix omniũ malorum ut in auth. ut iudices ſine quo quo ſuffra. §. cogitatio. 47. diſt. c. bonorum. & de pœni. diſt. 2. quia radix. & facit humanos ſenſus hominum peruertere. 11. quæſt. 3. c. quatuor. & ſuperbia & auaritia æquiparantur. extra de tranſ. c. quarto. in fine. & auaritia eſt idolorũ ſeruitus. ut extra. de præben c. auaritię. & pactum factum auaritię prætextu non ualet. extra. de pactis. c. plerique. & prauitati & auaritiæ hominum obuiandum eſt. extra de Iudęis. c. ſicut Iudæi. ex auaritia ſequuntur furta & rapinæ, & ideo philoſophi auaritiam fugere debent. ut infra de munere patri. l. profeſſio. libro decimo. & extra de prębeñ. de multa. & ibi in glo. & auarus dicitur cęcus, ambitioſus & improbus extra de electione. c auaritiæ cæcitas. lib. 6. ubi de hoc. per Cardi. Garſiam. & Guilie. Duran. & per Bernardum. extra de conſuetudine c. ex parte. Item cupiditas eſt. in acquirendo, auaritia in retinendo & utrunq;. eſt animi uitium, ut. ff. de ædilitio edicto. l. prima. §. fina & ibi in gloſſ. & philoſophus dicit quòd poſſeſſio diuitiarum eſt in diſtribuendo, unde cum auarus contrarium faciat finem diuitiarum non uidet, & ideo cęcus dicitur, & nimia feſtinatio nimiaq; cura opes & diuitias comparandi non ſolum culpatur ſed etiam pugnitur in le ſecunda. §. fin. ff. de his quibus. ut indig. optimus text. in le. quidam in iure, §. final. cum l. ſequenti. ff. de donation. ibi, quia contra ius gentium & bonos mores feſtinaſſet, & talem feſtinationem improbi homines eſſe aiebat, Iulianus relatus in lege ſecunda. §. interdum. ff. de uulgari. unde auaritia impellente ad triſtia crimina cędis non raro progredi ſolet, & ad ſpem triſtem atque aceruam. ut in leg. final. C. de pact.

Adeo ut etiam filius auaritiæ impulſu mortem patris captaſſe aliquando inueniatur ut in §. fin. inſt. quod cum eo. Vnde Ouidius. ſic cecinit.

Ante diem filius patris inquirit in annos. Qua ratione † etiam ſi filius de patris ſucceſſione futura pepigerit 21 tale pactum a lege improbatum eſt, ut tenent gloſſ. quam *Succeſſionis futurę pactum etiam a filio interpoſitum datur.* ibi ſequuntur Bart. Bald. Alex. Paul. Caſtren. Philippus Decius. Purpu. Andrę. Alciatus. & alii communiter in d. l. fin. quinimo etiam ſi tale pactum fieret a patre quo ad hæreditatem filii ſimiliter improbum & deteſtandum uideret, ex communi ſententia eorum quos modo retulimus. Denique hæc opum parandarum cupiditas improbatur in l. fin. §. ſin autem. ſub conditione. C. communia. de lega. & acerbius reprehenditur & punitur in hac. l. ſi quis in ſuo. in principio. C. de inoffic. teſtam. & cupiditas impellit hominem ad diuitia & facinora, unde Ouidius. libr. tertio elegantiarum.

Iupiter † admonitus nihil eſſe potentius auro, 22
Corruptae pretium uirginis ipſe fuit, *Iouis fabula.*
Dum merces aberat, durus pater ipſa ſeuera,
Aerati poſtes, ferrea turris erat.
Sed poſtquam ſapiens in munera uenit adulter,
Praebuit ipſa ſinus, & dare iuſta dedit.

Diuitiæ quæ homines faciunt ſuperbos & inſolentes. Vnde Martialis lib. 3. epigramatum ſic cecinit.

Faſtidiri tamen noli ruſtici minores

Quinimo ipſis poſſeſſoribus diuitiæ & ſpes ſolent eſſe curę & ſolicitudine. Vnde Martialis canebat.

Tantis parta malis cura. maiore metuq;
Seruantur miſera eſt magni cuſtodia cenſus

Idem fere retulit Auſonius illis uerbis.

Effigiem † rex Cre ſe tuam diuiſſime regum. 23
Vidit apud manes Diogenes Cynicus, *Diogenis hiſtoria.*
Conſiſtit, utq; procul ſolito maiore cachinno,
Concuſſus dixit, quid tibi diuitiae
Nunc proſunt regum rex o diuiſſime cum ſis,
Sicut ego ſolus, me quoque pauperior?
Nam quaecunque habui, mecum fero, cum nihil ipſe
Ex tantis tecum Cœſe feras opibus.

Eodem ſpectat eá ſtudia quem refert Iuuenalis Satira 14. his uerbis.

24 *Alexandri hiſtoria.*

Senſit † Alexander teſta cum uidit in illa.
Magnum habitatorem quanto felicior hic qui
Nihil cuperet quam qui totum ſibi poſceret orbem,
Paſſurus geſtis aequanda pericula rebus,

Et Cornelius Gallus aiebat.

25 *Fabula Tantali.*

† Quid mihi diuitiae, quarum ſi demeris uſum,
Quamuis largus opum, ſemper egemus ero?
Immo etiam pœna eſt, paritis incumbere rebus,
Quas cum poſſideas, eſt uiolare nefas,
Non aliter ſitiens uicinas Tantalus undas
Captat & appoſitus abſtinet ora cibis.

Cum ergo ex diuitiarum cupidine tam longe grauiora mala deſcendant, alienum a mente & ſententia Iureconſultorum fuiſſe intelligendum eſt homines allicere uoluiſſe ad opes & diuitias comparandas ut ſic partas heredibus ſuis relinquerent. Vnde cum mos ille inſenuerit

26 *Maioratus faciendi licentia nõ facile concedenda.*

† ut Cęſaris conſiliarii nomine regio facile licentiam ſeu facultatem ad maioratus faciendos concedant eos longe aberrare non ſemel admonui dum contenderem conſultius fore tales facultates raro aut nunquam concedi.

27 *Maioratus diſſoluendi licentia faci le concedenda.*

† Cumq; ſimiliter ad alicuius maioratus antiqui res alienandas licentia regis difficulter concedatur dicebam ut facillime concederetur reipublicę noſtræ longe utilius eſſe, ſcimus enim uſu uenire ut multo auidius ardentiusque ad opes pecuniasq; comparandas homines impellantur, at que adducantur quando ex eis illuſtres in ęternumq; duraturos maioratus ſe ſperant facturos quam adducerentur ſi ſimul cum uita ſua illam opum auri, argętiq; magnam uim eorumq; memoriam perituram exiſtimarent. Nec obſcura eſt huius rei differentia cum illo caſu quaſi † per interuentum talis maioratus perq; eius durationem quiſque ſuum nomen celebre in ęternumq; duraturum ſperet, non ita futurum ſi talis maioratus faciendi facultas non eſſet, ergo uel ex eo nomine huiuſcemodi maioratuum nouas creationes laudandas minime exiſtimarim, quod per eas auidius diligentiusque ad diuitias opesque conquirendas homines mouentur in eisque conquirendis fere ſemper iniurii exiſtunt, dumque eis ſic congeſtis abutuntur iniuſtiores perniciosioresque non raro ſunt. ut ſic non iniuria dixerimus facultatem regiam ad tales maioratus conſtituendos difficillime, ad eos uero diſſoluendos facillime concedi expedire ac oportere, ut interim omittam tales maioratus aduerſari principiis iuris naturæ, quod omnium rerum alienationes liberas eſſe uoluit. l. nemo. ff. de pact. l. ex hoc iure. in uerb. comertia. ff. de iuſt. & iure. §. ius autem gentium, inſt. de iure nat. Et cum per modum ultimæ uoluntatis plerunque huiuſmodi maioratus fiant teſtandique facultas iure tantum poſitiuo contra iuris naturę principia data fuerit, ut dicemus in quęſtione ſequent. eo magis coanguſtanda reſtringendaq; ea faciendorum maioratuum libido uidebatur, quod & dum teſtamur ſit ueluti per modum diſpenſationis, dumque in tali teſtamento maioratum conſtituimus, ſit per modum alterius diſpenſationis. ſicque plura ſpecialia concurrunt contra leg. primã. C. de dotis promi. cum ibi notatis, taleſque diſpenſationes ut odioſæ ſunt reſtringendę. argumento le. ſi quando, in princip. cum ibi notatis. C. de inofficio. teſtamen. l. cum quidam. ff. de liber. & poſthum.

28 *Maioratuũ uſus auidiores homines reddit.*

† Vnde non ſemel in cauſis occurrentibus dicebam in

29 *Maioratus in dubio non fauendus.*

re dubia contra maioratum uel maioratus uinculum. iudicandum eſſe, quando lis eſſet inter fratres uel ſimiles quorum maioratu res maioratus uel uinculo affectus eſſe diceret, reliqui uero eas liberas eſſe contenderent, quaſi quæque res facile reuertatur ad priorem ſui ſtatum uel naturam. l. ſi unus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis.

§. LEGIS AVTEM.

1 Poſthumus an iure communi poſſit exhæredari.
2 Poſthumus iure regio nequit exhæredari.
3 Exhæredari poteſt extraneus culpa alterius, contra Paul. Fald. & Iaſ.
4 Mater etiam hodie poteſt filium infantẽ inſtituere ſub conditione emancipationis cum communi contra Paul.
5 Exhæredari an poſſit poſthumus à matre, uel filius infans, contra communem.
6 Exhæredari an etiam hodie poſſit unus propter odium alterius.
7 Intellectus l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de contra tab.
8 Intellectus l. ſi. §. ſi. C. de lib. præt.
9 Intellectus §. aliud quoque in auth. aut cum de appe. cogn.
10 Exhæredari an etiam hodie poſſit poſthumus, uel infans communis opinio defenſa contra Fulgo. & Alciat.
11 Querela datur filio iuſte exhæredato cui pater poſtea peperit.
12 Repreſaliæ ſunt prohibitæ, & nu. 13. & 14.
15 Probari qualiter debeat periculum, ut id quod ſeguro uocamus recipiatur.
16 Repreſaliis concedendis quis ordo, & nu. 17. 18. & 19.
20 Repreſaliarum nomine retineri non poſſunt quini uentorum in portum impelluntur.
21 Ambitus an præſumatur ex facto alieno.
22 Renuntiatio legitimæ quam facit filius an noceat nepotibus ex ſe.
23 Intellectus l. ſi quando. §. 1. C. de inoffi. teſtamento.
24 Renuntiatione an ius futurum permutatur.
25 Maioratus, & alienationis prohibitio an conſenſu filij firmetur quatenus tangit legitimam.
26 Maioratus ſenſu filij ſtabilitus an præiudicet eius nepotibus.
27 Inofficioſitas quando arguatur ex actu inter uiuos.
28 Intellectus titul. de inofficioſis donationib. & titul. de inofficioſis dotibus.
29 Hæres quando poſſit impugnare factum defunctii.
30 Intellectus titul. quae in fraud. cred.
31 Quid ſi paterfamilias titulo oneroſo omnia bona alienauit
32 Iuramentum non impedit reſciſſionem contractus ubi erat enormiſſima læſio.
33 L. ſi. titul. ſin. part. 6.
34 L. 2. C. de reſcind. uend. ut practicetur.
35 Concluſio cauſae an impediat omnem probationis ſpeciem.
36 Intereſſe etiam poſt dilationes ad probandum conceſſas præteritas poteſt probari, cum communi.

EGIS autem §. In hoc §. legis nota. †quòd infans odio patris ſui non poteſt exhæredari quoad iuſtitiam rectitudinemq; exhæredationis, ſicq; quo ad impediendam teſtamenti reſciſſionem excludẽdamq; querelam inofficioſi teſtamenti, ſecundum omnes Doct. hic licet quo ad primordialem ualiditatem creationemque teſtamenti id in terminis huius text. bene ſufficeret, cum etiam ſi ex toto præteritus fuiſſet teſtamentum in ſui creatione ualere non deſineret iure iſto quo præteritio matris habetur pro exhæredatione §. mater, inſt. de exhære. lib. licet per iura authẽ. ſecundum communem opinionem Doct. hic & ubiq; id immutatum ſit ut infra dicemus, & latius ſ. lib. 1. Idem quoq; procedit in poſthumo quem mater odio mariti ſui exhæredaſſet ſecundũ Bar. Bal. Paul. Iaſ. & alios Doct. communiter hic, qui ſecuti incautiq; exiſtimant matrem poſſe poſthumum hæredem ſcribere, & etiam exhæredare, cum neutrum ſatis expeditum ſit, ut diſſermus in l. placet. ff. de libe. & poſthu. quam interpretamur ſupra lib. 1. de creatione aliquid ſupra eodem lege tertia. Hodie † tamen iure noſtro Hiſpanorum res expedita eſt, quia poſthumus, uel infans exhęredari nó poteſt, ut in l. 2. tit. 7. part. 6. & lege tertia titulo. 9. parte. 6. Nec enim odio ſui exhęredari poteſt, quia ingratitudinem nó poteſt committere, nec etiam odio patris ſui, quia alieno odio filius exhæredari non poteſt, ut hic licet olim ſecus, ut hic, & l. 3. §. ſi emancipatus. ff. hoc tit.

1 *Poſthumus an iure cõi poſſit exhæredari.*

2 *Poſthumus iure regio nequit exhæredari.*

5 *Exheredari poteſt extraneus culpa alterius contra Paul. Bal. & Iaſ.*

† Quod procedit etiam in hæredibus extraneis, qui culpa aliena exhæredari non poſſunt lege paterfamilias teſtamento. ff. de hæred. inſtit. ſecundum Paul. & Iaſo. hic in fin. & Bald. in lege prima. C. quæ pœnæ nomi. ſed id non ſatis expeditum eſt, nam quod teſtamento adeptum eſt id, nec datum quidem intelligitur, lege quibus diebus. §. quidam Titio, in fi. ff. de condi. & demon. unde cum teſtator hęredem ſcriptum ſub aliqua conditione exhæredat habendus eſt perinde, atque ſi eum nunquam uocaſſet, ut ibi, & licet inſtitutio pure fiat tamen in qualibet teſtamenti parte. poteſt adijci conditio, argumento legis hęc ſcriptura, ff de leg. 1. §. pen. inſt. de codicill. nec de poteſtate teſtatoris expedit dubitare, ut in lege in conditionibus primum locum ff. de conditio. & demonſtra. & in authen. de nupti. §. diſponat.

Ad dict. leg. paterfamilias teſtamento reſpondeo, quòd loquitur poſt acquiſitam hæreditatem, quia qui ſemel hæres extitit non poteſt hæres eſſe deſinere, lege qui ſoluendo, & lege ei, qui ſoluendo. ff. de hęred. inſt. lege & ſi ſine §. ſed quod Papinianus. ff. de minor. ſed ante acquiſitam hęreditatem magis eſt, ut exhæredari poſſit etiã culpa alterius, argumen. eorum, quæ notantur per gloſſ. & omnes in lege prima C. de inſti. & ſubſ. diſſerimus latius. li. 1. lex autem, dum ait † infantem poſſe ſub conditione emancipationis inſtitui ẽt hodie uiget, nec eſt correcta per legẽ quoniam in prioribus, ſupra eodem, ſecundum Aretin. & Salicet. hic eſtq; communis opin. ut dixi. in lege quoniã in prioribus, in l. limitatione. Vnde apparet ueram non eſſe opinionem Pauli, qui contrarium tentauit, argumen. authen. excipitur. C. de bo. quę lib cui reſponde, ꝙ expedit nobis plura remedia habere.

4 *Mater etiã hodie poteſt filium infantem inſtituere ſub conditione emancipationis cũ communi cõtra Paul.*

Iterum in hoc. §. legis. in primis nota, ut Bartol. & Bald. ſummant, quòd hic poſthumus à matre exhęredari non poteſt, quia iuſtam ingratitudinis cauſam committere non poteſt Paul. & Iaſ. aſſerunt, quòd hic in infante nato non in poſthumo naſcituro loquitur, ſed reſpondent in utroque eandem militare rationem, ut exhæredari non poſſint, cũ ingrati eſſe nequeant. Vnde fatentur omnes Doctores, ſecundum Fulgoſium, & gloſſ. noſtram fin. & gloſſ. primã in lege ſi poſthumus. in princip. ff. de liber. & poſthum. & in l. fin. §. fin. C. de lib. præt. quòd d. §. fina. corrigitur per noſtrũ §. & ſimiliter d. l. ſi poſthumus. in prin. cum concordan. dicentibus poſthumum exhęredari poſſe. ſed abſurdiſſimum uidetur, quòd Iuſtinianus ſeipſum correxerit. Vnde nouiſſime conſidera, quòd cum præteritio matris ſit pro exhęredatione, & ſic non infirmet eius teſtamẽtum, euenit, ut de exheredatione matris erga filium hic, quæri uideatur non quo magis ab initio matris teſtamentum ualeat, ſed ut filius exheredatus id teſtamentum per querelam inofficioſi non poſſit, & olim is filius infans non poterat efficaciter à matre exhęredari propter ſui demerita, ſed propter patris odium, & demerita utiq; hodie uero, nec ꝓpter odiũ patris. Poſthumus uero à patre poterat exhęredari quo ad ualidandum teſtamentum, ſed minime quo ad ſummouendum eum à querela, & non ſolum non ſubmouebatur à querela, ſed etiam non tenebatur probare ſe gratum, ut hic. Itaque cum quæritur an mater poſſit exhęredare? quęritur ad effectum tantum querelę denegandę. Denegari autem non poteſt grato filio qualis preſumitur infans.

Sed cum queritur an pater poſſit exhęredare id ſolum quęritur ad ualiditatem teſtamenti, perpendo pro nobis, tex. hic in uerbo ingratum, & interum in uerbo, repelli, & ibi ingratum exiſtimari.

Itaque non ſolum communis & etiam receptiſſima opi. habet per hunc tex. poſthumum exhęredari non poſſe eo, quòd cauſam legitimã ingratitudinis cõmittere nõ poteſt, quã opi. tenet gl. & Doc hic gl. & cõ. Doc. in §. poſthumiin uerbo rũpaſ inſti. de exher. libero. & gl. in §. non ſolũ inſt. de pupil. & gl. in l. fi. §. fi. ubi oẽs Doct. C. de libe. prete. gl. & cõiter Doct. ibi in d. l. ſi poſthumus. in prin. ff. de liber. & poſthum. quam opin. tam receptiſſimam dicit Fulgoſius, hic ut contrarium aſſerere quaſi ſacrilegium uideretur, tamen licet hęc conclu. forte in ſe uera ſit ut proxime uidebimus at per noſtrum tex. id inductum non fuit, licet omnes gloſſ. & Doctores ſupra citati per hunc tex. id inductum fuiſſe affirment qui decepti ſunt euidenter, quia leges Iuſtiniani locatæ ſub hoc titulo priores fuerunt quã leges Iuſtiniani poſitæ ſub titulo. C. de libe. præteri. patet, quia in l. fi. illius titu. uerſ. & ſi ſecundum, fit mentio de l. omnimodo, & aliis legibus Iuſtiniani hoc tit. collocatis, ſed in d. l. ſi. §. fi. deliber. prete. dicitur poſthumum poſſe exhęredari, ergo idem fieri poterat hoc tempore licet gloſſ. d. §. fi. contrarium dicat, quam ſequuntur doctores ibi.

6 *Exhæredari an ẽt hodie poſſio unus propter odium alterius.*

Itaque ut olim filius a matre †exhæredari poterat propter patris odium ut hic, ita & nepos ex filio emancipato ab auo exhæredari poterat propter odium filii. l. 3. §. ſi emancipatus. pe. reſpon. ff. de contra tab. ergo cum illi caſus eſſent per legem antiquam æquiparati, ſequitur quòd lex noua corrigens in uno corrigit & in alio glo. approbata in l. ſi quis ſeruo, in glo. fin. C. de furtis, & conſequẽter quòd ut hodie filius propter odium patris exhæredari non poteſt, quia ſupereſt aliud remedium ut ſub conditione emãcipationis inſtituatur, ut hic, ita & nepos. ex filio emancipato ingrato propter odium filii exhęredari nõ poteſt quia ſupereſt aliud remedium hæreditatis. filio ingrato auferendę, ut nepos ſub conditione emancipationis inſtituatur.

7 *Int. l 3. §. ſi emancipatus ff. de contra tab.*

Infertur erraſſe † glo. noſtram quam in ſpecie ſequitur Sali. & ceteri ſimpliciter tranſeunt, dum uolunt ꝙ in d. §. ſi emancipatus, uerſ. pe. non nepos ſed filius fuit exhæredatus, mouentur quia nõ uiderunt ut nepos propter odium filii exhęredari poſſet, & certe id receptum fuit ne hæreditas aui mediante perſona nepotis inſtituti filio ingrato qui nepotem in poteſtate tenebat acquireretur quod ſi dixeris ſatius eſſe nocentem impunitum relinquere quam innocentem lędere. l. abſentem, ff. de pœnis. reſp nouiſſime nepotem exhęredatum læſum non uideri cum mortuo patre uel alias ſui iuris factus querelam poſſit proponere ut d. §. ſi emancipatus. in fi. itaq; per odium patris tandiu iuſtam eſſe nepotis exhæredandi cauſam. lex exiſtimat quandiu durat patria poteſtas: quia per hoc & patris delictum punitur & nepotis iura non damnificantur, quinimo ei cõſultius eſſe uidetur ut. l. filiis matrem, ſ. eod. l. pen. ff. de cur. furi. l. ſi emancipatus. 2. ff. de contra tab. itaque uerſ. pen. & uerſi. fin. d. §. ſi emancipatus. ſic debent conc. quòd nepos uiuente patre poteſt exhæredari, ut quandiu patria poteſtas uiget querelam nequeat mouere poſſit tamen ea ſoluta: & quod in. d. uerſic. pen. eſſet nepos exhęredatus tenet Emanuel in l. Gallus. §. & quid ſi tantum in tertia par. num. 206. uide Gomez. in l. 47. tauri. numero quinquageſimo.

8 *Int. l. ſi, §. fi. C. de lib. pt.*

† Et dum gloſſ. prima in l. ſi poſthumus in princ. ff. de lib. & poſthum. & glo. l. fin. §. fin. de lib. præt. & gloſſ ſina. hic quas hic omnes ſequuntur ſecundum Fulgoſium, Paulum, & Iaſ. tenent quòd. l. fi. §. fin. de lib. præt. corrigitur per noſtrum. §. id ueriſimile non eſt tunc quòd utraque lex eſt Iuſtiniani, tum quòd ab ordine ſituationis probabilius eſt. dict. §. final. poſteriorem eſſe hac leg & ſic per hanc corrigi eſſet impoſſibile, & dum Iaſon. in leg. final. C. de contra tabul is. numero undecimo, ait eſſe hos text. directo contrarios errat cum ceteris, quia ut ibi & in le. ſi poſthumus. in principio, & leg. Gallus. per totam. de liberis & poſthum. ff. & lege penultima. ff. de iniuſto rupto. non dubitatur poſthumum exhęredari poſſe licet cauſam ingratitudinis committere non poſſit, ita & hic non dubium erat infantem a matre etiam immerentem. poſſe exhæredari, & in hoc concludo. Sed quòd hic adiicitur odium patris non eſſe iuſtam cauſam excludendæ querelæ licet olim foret, † id certe ibi non negatur, licet per. §. aliud quoque capitulum. in auth. ut cum de appell. cog. id immutatum eſſe negari non poſſit, ut aduertit ſolus Paulus hic quòd etiam eſt dubium, id quod præter. omnes eleganter luce clarius probabo. nam querelam inofficioſi teſtamenti non exhęredatio producit ſed inofficioſitas, tex. eſt ubi late probaui in lege cum quęritur,

9 *Int. §. aliud quoq; in auth. ut cũ de app. cogn.*

ſ. eodem cum ſimil. ibi allegatis per me. Inofficioſitas autem in eo conſiſtit, quòd integra legitima relicta non ſit ut ibi: ſed ea inofficioſitas non ſufficiebat ad producēdam querelam eo caſu quo is qui integram legitimam non habuit, uel nihil omnino habuit, fuit iuſte exhæredatus, ut per totum ff. C. & inſt. de inoff. teſtamento iuſte autem exhæredatus uidebatur, olim non ſolum quādo odio ſui ſed etiam quando odio patris ſui exhæredatus fuit, ut hic & d. §. ſi emancipatus, ergo per hunc tex. non inducitur quòd poſthumus odio patris ſui non poſſit exheredari, ſed inducitur quòd non uideatur iuſte exhæredatus, & conſequenter quòd ſi mater ei integram legitimam non reliquerat per quod inofficioſa erga eum uidebatur. tunc is poſthumus querelam mouere poſſit non ſecus quam ſi re uera uel exheredatus non fuiſſet, uel fuiſſet ſed non iuſte.

Et denique de ualiditate primordiali teſtamenti hic agi non poterat, cum etiam per omnimodam præteritionē matris erga poſthumum uel infantem teſtamentum ab initio non deſineret ualere.

Dic ergo quòd poſthumus iure. ff. poterat exheredari l. penul. de iniuſto rup. ff l. ſi poſthumus. in princi. de libe. & poſthum. hoc primo. † poſthumus de iure. C. & etiam Iuſtiniani poterat exheredari. l. fin. C. de contra tab. l. fi. §. fi. de lib. præter. in rubr. de poſth. hære. inſt. uel exhæ. hoc ſecundo: impubes iure. fforum poterat exhæredari. l. 1. §. pe. ff. de uulg. l. plane, in prin. ff. de leg. 1. l. abexhæredati, in prin. eo. tit. hoc tertio. Impubes iure. C. poterat exheredari l. cum quidam. C. de lega. §. non ſolum, inſt. de pupill. hoc quarto, prædicti iure auth. non poſſunt exhæredari ut auth. ut cū de app. cog. §. aliud quoque, eſtq; communis opinio quam tenuit glo. in l. fi. §. fi. de lib. præteri. C. Iaſ. in l. poſthumo nato, C. de contra tab. nu. 11. eſtq; cōis ſ. cundum Fulgo. hic & ſm Alciat. lib. 4. parad. c. 10. qui duo tenent contra commune nouo fundamento, nam inquiunt, lex nona generaliter loquens non comprehendit caſus priuilegiatos in illa materia, ſed exhæredatio poſthumorum hoc peculiare iure ueteri habebat priuilegium, ut etiam ſine cauſa iuſta ualeret quę in infantibus iam natis. non ualeret ergo. d. auth. quæ iuſtam cauſam deſiderat, non comprehendit. Poſthumos ſed etiam iam natos, quod eſt falſum, quia ex quatuor regulis premiſſis patet iure ueteri rite ualideq; factam uideri exhæredationem tam in iam natis. infantibus quam in poſthumis, licet recte uel iuſte facta non eſſet, id eſt licet nulla adeſſet iuſta exhæredandi cauſa. nam illud de rectitudine cauſę non pertinet ad ualiditatem exheredationis. ſed ad concedendam uel denegandam querelam ut hic, ergo cum iura uetera pariter olim procederent tam in poſthumis quam in iam natis. ſequitur quòd & iura noua ſimpliciter in hac materia loquentia poſthumos comprehendunt, non ſecus quam iam natos. adhuc tamen hac in re dic ut plenius per nos. §. 20. num. 191. ubi in noua fuimus ſententia.

10 *Exhæredari an ēt hodie poſſit poſthumus uel infans cōis opinio definatur contra Fulgo. & Alciat.*

Et ſuperioribus etiam adde quod Alciatus in l. fin. C. de pact. queritˉ† ſi poſt factum teſtamentum paterfamilias qui filium iuſte exhæredauit remiſſionem ingratitudinis fecerit, an p hoc filius euertere poſſit, Primo qa oīs iniuria iniuriati tacita uel expreſſa remiſſione aboletur. §. fi. iſt. de in iur. Bar. in l. 3. §. fi. in fi. de adimen. lega. ff. ergo iniuria quæ patri facta fuit per ingratitudinem filii negari non poteſt quin patris remiſſione ſublata ſit, habeaturq; perīde ac ſi facta nunquam fuiſſet, unde & ſi re uera pr iniuriatus non fuiſſet filium exhæredare non poſſet, ita & ſi iniuria facta ſit quæ poſtea remiſſione aboletur. Nec mouet me q exhæredatio rite rectęque ſemel facta fuerit, Et per hoc ius patri quæſitum uideatur, nam & iniuria ſemel facta per quam ius iniuriato quæſitum fuit eius remiſſione tollitur.

11 *Querela datur filio iuſte exhæredato cui pater poſtea peperit.*

Nec eſt nouum ut teſtm quod ab initio ualuit ualeretq; inexpugnabiliter rebus ſic ſtātibus euaneſcere incipiat ex nouo accidenti & cauſa uel poſthumi natiuitate, uel nepotum ſucceſſione filio è medio ſublato, licet cauſæ iſtę euenerint abſque culpa & facto teſtatoris, quanto magis in propoſito ubi euenerint facto ipſius remittentis ingratitudinis iniuriam. itaque illa cauſa reddata eſt ad non cauſam, ut ſimili habetur ſere per totum. ff. de condi. ſine cauſ. qua de re uide latius per me in l. in arenam. ſ. hoc ut.

Deniq; iſte tex. induci ſolet ad materiam repreſaliarum. nam qua ratione factum odiumq; patris filio nocere nō debet, eadem ratione conſtitit† repreſalias, ſiue pignorationes, fore prohibitas, odioſas, & legibus contrarias, ſeu repugnantes tex. in c. 1. de iniurijs, & dam. dato libr. 6. cuius uerba & ſi pignorationes quas, uulgaris eloquutio repreſalias nominat, in quibus alius pro alio prægrauatur, tanquam graues legibus, & æquitati naturali contrariæ, ciuili ſint conſtitutione prohibitæ tex. in authen. ut non fiant pignorationes pro alijs coll. 5. cuius uerba inhoneſtas pignorationes, & odibiles ſuper his exactiones plurimę, & ſi quę dam alię leges odio habentur præcipue autem a nobis poſitæ tex. in l. una. C. ut nullus ex uicarijs pro aliena uicaria debito teneatur. lib. 11. ubi tex graue eſt non ſolum legibus uerum etiam æquitati naturali contrarium pro alienis debitis, & Bartol. in repreſalium tracta. 2. quæſt. principali uerſic. ad quartum. Repreſalias appellat odioſas, ſubſidiarias, & exorbitantes, Bald. & idem Bart in auth. & omnino C. ne uxor pro marito. Ioan. Adr. in regula. non debet aliquis. de regu. iur. lib. 6. cum alijs.

12 *Repreſaliæ ſunt prohibitæ.*

Idem ergo, & in l. noſtra fortius comprobatur, nam longe grauius eſt quem priuari a rebus, iam quæſitis, quam a rebus quærendis, ut in l. fina. C. de codicil. & in l. patre furioſo. ff. qui ſunt ſui, uel aliena. iur. ubi late per Iaſo. multa cumulantem, ſed hic filius non poteſt priuari hæreditate matris non dum quæſita, ſed querenda propter odium patris, ergo longe minus poterit quis per modum repreſaliarum nomine bonis ſuis iam quęſitis propter debitū, uel delictum alienum priuari.

13 *De eadē re.*

Denique† dicendum eſt ad repreſalias non eſſe deueniē dum n ſi indefectum iuſtitiæ, uel propter denegationem iuſtitiæ expreſſus caſus in c. dominus noſter. 23. quæſt. 2. cuius uerba ſic, gens, uel ciuitas petenda eſt, uel uendicare neglexerit, quod a ſuis improbe factum, uel reddere, quod per iniurias ablatum eſt tex. in l. nullus. C. de iudæis, ſi cta glo. in uerbo, ultionem. dicit ibi. tex. nec quiſquam ſibijpſi permittere ualeat ultione, exponit gloſ quid ſi iudex non poteſt cogere partem, reſpondeo ſic, ideſt permittatur ultione pro hoc expreſſior tex. in l. generali lege. C. de decurio. lib. 10. ibi, ſi præſidis deſit copia, eundē manus iniectione conceſſa ſciat ad examen cognitoris, reſultante deducendum. gloſ. expreſſa in d. c. uno de iniuris. & dāno. da. lib. 6. in uerbo, concedi, in fi. expreſſior in d. c. dominus noſter in uerbo ciuitas, quod tenet Bald. in authen. eſt omnino. C. ne uxor pro marito. col. 1. & Ioan. And. in d. reg. non debet. & Bart. in d. tracta. repreſalia. 2. quæſt. prin. in prin. in uerſ. ad quartum. ergo tunc demum ad repreſaliarum uim permittit deuenire cum deeſt copia iudicis, cū aūt iudex adeſt ſecus eſt, niſi forte is iudex deneget iuſtitiam, tunc enim idem eſſet, ac ſi iudex deficeret, ut iā dictum eſt, ſed ijs caſibus non temere repreſalię concedendæ ſunt, a principibus, quorum ſubditi iniuriam poſſi dicuntur, ſed tūc demū cum conſtat de debito, præter iuſtitiæ defectum, uel dene gationē† & q requiratur debiti probatio tenet in expreſſo Bald. in d. authen. & omnino. C. ne uxor. pro marito. 5. col. uerſi. uiſo de perſonis, uideamus de cauſis, & Bar. in ſuo tracta. repreſa. in 1. q. in prin. uerſi. ad ſecūdum, & iſtud eſt, q d decantat tex. in d. c. dominus noſter. 23. q. 2. ibi. uel reddere, quod per iniurias ablatum eſt, & ſanctus Thomas. 2. 2. q. 4. c. 1. quem refert Bart. ubi ſupra etenim ſatis temerarius incautus, & iniuſtus eſſet Princeps, qui tam credulus eſſet ut ſimul ac quiſquam ſe iniuriam recipiſſe, uel uiolentiā paſſum fuiſſe dicere, ſtatim ei fidem adhiberet, quinimo oportet plenam legitimamq; probationem prius uidiſſe nedum de iniuria conqueritur ipſemet iniurius exiſtat, nam ut Ouidius lib. 2. faſtorum ait.

14 *De eadē re.*

Non opus eſt uerbis credite rebus ait.

Nam & Manilius. lib. 2. aſtronomorum ſic cecinit.

Cum fortuna fidem quærat uix inuenit uſquam.

Et

Et Vergil.lib.4. Aeneidos.

Nuſquam tuta fides.

Quinimo poetæ fabulantur fidem terris, relictis cœlum petiſſe, unde Silius Italicus, lib.2. Bellorum Pun.ſic cecinit.

Contra cui Italia uirgo.
Cerno equidem nec pro nihilo eſt fœdera rumpi,
Statq; dies audis, olim tam triſtibus ultor,
At me pollutas properantem linquere terras,
Sedibus his tectisq; Iouis ſuccedere adegit,
Facundum in fraudes hominum genus.

Ergo non temere conquærentibus credendum eſt, ueruntamen ad probandum naufragium prædam, uel ſpoliationem tria copulatiue requiruntur de iure. Primum probatio facta ibidem, & in loco uicino, ubi contingit naufragium, ſeu derobatio, uel præda. Secundum receptio teſtium coram eiuſdem loci proprio iudice. Tertium ut intra annum eam coram competente iudice præſentet, tex. in l.2.C. de naufrag.lib.11. & ibi notant Bar.& Doctores, & in cap. quoniam frequenter, ut lite non conteſtata, & in authen. ſed & ſi quis .C. de teſtibus, & facit text. in l. nam ita diuus .ff. de adopt. Ergo non ſatis eſt, quod probetur læſio, uis, iniuria, derobatio, ſeu uiolentia, quæ re uera contigit, ſed præterea opus eſt, ut coram iudice illius loci, uel regionis, ubi facinus patratum eſſe dicebatur, ea probatio fiat, quæ ideo maiore fide digna erit, quòd in eodem loco fit, quinimo ut diximus oportet etiam quòd infra annum cum iis legitimis ſeſe præſentet coram iudice ſuo ne ex temporis longitudine, & diuturnitate ex mora & temporis intercupidine ſuſpicio falſitatis oriatur.

15 *Probari quo. liter debeat periculum, ut id quod ſeguro uoca mus recipia tur.*

16 *Repræſaliis concedendis quis ordo.*

Aliud † etiam quod requiritur eſt monitio, ſeu commination de concedendis repræſalijs, & peremptoria citatio facta ab eo, qui poteſt eas concedere, contra eum in quem ſunt concedendæ. Bald. in d. authen. & omnino. in prin. columna fin. in uerbo. ſecundo requiritur Bart. in ſuo tractatu in quarta quæſt. principa. uerſic. ad ſecundam. Item hæc monitio, uel comminatio fit quando talis contra quẽ repræſaliæ conceduntur eſt pertinax indeneganda. iuſtitia ut colligit aperte ex Bart. ibi, & Bald. ubi ſupra. cum enim citatio, & monitio, quæ de iure tam poſitiuo, quàm etiam naturali & diuino in cauſis ſubditorum deſideratur longe diligentior exactiorq; in cauſis non ſubditorum requiratur ſupereſt, ut non aliter repræſaliarum conceſſio iuſta uideri poſſit, q̃ ſi talis citatio, & monitio præceſſerit, etenim huiuſmodi comminationes ſolẽt efficere, ut damna illata reſarciantur, & emẽdentur, ſicq; ad repreſaliarum iniuſtitiam deuenire non ſit neceſſe.

17 *De cadẽ re.*

Aliud † etiam quod requiritur eſt in hoc, eſt uis, ſcilicet iuſtitiæ denegatio, ideo primo quærendum eſt qualiter dicatur iuſtitia denegata, ſi quando agens porrexit libellum, & iudex audire recuſauit ſine legitima cauſa adeo ut ſi denegetur iuſtitia ex eo, quòd ſine ordine iuris petat, non dicitur denegata, nec ſunt repræſaliæ concedendæ. Bart. in d. tractatu 2. quæſt. princip. in ſecundo uerſic. & Bald. in d. authen. & omnino, col.5. Farrarius in ſua practica folio.5. in princ. columna.3. Quod autem diximus oportere, quòd abſque ulla cauſa ſit denegata iuſtitia intelligendum eſt de cauſa uera & ſufficienti. nam licet cum cauſæ expreſſione iuſtitia eſſet denegata, ſi tamen ea cauſa uel uera non eſt, uel cum uera eſſet tamen non erat ſufficiens, tunc repræſaliæ concedi poſſunt non aliter, atque ſi re uera nulla cauſa in denegatione iuſtitię expreſſa eſſet. argum. tex. in l. filio quem, cum ibi notatis, per Iaſon. & alios. ff. de liber. & poſthu. & argum. huius tex. & tex. in auth. ut cum de appell. cog. §. cauſas.

18 *De cadẽ re.*

Et hoc ut iudex uel ſuperior dicatur denegare iuſtitiam uel negligere quod eſt minus eſt conuincendus de contumacia, quod non ſit niſi trina interpellatione & requiſitione præcedente text. eſt ibi. Doctores in c.1. de ſuppl. negl. præla. tex. & glo. in clem. dudum. de ſepultu. in uerbo, recuſarint, ſic ergo poſt primam uel etiam ſecundam interpellationem non tam recuſare & nolle iuſtitiã adminiſtrare uidetur, quàm cunctari quaſi cauſarũ occupationibus, id potius tribuendum ſit quam eius contumaciæ imputandum, etenim qui ad aliquid faciendum uel declarandum interpellatur is non eſt præcipitandus, hoc eſt non nimia & infeſta increpatione & feſtinatione eſt præmendus: ut in ſimili ait tex. in l.1. §. largius. ff. de ſucceſſio. edict. & in l. qui interrogatur, cum l. ſequenti. ff. de interroga. actio. nam & alias nimia feſtinatio reprehenditur & etiam punitur, ut in terminis l. quidam in iure. §. fin. cum l. ſequen. ff. de donat.

19 *De eadem re*

Sed † cum in ordinate & nõ rite & recte repreſaliæ conceduntur, conceſſio & decreta ipſo iure ſunt nulla ut eſt text. in l. cum uero. §. ſubuentum, cum ſequen. ff. de fideicõmiſſ. liberta, & in l.1. §. hęc uerba. ff. ne uis, fiat ei, & Bar. in d. ſuo tracta. repreſa. in 1. q. prin. uerſ. ad ſecundum. Etenim id quod minus rite iuris ordine prætermiſſo fit, nullo modo ſubſiſtere poteſt, & nihilominus ualere intelligitur, non magis quàm ſi re uera factum non fuiſſet, ut in l. non putauit, §. non queuis. ff. de bono. poſſeſſ. contra tabul. ubi exhęredatio minus rite facta non ualet, nec per eam firmatur teſtamentum nõ magis quàm ſi omnino facta nõ eſſet, quinimo etiam hęredis inſtitutio quæ ſummopere fauorabilis eſt argumen. eorum quæ notantur in l. fin. ff. de conſti. prin. adhuc tamen non ualet ſi minus rite facta uerum habetur perinde ac ſi re uera facta nũquam fuiſſet: ut probat text. ff. de bono. poſſeſſ. contra tabul. l. in adoptionem. §. 2. & 3.

20 *Repreſaliarum nomine retineri non poſſunt qui uiuentorum in portu impelluntur.*

Adde † quod Bart. in ſuo tracta. de repreſalijs. 7. q. principa. uerſi. ſiue ad decimum expreſſe dicit, quòd homines nauigantes qui ui uentorum impelluntur in aliquem locũ, non poſſunt pro repreſalijs retineri, nec hoc caſu poſſunt repreſalię contra eos exerceri, allegat auth. nauigia. C. de furt. l.1. C. de nauicul. & l.1. C. de naufrag. lib.11. & l. Cæſar. ff. de publi. & uectig & profecto hæc opinio Bar. eſt multum æqua & poſſet multis fundamentis corroborari ultra authoritatem Bart. per nota. in l.1. de naufra. & d. l. Cæſar, & in l. ſi. §. ſi quis propter. ff. de puplic. & uecti. & quia affligtio non eſt danda afflictis. ut in c. cum perculſio. 7. q. 1. l. diuus. ff. de offi. præſid. & in l. tam de mentis. C. de epiſcop. audiend. nauis enim quæ propter neceſſitatem naufragij, uel fugiendo inimicos intrat aliquem portum nõ debet ſolue re gabellam uel uectigal ut notatur in legibus ſuperius allegatis.

Facit, quia ſubueniendum eſt ei qui neceſſitate coactus aliquid facit, cui æquandus nullo modo eſt is qui ſpontanea uoluntate negotium gerit: ut probat text. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatis cogan. facit tex. in l. iam dubitari, in fin. ff. de hære. inſti. & in l. ſi filius qui patri, uerſi. etenim. ff. de uulgar. & in l. peto. §. prædium. ff. de lega. 2. & per Socinum in l. conditionibus, pupillus. ff. de condi. indebit. per Iaſin d. § ſi neceſſaria.

Vltimo is tex. inducitur ad quæſtionem frequentem cathedrarum in quibus ſolent conſanguinei conſanguineis ad eas cathedras aſpirantibus pecunijs in electores diffuſis fauore, ergo, &c.

21 *Ambitus an præſumatur ex facto alio.*

† An factũ hac in re cõſanguineorũ noccat, uidet primo q̃ ſic p̃ tex. in c. nobis de ſimonia, in c. pẽ. de elect. ubi probatur quòd electio facta per ſimoniam non ualet, etiam ſi commutatur per conſanguineos ignorante electo, & facit determinatio Angeli, & Doctorum in l.1. C. ad l. Iuliam, de ambitu, ubi dixit quòd ſi aliquis dat pecuniam pro eo, quòd amicus uel conſanguineus aliquem honorem uel officium adipiſcatur nocet ad hoc q̃ non ualeat electio etiã ignorante eo facta, facit, & tex. in cap. conſtitu. in prima diſtinct. ubi factum conſanguinei nocet conſanguineo, & præſumitur factum de eius mandato, ergo ſic eſt præſumendũ contra me permaxime quia coniunctus præſumitur ſcire factum coniuncti. ut in l. octaui. ff. unde cogna. cũ ſimilibus.

Sed tamen iſtis non obſtantibus contrarium eſt uerum de iure, primo ex regula generali iuris dicentis quòd non debet alteri per alterum iniqua conditio afferri, & culpa ſuos debet tenere auctores ut in l. ſancimus. C. de pœnis. & indignum

dignum eſt aliquem alterius odio prægrauari ut hic: pro quo facit glo.in c.quia prę ſultatus.1.q.4. & in c.cũ ad ſedẽ de reſti.ſpolia.quam cõmendat Bal.in l.ad inuidia C. quod metus cauſ.& in alijs locis, ꝙ delictum conſanguinei & in fauorem alterius conſanguinei non prę ſumitur in dubio de eius uoluntate commiſſum.quia non eſt præſumendum delictũ ut in l.merito.ff.pro ſocio.Pro quo facit quia ignorans non conſenſit,ut in l.manifeſtiſſimi. §.ſin autem.C.de furt.cum ſimilibus,ſed impoſſibile eſt aliquem obligari ad pœnam ſine conſenſu,ut eſt glo.quam ibi cõmendant Doctores in l.1.§.id beſtias.ff.de poſtulan. & ponit Innocen. in c.in noſtra,de iniurijs, ſunt idonei teſtes cognati , & ſi eſſent fratres ad probandam hac in re innocentiam:ut eſt tex.in c.literas,de prę ſump. quem commendat Bal.in l.parentes.C.de teſtibus,& in alijs locis.

Item etiam ignorantia probatur iuramento ut in c.nulli, de elect.in 6.& in c.ſi uero.de ſent.excom. & licet eſſet ali qua præſumptio in contrarium illa bene tollitur per iuramentum ut notatur in dict.cap.literas.

Præterea, pro iſta parte ꝙ factũ cõſanguineorũ nõ nocet eſt tex. quẽ ibi ſic ſummat.Bal.in l.proportione.C.de exce.

Præterea quòd factum matris & conſanguineorum non noceat probatur ex proteſtatione , & contradictione per quam appareret,ꝙ ille monuiſſet amicos ne mutuarent ali quid ſcholaribus,in quo caſu delictum conſanguineorum contra ſuam uoluntatem cõmiſſum non nocet:ut eſt text. notabilis in c.Petrus,de homici. pro quo etiã facit tex.notabilis in l honores.§.fi.ff.de decur. quem cõmendat Bal.in c. Cumana.in 2.col de electio.ꝙ quando alicui prę iudicatur ex facto legis aliquid præſumentis, illa præſumptio tollitur per expreſſam proteſtationem factam in contrarium.

Non obſtat tex.in c.nobis.de ſimonia cũ ſimilibus , quia illa iura loquuntur in crimine ſimoniæ , quod eſt reale, & afficit rem,ideſt beneficium ipſum ſine culpa poſſeſſoris ut ibi omnes Doctores declarant , ſed cathedræ non ſunt iura ſpiritualia , quia cadunt in laicum , ergo non ſpiritualia,ut in c.cauſam quæ.de præſcriptio. cum ſimilibus quibus ſtipendia Cathedrarum deſcendant ex fructu decimarum non propterea dicunt ſpirtualia ut eſt gl.communiter approbata in c.cum M.de conſtit.cum mille ſimilibus. Præterea & ſi Cathedra eſſet res ſpiritualis adhuc non eſſet probata ſimonia actualis,nam non eſt probatum de pacto,& conuentione ꝙ pecunia fuit data aut mutuata ſcholaribus propter ſuffragium prę ſtan. quo caſu ceſſat ſimonia ut in c.de hoc,de ſimonia,qui eſt caſus expreſſus & eſt tex.in c.tua.eod.tit.& gl.in c.ex inſinuatione,in glo.1.eod. tit.& ibi Doctores,& facit tex.notabilis in l.1. ff.de calum. ubi recipiens aliquid calũniæ cauſa,ut puniatur debet cauſa deduci expreſſe probatur in l.1.ff.de falſis , in teſte aliquid recipiẽte qa illud debet eſſe cauſa ferẽdi teſtimoniũ.

Et cũ hæc quæſtio ex facto ageretur & nulli teſtes exiſterent qui quicq̃ datũ aut mutuatum aſſererent pro ſuffragio præſtãdo neq; ſcholariũ ſuffr gia poſſent diſtingui, dicebã ſaluũ fore eũ q plura numero ſuffragia habuiſſet,& meruiſſet,præſertim cũ ab utraq; parte horũ ſimilia ꝓpetra ta dicerentur & in pari cauſa potior futura eſſet conditio poſſidentis,ut in l mercalem , & per totum.C.de condi.ob turp.caus.& in regula in pari cauſa de regu.iur.lib.6.

22 *Renutiatio legitimae quam facit filius an nocet nepotibus ex ſe.*

Item noſter tex.induci ſolet ad q.ſan renũtiatio noceat nepotibus,& ſane renũtiatio uel repudiatio filij i hereditate iterdũ nepotibus nocet,interdũ nõ nocet,qua in re ſunt plures caſus in cõſideratione: Primus caſus cũ poſt mortẽ patris & poſt additionem hæreditatis filius eius hæreditatẽ hereditariamve portionem renuntiauit alicui,quo caſu ſibi præiudicat indiſtin cte,l.ſicut ab initio.C.de act.& obli.l. in re mãdata.C.mãd.Secũda cõcluſio ẽt nepotibus præiudicat ſi cõceſſio ſeu donatio nõ fuit inofficioſa gl. approbata in l.cũ a matre.C.de rei uẽd.l.ſed nõ uſq;.ff.ſi quis a paren. fuer.manu.Tertia cõcluſio nepotibus iudicat ipſo iure ẽt ſi cõceſſio fuit inofficioſa,ſed poſtea poterit reuocari uſq; ad debitũ bonorũ ſubſidium,per totũ.C.de reu.do.qua de re uide ꝓ Ioan.Lupũ, de Palacios Ruiuos in rub. extra de donation.inter uirum & uxorem.§.47.numero 2. per Rodericum Suares in l.qñ in priorib.10. amplia.C.de inoffi. teſtam.per Couarru.in ca.Rayn.§.2.num.2.extra de teſtam. qui omnes quo ad hunc articulum idem ſentire uidentur , niſi forte is renuncians hoc ultimo caſu poſt talem donationem, id eſt renuntiationem animo donandi factã , liberos ſuſcepiſſet , cum eos tempore renuntiationis non haberet, ſecundus caſus cum poſt mortem patris ante additionem hæreditatis hæreditariæve portionis repudiauit, uel cum cohęrede pepigit, ut forte aliquo accepto ab hæreditatis portione diſcederet, quibus caſibus ſit prima concluſio ſibi indiſtincte prę iudicat l. ſi quando.§. & generaliter.C.de inoffic.teſtam.d.l. in re mandata,d.l. ſicut ab initio . Quinta concluſio liberis ſuis ſine dubio præiudicat ſi ea renuntiatio non fuit inofficioſa , ueluti ſi bona repudiantis locupletiora, & pretioſiora erat , quàm repudiata .

Tertia concluſio idem ſi prę ter repudiatum nil in ſuis bonis habebat dictus filius, ut l. qui autem. in prin.& §.1. ff. quæ in fra d. cred. facit optime , quod ait Lupus , ubi ſupra num.ꝙ Nec obſtat titulus.C.de inoffic.donatio. nam procedit in donatione rerum iam acquiſitarum , ſiue quis donet per ſe, ſiue etiam conſentiam ei qui res meas donauit nam in his terminis loquitur l.pen.C. de inoffic.donatio. intellige autem præiudicium fieri nepotibus quo ad hoc,ut ipſi contra factum patris non poſſint quicquam dicere , nam ſi forte abinteſtato auo ſuo ſuccedere poſſint, tunc dic , ut dixi in libro iſto in l. ſi quando.§. illud infra lib.fi.

Tertius caſus quando ante mortem patris pepigit ſine iuramento de non ſuccedendo patri, uel de in minore portione quàm legitimę ſuccedendo quo caſu ſit prima concluſio ſi pactum initum fuit cum altero fratre puto ualere, argumento l. fin.C. de pact. intercedente tamen patris uoluntate , & perſeuerantia uſque ad mortem ut ibi , quod plane tenet Couarru ubi ſupra .

Secunda concluſio † ſi cum ipſo patre id pepigit ſecus l. ſi quando.§.illud.C.de inofficioſo teſtamento. ratio differentię , quia iſto caſu adſunt duę rationes , quæ non militant in ſuperiore quas notaui in d §. illud . Amplia ut ſi non præiudicat ſibi , longe minus ſuis liberis d.§. illud in ſui generalitate . 23 *Intellect.l.ſi quando.§.1. C. de inoffic. teſtam.*

Item primam concluſionem amplia, ut præiudicet liberis paciſcentis , non ſecus , quàm ipſi paciſcenti d.l. fin. in ſui generalitate , facit d.§. & generaliter .

Quartus caſus cum ante mortem patris pepigit cum iuramento,prima concluſio ſibi indiſtincte præiudicat cap. quanuis pactum de pact.lib.6. Secunda concluſio liberis ſuis indiſtincte prę iudicat ſi renuntiatio ſecundum quod ſupra declarau non ſit inofficioſa . Tertia concluſio etiã ſi ſit inofficioſa , puta quia ipſe in bonis nil habebat , & diuitem hereditatem repulit , quia renuntiatio iuris nondum quæſiti , ergo &c. ut ſupra dixi,per d.l.quia autem.§. 1.l.1.ad medium.ff.ſi quid in fraudem patroni. iuncta l.quia poterat.ff.ad Trebell.

Quęro † an ex ui talis pacti quo caſu ualet perimatur ius ſuccedendi ipſo iure . Reſp. non , quia ius , quod nondum eſt , non poteſt perimi l. decem.ff.de uerbor. obligat. ſicut teſtamentum , quod non eſt , non poteſt rumpi l.nã & ſi.ff.de iniuſto rupto,ſed contra paciſcentem datur exceptio propter ius quod aduerſarius per ſuam acceptationẽ quęſiuit contra paciſcentem renuntiantem , ut dixi in l. ſi quando.§.illud infra eod.tit.unde infertur,ut & ibi dixi no uiſſima ratio quare id ius futuræ ſucceſſionis non poſſit ledi per ſimplicem repudiationem huius filij, uel alterius. Vnde ſubinfertur elegans ratio quare omnes ll. loquentes de futura ſucceſſione omittenda, uel acquirenda,uel diuidenda, uel conſeruanda, loquantur potius in pacto, quàm in ſtipulatione , nam id ius futurum , & quod de præſenti non eſt in rerum natura , ut re uera de prę ſenti amitti non poteſt , ita nec acquiri l.inter ſtipulantem .§. ſacram.ff. de uerb.§.1. inſt. de inutili. ſtip.l. ſi uſusfructus.ff. de ſtip. ſeruo. cum ergo id ius perimi non poſſit, ſequitur cõtra omit 24 *Renuntiatione an ius futurũ perimatur .*

tentem

tentem nil queri poſſe, niſi pacti exceptionem ad quam producendam ſtipulatio neceſſaria non eſt. Et conſidera quòd etiam ſi pactum de futura ſucceſſione acquirenda, & omittenda, conſeruanda, ſeu diuidenda conferatur in tempus quo hereditas deferatur non magis permit ius futurum, quàm ſi pure conciperetur, ergo idem in ſtipulatione licet in tempus quo deferetur collata eſſet, quia quantum ad perimendum ius acquirendi relictum iam delatum tantam uim habet pactum, uel etiam ſimplex repudiatio, quantam ſtipulatio l. is qui hæres l. is poſt l. geric, de acquirenda hereditate. ff. eſt tamen uerum, quòd Bar. quem ibi communiter Doctores ſequuntur in l. 1. C de pact. tenet quòd ius etiam futurum, quod nondum eſt in rerum natura poteſt perimi, & omitti ſub conditione ueluti ſi cum ſub hac conditione inſtitutus eſſem ſi nauis ex Aſia uenerit dixi repudio hereditatem etiam ſi nauis ex Aſia ueniat.

25 *Maioratus, et alienationis prohibitio an conſenſu filij firmetur, quatenus tangit legitimam.*

Redeundo ad ſuperiora infero † Lupum, ubi ſupra male dixiſſe dum uult, ꝙ ſi filius conſentiat patri ut prohibeat alienari legitimam ſuam id onus ualebit nec reiicietur per l. quoniam in prioribus. C. de inofficioſo teſtam. ſed errat, nam etiam de iure antiquo is conſenſus filio non prejudicabat, ut probat tex. in d. l. ſi quando. §. illud ibi, huiuſmodi pacto filium minime prægrauari. facit text. in l. pactum dotali. C de collat. & in l. fin. ff. de ſuis & legitimis hered. & in cap. quanuis pactum, de p. ct. lib. 6. per locum ab ſpeciali, & quod late diximus in d. §. illud, & in d. l. ſi quando. §. & generaliter, ſuper glo. ubi diximus nullam conuentionem fieri poſſe inter patrem, & filium quo ad ipſius patris hereditatem omittendam, ex toto uel ex parte, reſpectu rei, uel temporis, uel loci, uel cauſæ, uel alterius cuiuſcunque rei, quæ huic filio renuncianti nocere poſſit, non magis, quam ſi re uera interpoſita non fuiſſet,

26 *Maioratus ſenſu filij ſtabilitus an præiudices eius nepotibus.*

niſi iuramentum interueniſſet.

Infero grauius erraſſe dum firmat id etiam præiudicare filijs ipſius conſentientis. Nec obſtant iura. per eum allegata, quia loquuntur quando conſentit filius poſt mortem ſui patris tempore, quo iam ſibi eius hereditas delata erat, quam poterat, & adeundo conſequi, & repudiando amittere, ſecus autem ſi talis renuntiatio, uel talis conſenſus utcunque nociuus præſtetur ante obitum patris quo tempore data non eſt à lege poteſtas, neque acquirendi, nec amittendi, ut in caſu & ſpecie noſtra: nam tunc conſenſus à filio præſtitus ei non nocet, non magis, quàm ſi re uera præſtitus non fuiſſet, niſi per ineruentum iuramenti, ut in d. cap. quanuis, de pact. in 6. & cum ipſi etiam nõ noceat, longe minus nocere poterit eius filijs, cum in hac materia aliquando quod nobis obeſt id liberis noſtris non obſit, ut per totum. C. de reuoc. donat. de quo latius in d. §. illud.

27 *Inofficioſitas quando arguatur ex actuinter uiuos.*

Superioribus addere libuit, quod † alienatio facta à patre inter uiuos in fraudem legitimæ filiorum reuocatur querela inofficioſæ donationis non ſolum cum fit titulo lucratiuo ſed etiam ſi fiat titulo oneroſo, in quo uirtualiter inſit donatio, ut ſi in emptione, uel tranſactione pater, ſit enormiſſime læſus in terminis, ita ſingulariter dicit Bart. in l. non uſque adeo. ff. ſi à paren. quis fue. manumiſs. ubi

28 *Intell. tit. de inoffic. don. & titu. de inoff. dott.*

dicit uerba ſequentia † finaliter dicerem ſi quidem alienatio fuit facta titulo lucratiuo, ut ex cauſa donationis, poteſt reuocari per querelam inofficioſæ donationis, tam à patre, q̃ à filio ſi per donationem læderetur, nam illa querela eſt inducta ad ſimilitudinem querelę de inofficioſo teſtamento. ut l. vlt. C. de inofficioſo teſtamento. ſed querela inofficioſę donationis, pondero verba ſequentia ſi uero alienatio fuit facta oneroſo titu. ut ex cauſa uenditionis, tunc ſi eſt facta pretio minori, tunc in eo quod ultra ualet res, & ſit pretium eſt donatio, ut in l. 1. C. ſi quis in frau. patro. & tunc idem, quod poteſt reuocari per querelam inofficioſę donationis, hæc Bar. & cum iſta deciſione Bar. concordat. nota. deciſio. Bal. in allega. l. 1. penultima colum. C. de inoffic. dona. ubi dicit, quòd quandocunq; contractus donationis eſt permixtus alteri contractui, tunc & poteſt agi ad reuocationem alterius cõtractus querela inofficioſæ donationis quatenus ei ineſt donatio, allegat in argumento. l. ſi quis donationis, ff. de contrahent. emption. idem ibi tenet Paulus de Caſt. in fina. uerbis, Item & quod in hoc caſu cenſetur dicta iniqua tranſactio titulus lucratiuus in omni eo quod minus ſua legitima recipit, & quòd ideo filijs eius competat querela inofficioſę donationis tenuit Cinus in l. 1 C ſi quid in frau. patro. in 7. quæſtione. Idem Bar. & Bal. in l. 1. in ſi. C. eodem titulo. Idem Bal in l. fin. in ultima queſtione. C. de reuo. his quę in fraud credito. & in l. ſi unquam. C. de reuoc. dona. Idem tenet Bar. poſt Dinum in l. hæreditarium, ff. de bon. auct. iudi. poſſiden. & tenet Ioan. Faber. Angel. & Iaſ. in §. ſi quis in fraudẽ, inſti. de actionibus.

29 *Hæres quãdo poſſit impugnare factum defuncti.*

†Nam licet hęres uenire non poſſit contra factum defuncti, l. heredem, ff. de re. iur. hoc eſt uerũ, niſi ſit talis hęres cui defunctus tenebatur certam partem relinquere, ut in legitima filij, nam tunc uſque ad illam partem poteſt impugnare illud factum, l. 1. & l. ſi totas. C. de inoffi. don. & notatur in alle. l. 1. C. ſi quid in frau. patro. & facit text. hic, & tenet expreſſe Bal. in alleg. l. 1. C. de inoffic. donat. in 3. col. in fin. & ibi in terminis dicit quòd licet filius accepit hęreditatem paternam, poteſt tamen agere reuocatoria & rationem aſſignat, quia iſta actio eſt propria filij, & tendit ad reſcindendum fraud. alle. l. 1. § pe. ff. ſiquid in frau. patro. Idẽ tenet Salicetus & Iaſ. hic, ubi alios plures refert, hinc eſt ꝙ ita filio debetur legitima ut glo. in l. fi. C. de codicil. & in lege, non unquam, in princip. ff. de collatio. bono & text. in l. 1. in §. largius. ff. de ſucc. edic. quòd filius æquiparatur creditori in l. ſi quis legatum. §. fi. ff. de falſ. & tex. not. in l. cum ratio naturalis, in prin. ff. de bonis damna. & glo. nota. licet uulga. in l. ſi emãcipata. C. de iur. & facti. igno. & ideo quodammodo in legitima non poteſt dici titulus lucratiuus, cum filius iure quaſi creditoris ſuccedat, ut ibi. notatur & in locis de quibus ſupra.

30 *Intell. titu. quę in fraud.*

Vnde dicit Bal. in alle. †l. fi. C. de his qui in frau. cre. quòd quando filius reuocat alienata per patrem non reuocat tanquam in fraudem alienatum, ſed tanquam rem propriam alle. tex. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. hinc eſt quod dicit Bart. in l. Titia, Seio. §. Imperator. ff. de lega. 2. quòd in tantum quando alienatio eſt inofficioſa filius reuocat donata per patrem quærela inofficioſæ donationis, quòd & ſi donatio ſit iurata reuocat, nam quando contractus infirmatur ratione alterius nunquam iuramento contrahentium confirmatur, quia eſſet in alterius diſpendium, alle. tex. in alle. c. quanuis pactum, de pact. & in c. licet de iure iur. lib. 6. ſed cum donatio inofficioſa infirmatur fauore filiorum iuramentum patris non erit illis impedimentũ, idem tenet Bal. in allegata. l. 1. C. de inoffi. dona. in 3. col. & ibi Salicetus, & faciunt notata p Bar. in l. hac edict. in principio. C. de ſecun. nup. nam aũt dicunt Doctores reuocatoria quæ fit per titulum de inoffi. dona. ſit ex defectu poteſtatis donantis quia uoluit fraudare filium legitima & nõ potuit, ut dicit Paulus de Caſtro in allegato. §. Imperator, unde quãuis fiat renuntiatio illius tituli per patrem non nocet filio. Bar. in allegato. §. Imperator.

Ergo ueriſſimum eſt quòd hęc materia & hæc remedia procedunt in alienatione quæ fit per titulum tranſactionis uel alium ſimilem titulum oneroſum non aliter atque ſi fieret per titulum lucratiuum qualis eſt titulus donationis, intellige tamen † quòd is paterfamilias alienauit titulo ttanſactionis uel emptionis omnia bona ſua idque fecit etiam uiliſſimo & abiecto pretio, unde ex hoc preſumitur & probatur fraus & dolus dictæ conuentionis, lege omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. credit. quæ licet loquatur in donatione & ſic in alienatione facta titulo lucratiuo: Bar. tamen dicit ibi habere locũ in alienatione facta titulo emptionis, & ſic titulo oneroſo, ita extendit, & ampliat illum textum, gloſſ. ab omnibus approbata in lege, qui teſtamentum, in uerbo modum, & ibi Bartolus, ff. de probation. Idem Bartolus, in lege poſt contractum, in ſecunda columna. ff. de donation. & Angelus de Aretio, & Ioannes Faber, & Iaſon in §. ſi quis in fraudem, inſtitu. de

32 *Quid ſi paterfam. titu. oneroſo omnia bona alienauit.*

actio-

actionibus: Idem Ioannes de Imola,in dicta lege poſt con tractum,qui dicit hoc a fortiori procedere, quando alienatio eſt facta pro uiliore pretio quàm ualent ipſa bona, ut in preſenti, imo plus eſt dicendum quòd non ſolum ex alienatione omnium bonorum præſumitur & probatur fraus, ſed etiam ſi non alienauit omnia bona dum tamen alienet maiorem partem. gloſſ.ualde not.in lege nomen.§. filio,ff.de legat.tertio,& facit l.propter litem, in principio, ff.de excuſatio.tutor.& Baldus in lege prima, in tertia queſtione.C.ſi in fraud.patron.& in lege,ſi unquam,C.de reuocation.donation.& faciunt notata per Bartolum,in lege ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio, quod ſi filius filiave poſt mortem patris familias qui titulo lucratiuo uel oneroſo in quo tamen uirtualiter iuxta ſuperiora in erat donatio inofficioſa ex cauſa tranſactionis renunciauit ſucceſſioni paternæ uel remedio querelæ iofficioſę donationis, ſiue hanc renunciationem iuramento firmauerit, ſiue non, an poſſit conuenire, uel ipſe filius filiave uel eius hæredes cum in ipſa tranſactione eſſet læſio enormiſſima non ſolum ultra dimidiam ſed etiam ultra plures dimidias iuſti pretij ut ex facto prætore me agebatur, & tenendum eſt hanc tranſactionem impugnari poſſe, nec obeſſe quod titulo oneroſo per ipſum patremfamilias facta fuiſſet ea alienatio,quæ inofficioſa dicebatur, nam huic obiectioni ſupra ſatisfactum eſt.

Minus & obſtat ſi dicatur quòd ex eo quod renuntiauit per dictam conuentionem & tranſactionem omni iuri, quod ſibi pertinebat in bonis ſui patris & matris, quod cum in tranſactione non habeat locum remedium, legis ſecundæ.C.de reſcinden.uendi. quòd dicti filij eius non poſſint conqueri nec reuocare dictam alienationem cum legitime facta ſit, quoniam ad hoc & reſpondeo quòd immo magis communis opinio eſt in contrarium, ſcilicet quòd in cõtractu tranſactionis habeat locum dictum remedium, hanc opinionem tenet gloſſ.& Bart.in lege Lucius.§.fina. ad Trebellianum.Idem quod Barto. tenet Angelus, Ioannes de Imola,& Romanus,in lege,ſi quis cum aliter, ff.de uerborum obligation.& in allega.l Lucius. §.fin.ff.ad Trebellianum.Idem Bartolus,& Angelus, in allega.l.ſecunda. C.de reſcinden.uend.& Antonius de Butrio. & Abbas, & Card.& Imola in capitulo cum cauſa,de emptione & uendition.& in capitulo Quintauallis,in ſexta columna, de iure iuran.& Calderinus in conſilio tertio,poſito ſub rubrica,de tranſact.Idem Fabianus de monte ſancti Sabi. in tractatu de emptione & uendition.in ſexta queſtione principali,in 4.colum.ubi dixit opinionem Bar.eſſe communem et æquam,et pro iſta ſententia Bar.facit textus in lege, ſi ſuperſtite.C.de dolo ibi, ſane ſi læſa in modice eſt, ubi eſt text.quod ſi tranſactio fuit inita bona fide inter patrem et filiam emancipatam, ſi filia fuit in modice læſa non habet actionem de dolo, quia famoſa eſt contra patrem, ſed habet actionem in factum ad reſcindẽdam tranſactionem, ergo ibi eſt textus, quòd propter immodicam læſionem tranſactio retractatur, & ibi eum ad hoc ponderat Fulgoſius, & dicit quòd ita alias per illum textum in continentia facti conſuluit & obtinuit. Ad cuius confirmationem accedat nota.deciſio & determinatio in terminis do.Alex. in alleg.l.ſtipulatio hoc modo concepta, in tertia colum. & in tertia limitatione. ff.de uerborum obligationib.ubi allega.Petrum de Anchar. in ſua diſputatione incipiente, cum C.laicus, & in capitulo canonum ſtatuta, in undecima queſtione. dicit d.c.quanuis pactum non habere locum ſi filia mortuo patre, ut in preſenti renuntiauit hereditati paternæ aliquo ſibi dato, quod erat minus dimidia hereditatis, nam tunc dicit decepta dolo interueniente re ipſa alleg. dict.l.ſi quis cum aliter,ff.eodem titulo,iuncta l.ſecunda.C.de reſcinden.uendi.ratione aſſignat, quòd ubi dolus uel metus interuenit in iuramento non obligat cum effectu, ut probatur in dicto capitulo, quãuis, & c.ſi uero,de iure iuran.& in authent. ſacramenta. C.ſi aduer.uendi.facit text. in lege cum hi.§. uult igitur, uerſic. modus.ff.de tranſactionibus ibi,modus quoque pecuniæ q̃ in tranſactionẽ uenit ſtimãdus eſt: utputa quantitas tranſactionis,nam & ex modo fides trãſactionis æſtimabitur,uerba ſunt tex. & ad hoc ibi Paulus de Caſtro multum commendat,& extollit,quia ut uerbis Baldi utar in ca.1.§.idem ſacramenta,de pace tenen.in uſibus feu. ex enormitate facti præſumitur conſilium animi.

Item etiam † ꝙ ubi enormis eſt deceptio, quòd nunquã contractus firmetur iuramento,tenet Abb.in cap.cum contingat,de iureiu.in 21.colum.quia cum iuramentum nõ debeat eſſe umculum iniquitatis, poteſt pars contrauenire, quod extendit intantum etiam ſi expreſſe dicat,& iuret nõ uenire contra contractum,& iuramentum ratione enormiſſimæ læſionis: nam ut ipſe dicit cum fraus ſit ex parte recipientis iura canonica non aſſiſtunt talibus iuramentis, † facit etiam l.pen.6.par.tit. fin.l.fin. quæ aperte ad illius l. remedium parificat dolum ex propoſito dolo re ipſa reſultanti in quo eſt, quòd licet ille qui ſcit uerum ualorẽ rei, eo ipſo ꝙ uendit etiam ſi aliter expreſſe non renuntiet cenſetur renuntiaſſe remedio d.l.2. in dubio tamen deceptus ultra dimidiam præſumitur potius ignoraſſe uerum pretiũ, q̃ ſciuiſſe,ſic in terminis dicit Cinus in l.quiſquis.C. de reſcindenda uenditione,& refert & ſequitur Paulus in alleg. l.2.in 2.col.in fi.C.de reſcin.uenditio.Idem Abb.in ca.cum cauſa,de emptione & uend.imo plus dicit Bal.in d.l.2.5.col. ꝙ in muliere, & in minore ad hoc ut inducatur renuntiatio d.l.2. requiritur, ꝙ ſint certiorati de eius beneficio.

Et ꝙ dolus re ipſa hoc caſu æquiparetur dolo ex propoſito probatur in ſimili per tex. meliorem de iure in l.1. §.pen.ff.de ædil.edict.in uerſi.cauſa. Et quo ad læſionem, quæ reſultat ex alienatione facta minore pretio melior practica eſt,ꝙ æſtimatio fiat per peritos in arte,q̃ per teſtes,id quod ita multi obſeruant per doctrinam Bart. in l. 2.C. de reſcin.uend.& iuxta hanc rem conſidera,ꝙ cum teſtes debeant deponere de his, quæ percipiunt ſenſu corporeo, ut in l.teſtium.C.de teſtib.& deceptio quæ cõtingit in rerum alienationibus non percipiatur ſenſu corporeo, ſed magis intellectu & ſenſu iudicioq; animi noſtri, maxime in alienatione quæ fit per modum tranſactionis,in qua deceptio per teſtes uix eſt, ut probari poſſit, cum iuriſperitos eſſe oporteret teſtes,ut æſtimare poſſent quantus futurus eſſet litis illius ualor de qua agebatur, ideo conſilium eſt † ut iudex ex officio aſſignet illius litis alienatæq; rei æſtimatores peritos quorum æſtimationem iudex ipſe ſequatur. ita in terminis dicit Bar.in allega.l.2. in fi.C.de reſcindenda uend.ubi dicit,ꝙ iſta eſt practica uera, & indubitabilis. Imo ibi ſentit, quòd in hoc caſu eſt melior practica, & fiet partibus æquior & æqualior iuſtitia,quàm ſi fiat probatio de æſtimatione per teſtes. nam cum in hoc ſit magis iudicium, q̃ teſtimonium dicit ipſe ꝙ iudex debet ponere aliquos bonos homines ad illam æſtimationem faciendam, & ad illud iudicium proferendum alleg. text.in l.1.ff. de uend.inſpici. & in l.comparationes.C.de fide inſtrumẽtorum, nam quantum res ualet non poteſt uideri per oculum ſed intelligitur per intellectum, & ideo debent mitti periti in arte ſua,ex quo ipſe concludit ꝙ probare æſtimationem per teſtes eſt difficile. Idem Bal. ibi in penult. col. dicens,ꝙ quando æſtimationis probatio eſt dubia per teſtes, tunc iudex debet ex officio ſuo pretium æſtimare, argumento de ſer. corrup.l.ut tamen.§.his conſequenter, in fin. & poteſt facere quòd ſuper hoc eligantur æſtimatores per partes qui iurati deponant uiſa re, uiſis probationibus ſuper facto, quantum eſt uerum pretium, infta de ſecundis nuptijs l.hac edictali.§. mobilium, & ſupra de fide inſtrumen.l. comparationes, & ſi non concordarent partes in eligendis eis iudex eligat ſupra de iudici. l. fin. & ſi æſtimatores non concordarent, eligatur tertius cuius authoritati pareat, ut.ff.de arbit.l.item ſi unus.§.pen. & fi. ſecundum Nico. de Matarell.ff.de ſententijs, quæ pro eo. l.1.circa fi.hęc Bal. ubi ſuprà.

Quid † autem ſi in dilatione data ad probandum pars q̃ dicit ſe læſam in rei ſuæ alienatione, uel tranſactione ultra dimidiam iuſti pretij nihil probauit, uel non plene probauit

32 *Iuramẽtum non impedit reſciſionem contractus, ubi erat enormiſſima læſio.*

33 *L.fin.tit.fin. part, 6.*

34 *L.2.C.de reſcind. uend. ut practicetur.*

35 *Cõcluſio cauſae an impediæ omnem probationis ſpeciem.*

probauit, an iudex poterit ex officio inquirere uerum ualorem illius rei ? & ſunt qui putent quòd iudex ex officio ſuo debet & tenetur æſtimare, etiam poſt concluſionem in cauſa, hoc in terminis multum accommode in noſtro propoſito dixit Bar. argumento illius tex. in l. ſi quod ex Pamphila.ff. de legatis ſecundo. dicens in fine ultimo not. ex ſi. l. quòd licet in iudicio non ſit probatum de ualore rei iudex ex officio ſuo debet æſtimare. facit infra quod ui aut clam l. ſemper.§. in hoc interdicto, & quod ibi nota. per Doctores in lege una.C. de ſententiis, quæ pro eo,quod intereſſe probetur cuius etiam argumẽto. ibi dicit Paulus de Caſtro, † quòd licet ille qui petit intereſſe in termino dato ad probandum non probet quantitatem eius, nihilominus reus non abſoluitur, ſed poteſt implorare iudicis officium ut æſtimet intereſſe, quod non eſt regulariter in alijs, quòd perpetuo eſt menti tenendum, & quòd quãdo non eſt probatum in iudicio de ualore rei, quòd iudex ex officio ſuo etiam poſt concluſionem in cauſa poſſit æſtimare tenet Bartolus, Baldus, Angelus, Salicetus, & Paulus de Caſtro in alleg.l.una.C.de ſententijs, quæ pro eo quod inter. argumento tex. in alleg.l. ſi quod ex Pamphila, & in lege ſemper.§. hoc interdicto .ff. quod ui aut clam, id quod ſumniopere menti tenendum eſt,quia me prætore pluries ex facto agitatum fuit, præſertim in omnibus obligationibus aliquid faciendi, nam ſi quis dixerit aduerſarium ſuum ſibi obnoxium eo, quòd inſulam infra annum forte fabricandam conduxerit & ſuſceperit, nec id fecerit, petatq; ſibi illum condemnari in eo quod ſua intereſt, tunc datis dilationibus ad probandum actor probat plerunque contractum, non tamen probat quantum ſua intereſſet opus infra diem definitum perfectum fuiſſe, & nihilominus poſtea, quod eius intererat conſequitur aſſignatis per iudicem æſtimatoribus. Idem quoq; ſæpiſſime contingit in iudicio reddendarum rationũ, quod agitur inter pupillos & tutores,inter curatores, & adultos, inter ciuitates, & eccleſias, & ſuos rectores, inter mercatores & eorum factores ſeu inſtitores, & in aliis quamplurib⁹ negociationum generibus.

36 *Intereſſe ẽt poſt dilationes ad probãdũ conceſſas præteritas poteſt probari, cum commu ni.*

L. SI QVIS FILIVM.
C.de inoffic.teſtamento.

1 *An iſta lex ſit neceſſaria, & aliquid de nouo inducat nec ne.*
2 *Ad tex.ibi omne adiutorium.*
3 *Non poteſt quis uenire ut ſuus niſi abinteſtato teneat primum locum.*
4 *L. ſi is qui.ff.de inoffic. teſtam.*
5 *Olim nepos non ueniebat ex perſona patris iure tranſmiſſionis hodie ſic.*
6 *Si filius exhæredatus hærede deliberante deceſſit, an nepoti detur querela ex ſucceſſorio edicto an iure tranſmiſſo.*
7 *Datio quòd iſta lex ſit neceſſaria an poſſit procedere nec ne.*
8 *Facultas reuocandi abſtenſionem an tranſmittatur.*
9 *An tranſmittantur facultas reuocandi donationem.*
10 *Tranſmiſſio quid ſit.*
11 *Querela non datur ei, qui conceptus non eſt.*
12 *Querela an detur nondum concepto tranſmiſſionis uigore.*
13 *Querela datur nepoti non tanquam præterito uenienti, nec ex propria perſona, nec patris, uel ſic.*
14 *Tranſmittitur querela ad nepotem uenientem non tanquam præteritus, nec ex propria perſona, ſed patris.*
15 *Non tranſmittitur querela nondum nata.*
16 *Tranſmiſſio non impeditur per tacitam cond. niſi teſtator contrarium uoluerit.*
17 *Non tranſmittitur actio in certe conditionis cum non ſit nata.*
18 *Tranſmittitur ſpes querelæ quæ habetur ſub conditione tacita, & non expreſſa.*
19 *Non tranſmittitur facultas hæreditatis repudiandæ, uel abſtinendæ.*
20 *Tranſmittitur quod alicui conceditur de iure communi, niſi ſit priuilegium perſonale à lege conceſſum.*
21 *Lex correctoria non extenditur ad alium caſum ſimili.*
22 *Non tranſmittitur facultas reuocandi donationem propter ingratitudinem.*
23 *Tranſmitti non poteſt hæreditas non adita.*
24 *Tranſmittitur ſpes querelæ etiam non nata.*
25 *Tranſmittitur hæreditas non adita ad quos cumq; quando hæres fuit impeditus.*
26 *Tranſmiſſio eſt quaedam ſucceſſionis prorogatio eiuſdem formae & naturae.*
27 *Tranſmiſſio an ſit pendente dubio futuro.*
28 *Tranſmiſſio ſit a lege & non ab homine.*
29 *Tranſmiſſio domini anper prohibitionem legis impediatur & non hominis.*
30 *Tranſmittitur in bo.po. contra tabu. nondum competentes.*
31 *Querela inofficio. teſtam. ut tranſmittatur ui. regulam cum exten. & limit.*
32 *Querela trãſmittitur ad inferiores nepotis nondum nati nec concepti.*
33 *Querela inoff. donatio. tranſmittitur.*
34 *Teſta. rumpitur per querelam tranſmiſſionis uigore.*

I Quis filium. Modo in primis pro ratione dubitandi & declaratione legis, & materiæ oppono, primo probando † ꝙ hæc lex ſit ſuperflua imo ꝙ nepos etiam de iure antiquo poterat uenire nec erat ſibi neceſſaria prouiſio huius legis. Secundo econtra probando ꝙ poſito quòd hæc lex ſit neceſſaria, non tamen poſſit procedere & ſic quod ſit impoſſibilis,Primo ergo oppono de lege ſcripto, in prin.ff.unde liberi† Ad idem eſt tex.in l.ſiquis filio exhæredato, circa prin.ff.de iniuſt.rup.teſt.in uerbo plane & in ſtituta, de hæred.quæ ab inteſt.§.cũ autẽ quærit. & text. inſtit.de legi.agna.ſucceſſio. §.proximus.&.ff.de ſuis & legiti. hęredibus,l.poſt conſanguineos, §.proximũ,& tex.in l.1.§.ſciendũ.ff.eo.ti.de ſuis & leg.hęred. quibus dicitur ꝙ licet filius tpe mortis obtineat primũ locũ,& nepos tamen ſi filius moriat poſt mortẽ pris,quòd tunc nepos ſuccedit tanq̃ ſuus,ſed ſic eſt in caſu noſtro,ꝙ filius mortuus eſt de liberante hærede,& poſt mortem patris,ergo nepos debet admitti tanq̃ ſuus,male ergo dicit hęc litera, dum dicit omne adiutorium nepotẽ derelinquit quia imo adiuuatur cũ admittatur ut ſuus,ergo hæc lex eſt ſuperflua.

1 *An iſta l. ſit neceſſaria & aliquid de nouo induc at nec ne.*

2 *Ad tex. ibi omne adiutorium.*

Secundo oppono ad idem, ſ.ꝙ etiam iure ueteri nepos poſſit uenire & rumpere teſtam.nam ſublato filio exhæredato de medio nepos agnoſcit auo,& rũpit teſta. ſi reperit ſe præteritũ tex.eſt in §.poſthumorũ,inſt.de exhæredatione liberorũ,& in l.poſthumorũ.ff.de iniuſt. rupt.teſt. & in l.Gallus in prin.& quaſi per totam.ff.de lib.& poſth ſi ergo rumpit teſta.qũo lex noſtra dicit ꝙ nepos erat deſtitutus omni auxilio,quia imo dabatur ſibi remedium de iure antiquo per dictas leges,ergo hæc lex non eſt neceſſaria.

Tertio ad idem opp.ꝙ imo iſte nepos etiam iure ueteri poterat uenire ad querelam ex propria ſua perſona, etiam ſi filius exhæredatus eſſet a querela excluſus repudiatione uel lapſu temporis text. eſt cum gloſſ. qui uidetur .in totum deſtituere hanc legem,in lege ſi is qui, in principio ff.de inofficioſo teſtamento, male ergo hic dicitur quòd de iure antiquo omne auxilium nepotem derelinquit, ad idem lex pater filium.ff.eo cum ibi plene notatis per gloſſam, ex prędictis ergo uidetur, quòd hæc lex non ſit neceſſaria, cum eſſet proprijſsimum de iure antiquo.

His tamen non obſtantibus dicendum eſt, quòd imo hęc lex inducit unum caſum in quo de iure antiquo non erat prouiſum, & hoc apparebit per reſponſum ad contraria.

Primo ergo non obſt.l.ſcripto, cum concordan.ff.unde liberi, nam dicendum eſt quòd hęc lex loquitur quando poſt mortem filij exhæredati ſecuta eſt aditio hæreditatis per ſcriptum hęredẽ,& ſic fuit locus cauſæ teſtati,ſi aũt inſtitutus repudiaſſet tunc fatendum eſt, ꝙ etiam iure ueteri poſſet nepos uenire ad ſucceſſionem inteſtati

tanquã ſuus ut dictis iuribus. † Et ſi dicatur contra, quia
3 non poteſt quis uenire ut ſuus niſi teneat primum locum
Non poteſt quis uenire ut ſuus niſi abinteſtato teneat primũ locum. tempore mortis defuncti nepos aũt iſte non tenebat cũ pater eũ præcederet dic ꝙ illud procedit quando nullum eſt factum teſtm̃ nam tunc conſideramus quis ſit proximior tempore mortis, ſed qñ fuit factum & poſtea deſtitutũ per repudiationem ſuſſicit, ꝙ tunc reperiat̃ tenere primum locum, & ita dicunt oẽs leges contrariæ, quia filius exhæredatus erat mortuus poſt mortem aui, & poſtea hęres repudiauit hereditat̃, & ſic fuit deſtitutum teſtm̃ & res ad cauſam inteſtati deuoluta, unde ſuſſicit ꝙ tunc nepos teneat primum locum ad hoc ut ſit ſuus, & iſtud eſt, quod uoluit gloſſella in l. noſtra in uerbo dereliquit, quæ allegat dicta l. ſcripto, & per hoc apparet non obſtare illam l. & quæ ſupra allegaui in prima oppoſitione.

Secundo non obſt. l. poſthumorũ, cum concord. ff. de iniuſto teſtamento, nam illa iura procedunt qñ filius exiret de medio uiuente auo. Et hoc eſt quod uoluit lex Velleia. ſed hic filius exiuit de medio poſt mortem aui, & ſic nõ poteſt rumpere cum nunquam fuerit ſuus uiuente teſtatore, & hoc etiam uoluit hic glo. in uerbo, ideo dixi.

4 Tertio non obſt. † l. ſi is qui. ff. eo. & l. pater filiũ. ff. eo. nã
l. ſi is qui. ff. de inoffic. teſtam. illæ ll. intelliguntur quando nepos uolebat uenire ex perſo
na ſua per ſucceſſorium edictum, quo caſu poterat etiã de iure antiquo per illas ll. quæ non ſunt correctæ per iſtam, & eodem modo poterit hodie non per hanc l. ſed per illas, ſed lex iſta procedit † quando nepos uolebat uenire ex
5 perſona patris ex iure tranſmiſſo quo caſu non poterat iu-
Olim nepos nõ ueniebat ex pars patris iure trãſmiſſo hodie ſic. re ueteri l. poſthumus. §. fi. cum l. ſequenti. ff. eo. hodie ſic ꝙ iſtam l. ſi filius non erat excluſus, & iſtam tenet hic Bartol. & Bal. 2. 3. colum. quæ dicit, quòd ille paſſus eſt de apicibus iuris. Idem ſequitur hic Paulus pen. col. licet aliter teneat hic Iaſ. ultima col. & iſtam ſolutionem tenet hic glo. in una ſolutione, & in l. pater filium. ff. eo. & uide notata in l. ſi quis poſthumus. §. 1. ff. de liberis & poſthumis, & probatur hæc ſolutio in l. 3. §. emancipatus. ff. de bonorũ poſſ. contra tab. & hoc eſt quod dicimus, quòd in querela habet locũ ſucceſſorium edictum, quod declarat hic Paulus de Caſtro in fine melius, quàm alius, ut ipſe fatetur, ad quem recurre, & per prædicta patet non obſtare iura ſupra allegata imo, quòd hæc lex fuit maxime neceſſaria, ut patet.

Ex omnibus ergo prędictis † ut aliquid utilitatis perci-
6 piatur uidetur iudicio meo breuiter ſic diſtinguendum,
Si filius exhæredatus beu de deliberãte deceſſit an nepoti detur querela ex ſucceſſorio edicto an iure trãſmiſſo. quando filius eſt exhæredatus nepos autem præteritus, ut nepoti conſulatur ſic diſtinguo. Nam aut filius exhæredatus præparauit querelam, aut non, primo caſu certum eſt, ꝙ ad nepotem ſit trãſmiſſio, quia imo etiam ad extraneos hæredes l. ſi pater tuus cum ibi notatis ſupra eodem, & hic à contrario ſenſu & tex. in l. poſthumus. §. fin. cum l. ſequenti. ff. eo. Secundo caſu quando filius non præparauit aduerte nam aut filius mortuus eſt uiuo auo, & ſic patre ſuo, & tunc cum nepos inueniatur præteritus in uita aui, & ſic ſuus, quia nemo eum præcedit põt rumpere teſtamẽtum, tanquam ſuus, ita intelligitur l. poſthumorum, de iniuſto teſtamento, & notata de exhæreda. libe. §. poſthumorum, & in l. Gallus maxime in §. nunc de lege Velleia. Si autem filius exhæredatus moriatur poſt mortem patris ſui, & ſic aui, tunc aut hæres ſcriptus repudiauit, aut accepta uit, ſcilicet primo caſu cum per repudiationem cauſa teſtati reducatur ad cauſam inteſtati, & illo tempore nepos inueniatur tenere primum locum, ergo dicitur ſuus abinteſtato, & ſic tanquam ſuus ſuccedit nec eget alio auxilio, ita intelligitur l. ſcripto. ff. unde liberi, cum his, quę ſupra allegaui in prima oppoſitione.

Secundo caſu qñ hęres acceptauit, & nepos uult uenire ex propria perſona per ſucceſſorium edictũ, & tũc poterat etiam de iure ueteri, ita intelligitur l. ſi is qui, & l. pater filium. ff. eo. & etiam poterit hodie per illas ll. ſi autem uult uenire ex perſona patris ex iure tranſmiſſo, tunc olim non poterat per d. l. poſthumus, §. fin. cum l. ſequẽti. ff. eo. hodie ſic per iſtam, l. & l. ſcimus. §. fi. infra eo. & per hæc percipis diſtinctionem perpetuo nota, quia ego ſolus recolligo, & quam utilitatem imo neceſſitatem afferat hæc lex, & hanc per hæc ſit expedita iſta pars, ſcilicet quòd hęc lex ſit utilis & neceſſaria.

Nunc econtra oppono & probo ꝙ † poſito & conceſſo ꝙ ſit utilis & neceſſaria, nõ tamen poſſit procedere, & ſic ſit impoſſibilis.

Primo ergo oppono de lege Titius, cum l. ſequenti. ff. de
7 ſuis & leg. hære. ubi dicit ꝙ nepos qui non fuit cõceptus
Datio quod iſta l. ſit neceſſaria an poſſit procedere nec ne. in uita aui, nullo modo poteſt ad eius bona admitti, cum nunq̃ fuerit animal, uel cognatus in uita eius de cuius ſucceſſione agitur, hic dicitur ꝙ habet querela quare minus bene ad idem eſt text. inſtituta de hæredi. quę ab inteſt. §. cũ aũt quæritur, in fi. §. & tex. in l. ſiquis filio. §. 1. ff. de iniuſt. teſt. uerſi. ſed hęc ita & tex. in l. 1. §. ſi quis proximior. ff. un de cognati, & tex. in l. 1. §. ſciendũ. ff. de ſuis & legit. hęre. in fi. §. & in l. Paulus. §. Paulus. ff. de bonis libertorum, notatur in l. ſcripto, in principio. ff. unde liberi.

Secũdo oppono de lege ſi quis filio exhæredato, in pr. ff. de iniuſt. teſt. cũ concor. ubi dicit ꝙ nepos nõ põt uenire ad rumpendũ teſtamentum poſtquam filius pateręque ſuus exhęredatus eum pręcedebat tempore matris aui hic dicitur quòd imo habet querelam licet pater cum præcederet, ergo &c

Tertio principaliter cõtra hoc oppono nemo põt plus iu
ris in aliũ trãsferre q̃ ipſe habeat, l. nemo plus iuris, ff. de reg. iu. l. nunq̃. & l. traditio, ff. de acq. rerũ dñio, & extra de ſolutio. c. Odoardus, & de iure patro. c. quod aũt & 1. q. 7. c. Daibertũ, facit, l. itaq; fullo, ff. de furtis. & l. nam his. ff. de dolo, cum concordan. modo ſic querela non naſcitur niſi ab adita hæreditate, l. Papinianus. §. ſi cõditione. ff. de inoffic. teſt. & in l. ſcimus. §. illud, in prin. primo ea ratio eſt qa quemadmodum alia diſpoſita inteſt. requirunt adictionẽ alias nõ ualent l. eamq̃. C. de fideicom. l. ſi nemo. ff. de teſt. tut. ita eodem modo exhęredatio, tex. eſt in terminis in l. ſi liũ, §. ſed cũ exheredatio. ff. de bo po. cõtra tabu. cum ergo in caſu huius l. filius exhęredatus deceſſerit deliberãte hæ rede, ut hic in litera, & ſic anteq̃ naſcaẽ querela, ergo uidetur impoſſibilis tranſmiſſio, contrarium hic dicitur. ergo, &c.

Quarto nouiſsime oppono, querela naſcitur ab adita hæreditate, ut modo dixi, ſi autem nõ adeaẽ hęreditas non põt naſci querela, ergo eſt ius quoddã quod ſperatur com petere in euentu conditionis, ideſt aditionis hęreditatis, & iſtud ius deſcẽdit ex ultima uoluntate, ideſt ex teſtamen to, modo ſic habeo ꝙ iura conditionalia deſcendentia ex ultima uolũtate nõ recipiunt tranſmiſsionem, l. intercidit, ff. de cond. & demon. C. de cad. tollen. §. ſin aũt aliquid etiã ad liberos, ut quia tex. quem ibi ponderat Bal. in d. §. ſin au tem, & Bar. ante eũ in l. cũ filio, deleg. 1. & gloſ. in l. 1. C. de his qui ante aper. tab. probaẽ in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Treb. & eſt cõis ſnia licet contrariũ tenuerit gl. ſingularis in l. his cui. ff. de actio. & oblig. quę cõiter reprobatur, ergo uidetur impoſsibile ꝙ querela in caſu, l. noſtrę, poſſit trãſmitti ad liberos, cuius contrarium hic dicitur & in l. ſcimus, in fi. & eſt mea noua oppoſitio, ergo &c. Et pro con firmatione addo, nam l. 1. C. de his qui ante aper tabu. quæ loquitur de tranſmiſsione & inter liberos quemadmodum iſta lex non tamen procedit in hęreditate relicta ſub conditione ut ibi notatur per gloſſam quã oẽs approbant, & facint iura quæ s̃ proximę allegaui, ergo idẽ in caſu nõ, cum querela hic competitura ſit conditionalis, ut modo probaui.

Quinto † ultra oẽs contra iſtam legem arguo ſic facultas 8
conceſſa filio reuocandi abſtenſionẽ ab hæreditate pater- *Facultas re uocandi ab ſtenſionem an tranſmi.*
na infta triennium iuxta l fin. C. de repudianda hære. non tranſmittitur ab hęredes ſm Ange. Imol. Ludoui. in l. uen tre, ff. de acqui. her. & Alex. in d. l. fi. quia ſequereẽ ꝙ hęre ditas pris a qua filius ſe abſtinuit tranſmitteret in effectu conditio eſt contra l. 1. C. de his qui añ apertas tabulas, in uerbo ſi tamen hæreditatem non recuſant, idem uidetur tenere Bar. in l. ex militari. §. 1. in fin. ff. de teſtam. militis per dictã l. 1. de his qui ante apertas tab. & plene Iaſ. in l. qui ſe

patris

patris,C.unde liberi.6.char.14.col.ſi ergo illa facultas,quę iam eſt in eſſe producta poſtquā repudiauit non tranſmittitur ad hęredes,ergo à fortiori in caſu noſtro, ubi querela non erat nata,utꝫ dixi,ſed ſperabatur naſci in euentu cō

9 ditionis nó debet poſſe trāſmitti,eius contrar. hic dr ergo.

An trāſmittatur facultas reuocādi donationem.

Sexto facit contra iſtum tex. † facultas reuocandi donationem propter ingratitudinem,quā facultatē habet donator,non tranſmittitur ad hęredem licet ingratitudo ſit cō miſſa in uita donatoris, & ſic ius reuocandi iam ſit q̄ſitum, ut l.1.in fi.& l.fi in fi.C.de reuocan.dona. & in c.fi.de donatio. ſi ergo illa facultas,& potentia, q̄ iam eſt quæſita non trauſmittitur,ut ibi,ergo à fortiori potentia,q̄ non eſt ineſſe deducta ſed ſperatur,non debet tranſmitti,licet de directo dicitur contrariū, ergo non bene,& ſic facit à fortiori.

Septimo contra iſtum tex.arguo ſic,hæreditas non adita non tranſmittit.§. in nouiſſimo.C. de cadu. tollen. &.C.de iure deliber.l.qm̄ ſororē,communis ratio eſt,quia hęreditas nobis delata ex teſtamento,uel abinteſtato,uel bonorū poſſeſſio nobis competens antequā adeatur hęreditas,uel agnoſcatur bonorum poſſeſſio nó dr eſſe in bonis noſtris, nec nobis acquiritur,tex.eſt melior de iure in l. pretia rerum.ff.ad leg.Falcid.quem tex.ad hoc reputat ſingularem. Bal.in l.Deo nobis,in fi.C.de epiſc.& cler. & Bar. in l. qui duos,in princ.ff.de rebus dubijs, ergo illud quod non eſt noſtrum, uel in bonis noſtris non poſſumus ad alios tranſmittere,ut in regula iuris.iſtā rationem ponit Bal. in l. qm̄ ſororem.C.de iure delib.& aperte Paul.de Caſt.in l.3.circa finem.C.de fideic.& Iaſ.in l.emancipata.6.col.in fin.C. qui admitti,& iſta ratione uenit, quòd hęreditas patris quāuis non adeatur per fijos in poteſtate, nec filij ſe immiſceant tamen quia ipſo iure cenſentur ſui hęredes, & propter ſuitatem ipſo iure continuatur in eos dominium bonorū paternorum, utꝫ dixi in princ. huius legis.ergo hæreditatem quāuis actualiter non aditā tranſmittūt ad quoſcunque,ut per Bar.& omnes in l.ſi infanti.C.de iure delib. ſi ergo hæreditas ideo nó tranſmittitur quia non eſt in bonis noſtris, ut dixi,ergo idem in caſu noſtro, quia querela nó eſt in bonis noſtris antequā intentetur ut patet,imo facit à fortiori, nam licet hęreditas nó ſit in bonis noſtris, tñ poteſt hęres incontinenti eam adire ſi uult,& tñ iſto caſu ſi non eſt adita nó tranſmittitur,ut dixi,ergo à fortiori in caſu noſtro, ubi querela nó eſt in bonis noſtris,nec ēt eſt in poteſtate filij, eam intentare donec hæres hæreditatem adeat d.l.Papinia

10 nus.§.ſi conditioni,cum concordan.ff.eodem.

Tranſmiſſio quid ſit.

Octauo † tranſmiſſio eſt quædā ſucceſſionis prorogatio eiuſdē formę & naturę,ut in l.1.C.de his qui ante apertas tab.& per Bald. in l.cum proponas.C.de hęred. inſti.3.col. ante medium,ſed hic non eſt ſucceſſio quę poſſit prorogari per tranſmiſſionem,ut patet, ergo non tranſmittitur.

Nono ſi aliquod ius eſt q̄ in futurū ſperat nobis cōpetere pēdēte illo dubio nó poſſumus de eo diſponere, tex.ē in l.ſi ita ſcriptū.§.ſi ſub cōditione.ff.delega.2. & in l.in pluriū,& in l.is qui.ff.de acq.hęr.& in l.1.§.decretalis.ff.de ſucceſſorio edict.ſi ergo exp̄ſſe nó poſſumus diſponere,ut ibi, ergo à fortiori nec tacite,ut hic.ſ.trāſmiſſionē cuius cōtrariū hic dr. Cōfirmo iſtā opin.acquiſitio,& repudiatio iudicant à pari,nā is pōt repudiare q̄ pōt acqrere,& ecōtra l.is pōt.ff.de acq.hęr.ſed ius de futuro nó pōt repudiari, ut dixi,qa ad nos nō ptinet ut d.tex.in d.§.ſi ſub cōditione,ergo nec acquiri.ſ.per tranſmiſſionē per quam cauſatur quædam acquiſitio,ut pater contrarium hic dicitur,ergo &c.

Decimo arguo ſic,lex dicit,q̄ quāuis poſthum⁹ p̄teritus nō poſſit rūpere nec cōtratabulare teſtm̄ antequā naſcat l. poſthumo.C.de bon.poſſ.cōtra tab. quia adhuc ſibi ius nō cōpetit cū nō ſit natus,tñ antequā naſcat aperit uiā inſtituto ad cōtratabulādum, tex.eſt ſingularis in l.illud.§.fi.ff.de bonorū poſſ.contra tab. quē ad hoc pōderat & reputat nota.dignū Bal.in l.ſi pater,cōtra opinionē.ff.de inſt. & ſubſt. ſub cōditioue factis & idē tenet gl.& Bar.in d.l.illud.§. fin. & in l.uentre.1.col.ff.de acq.her.& illud eſt ſpeciale,& ual de notabile in illo caſu ſecundum Iaſ.in l.emancipata, ult. colum.C.qui admitti.1. col. ante medium, & per eum in l. poſth.2.col.in prin.C.de contra tab. ſi ergo in illo caſu eſt ſpeciale ut ius ſibi cōpeturū poſſit tranſmittere rōne de qua ibi,ergo in cōtrariū eſt ius cōe & ſic contra iſtā legē.

Vndecimo facit quod dicit nobiliter Bar. in l.is poteſt, 5.col.ff.de acq.hęre.ubi dicit q̄ ideo hęreditas non adita non tranſmittitur,quia tunc hęres non dicitur habere aliquod ius quæſitū,ſed ſolū habet ius quærendi quod alteri non acquiritur,ſed ſic eſt in l.noſtra, q̄ filius nó habet ius quæſitum ſed quærendum per aditionem hæredis,ergo nō poteſt illud tranſmittere imo a fortiori quia in caſu Bar.ius quærendi pendet a uoluntate hæredis, quia poteſt adire quando uult,& tamen interim non tranſmittit, ergo a fortiori in caſu noſtro eum cū ius huic filio quærendum pendeat a uoluntate inſtituti,ſcilicet ſi uoluerit adire alias nó habet querelam,l.ſcimus.§.illud.infra eo & ſupra dixi per prædicta,ergo uidetur q̄ poſito q̄ hęc l.ſit neceſſaria, tamen eius deciſio nō poſſit procedere cōtrariū,hic dicitur, & eſt uerū . Reſtat ergo reſpondendū adducta in cōtrarium,& hic eſt labor, &c. Reſpōdeo ergo ad primum† de l.Titius cum l.ſequenti & ſequenti ff.de ſuis,& legiti.hęre. cum ſupra allegatis, q̄ illa iura procedunt in nepote qui non fuit natus nec conceptus in uita aui, ut tunc ille nullo modo admittatur,ſecus ſi fuit natus in uita aui, uel ſaltem conceptus , nam tunc bene admittitur uigore tranſmiſionis, ut hic & hoc dicit,l.noſtra,in princ.dum dicit, uel uiuū,uel in uentre matris ſuæ conſtitutum, & ſic uel fuit natus,uel ſaltem conceptus, & hoc uult prima gl.hic, tñ ſolutio reprobatur cōiter,imo q̄ admittatur ēt ſi nō fuerit natus nec conceptus in uita aui.Nec obſtant contraria, nā debēt intelligi qñ nepos uolebat admitti ex ſua propria perſona,& nó ex tranſmiſsione,nā tunc non poſſet nec tanquam ſuus ab inteſtato , nec ad expugnandū teſtamentum tanquā agnatus uel cognatus, quia nunq̄ fnit agnatus uel cognatus auo,l.1.§.ſiquis proximior,ff.uñ cognati , ſed qñ uult uenire ex iure tranſmiſsio & ſic nó ex propria perſona ſed tranſmittentis,non requirit q̄ eſſet natus uel conceptus inuita aui, & idem dicimus in tranſmiſsione quæ fit per l.1.C.de his qui ante apert.tab. ut illa fiat ad deſcendentes etiā ſi non eſſent cōcepti in uita illius,de cuius hęreditate agit,& iſtā opinionē tenet Cinus idem hic notabiliter Bal.1.q.idē tenethic Paul.3.col.poſt mediū,idē tenet Bar.in l. 1.in fi. C.de his q ante apert.tab. & ibi uide notabiliter in apoſtillis.Idē tenet Bar.in l.ſi quis filio exhæredato, in pr. ff.de iniuſt.teſt.Idē ſequit hic Iaſ.ult.col.in prin. & gl.in l. Paulus.§.Paulus.ff.de bon.liber. & ſm hoc licet doctores non dicant debet in iſto text. ſuppleri , maxime dū dicit natū uel in uētre cōſtitutū,nā idē ſi non ſit conſtitutus in uētre qđ certe eſt deſtruere iſtū tex.ſed Doctores ita tenent , & uide quod hic dicit Paul.3.col.ante fin.

Secūdo nó obſt.l.ſiquis filio exhæredato,in prin.ubi dicitur q̄ nepos nó pōt admitti ad rūpendū,nā illud ꝓcedit qñ uult uenire ad reſpōdendū tanq̄ p̄teritus,nā tūc non pōt ēt hodie p illā.l.q̄ nō eſt correcta p iſtā,qa auus nó tenebat illū inſtituere,uel exheredare ex quo filius eū ꝓcedebat & hoc uoluit gl.hic.in uerbo.proprīū , ſed ſi uult uenire nō tanq̄ p̄teritus nó ex ꝓpria pſona ſed tanq̄ pr fuerit iniuſte exhęredatus & ſic p querelā ex pſona pr̄is,licet olim non poterat,hodie tamen ſic per iſta l. & ad hanc ſolutionem,uide hic Paul.de Caſt.3.col.in fi.qui bene declarat,& hoc quo ad ſecundum

Tertio non obſt.q̄ nemo pōt plus iuris transferre , &c. ſed querela nō eſt nata,ergo nō trāſmittit, fateor totū argumentū,ſed dico q̄ nō obſt.tnā hic nō quærimus an querela tranſmittatur , quia tunc obſtaret, cum querela non ſit nata , ergo nemo plus iuris & cætera. Sed loquimur de ſpecie quām filius habebat , poſtquam hæreditas eſſet adita ad querelam & illam dicimus his tranſmitti , & ſic non obſt. quia tranſmittit ſpem quam habet , & ſic ius ſuum, ergo regula nemo plus iuris , non obſt. & iſtam ſolutionem uoluit . hic glo. in uerbo cauſam. in fine arguit. tex. in §. ex conditionali,inſtit. de uerborum obligat. iſtam ſolutionem reperio, ſequi hic Paulus de Caſtro penul.col.

11 *Querela nō datur ei qui conceptus nō eſt.*

12 *Querela datur nondum concepto trāſmiſſionis uigore.*

13 *Querela datur nepoti nō tanquā prætereritus uel mens nec ex propria pars, ſed patris, uel ſic.*

14 *Tranſmittitur querela ad nepotem uenientem non tanquā prætereritus, nec ex propria pars,ſed prætereritus.*

15 *Non tranſmittitur querela nondum nata.*

in prin. quem uideas, ſed hæc ſolutio uidetur falſa, quia hęc ſpes erat cõditionalis, ſcilicet ſi adiretur l. Papinianus, §. ſi conditioni. ff. eodem, ſed iura conditionalia deſcendentia ex ultima uoluntate non tranſmittuntur. C. de caducis tollen. §. ſin autem aliquid, cum concord. ergo &c. Vnde iſtum contrarium puto debere ſolui prout ſtatim ſubiiciam in ſolutione ad quartum contrarium.

Quarto non obſt. q̃ querela naſcitur tunc demum cum hæreditas fuerit adita, & ſic ſub illa conditione adeatur hereditas, cum ergo ſperetur naſci in euentum conditionis ergo non tranſmittitur ut. C. de cadu. tollen. §. ſin autẽ, cum ſimilibus, ad hoc credo ſic reſpondendum, licet non inueniam in propoſito tactum, q̃ iura conditionalia impediant tranſmiſſionem, ut in contrarijs, fateor quando cõditio eſt expreſſa ſecus ſi tacita, † nam illa non impedit tranſmiſſionem tex. in l. 3. ff. de leg. 1. & in l. conditionis, quæ extrinſecus. ff. de conditio. & demonſtr. & in l. in conditionibus, in prin. eod. tit. niſi teſtator uoluerit contrarium, ut eſt ibi caſus ſingularis, & unicus, ſed in caſu l. noſtræ non fuit conditio expreſſa ſed ſubintelligitur tacite à lege, ut tunc demũ naſcatur querela ſi hęreditas fuerit adita, ergo iſta tacita conditio non impedit tranſmiſſionem, ut hic, quod eſt nouum & inauditum in propoſito † licet ergo conditio etiam tacita impediat natiuitatem actionis, ut eſt glo. ſingularis in l. item quia. in prin. ff. de pactis, & notatur in l. 2. §. creditum. ff. ſi certum pet. non tamen impedit trãſmiſſionem, ut in l. noſtra quam etiam allego ad hoc pro caſu, & ita modo puto debere ſolui contrarium præcedens, ſcilicet, † q̃ hic tranſmittitur ſpes non autem ipſa querela. Ratio autem quare tranſmittatur ſpes eſt illa, quia hæc ſpes habetur ſub conditione tacita quæ non impedit tranſmiſſionem alias ſi eſſet conditio expreſſa impediretur, ut dixi. Nec quicquam facit tex. in §. ex cõditionali, quem hic allegat glo. per quem dicit illam ſpem tranſmitti, quia ille text. loquitur in debito conditionali ex contractu, quæ cõditio non impedit tranſmiſſionem ratione de qua ibi per glo. & in l. ſi uxor. C. de conditio. inſer. ſecus ſi eſſet conditionale ex ultima uoluntate d. §. ſin autem, de cad. toll. niſi conditio eſſet tacita, ut in noſtro caſu.

16 *Tranſmiſſio non impeditur per tacitam cond. niſi teſtator cõtrarium uoluerit.*

17 *Non tranſmittitur actio in certe condi. cũ non ſit nata.*

18 *Tranſmittitur ſpes quę relę quæ habetur ſub cõditione tacita, & non expreſſa.*

Quinto, non obſtat † q̃ facultas conceſſa per l. fin. C. de repudian. hęreditate non tranſmittitur ad hęredes, ergo à fortiori in noſtro caſu cum hic illa facultas non eſſet in eſſe producta. Ad hoc reſpondeo, q̃ ideo ibi non tranſmittitur quia priuilegiũ dictę legis eſt conceſſum filio propter ſuitatem, ut ibi in tex. dum dicit ſi quis ſuus &c. Sed iſta ſuitas quæ eſt cauſa finalis, quæ conceditur ad iſtud priuilegium ceſſat in hęrede, ut patet ergo &c. at in caſu noſtro nõ ceſſat ratio in nepote quę erat in filio, patet quia filio conceditur de iure cõi, quia erat exhęredatus, & quod alicui cõpetit de iure cõi, † regulariter tranſmittit ad hęredes, ut eſt notũ. Præterea in d. l. fi. eſt priuilegiũ p̃ſonale rõne ſuitatis, ut dixi ſed priuilegiũ p̃ſonale conceſſum à lege nõ trãſit ad hęredes l. 1. in fi. & ibi Bar. ff. de cõſti. principum. & l. qa tale, ubi Bar. & Doct. ff. ſol. matr. ergo &c. & ad iſtã ſolutionem, uide Bar. in l. qui ſe patris. C. unde liberi. 6. cã. 4. col. in prin. licet nõ ponat ad hoc p̃poſitum. Præterea in d. l. fi. eſt quid imputeť hęredi repudiãti cũ potuerit repudiationem reuocare, unde nimirũ ſi nõ tranſmittat, ſed in caſu nro nõ fuit in poteſtate filij agere donec adiiſſet hęres, cũ ergo nõ ſit quid ei imputetur nimirum ſi poſſit trãſmittere, hinc eſt q̃ ſi filius potuiſſet pręparare querelam, ut quia hæres ſcriptus adierat tunc eam nõ prępararam nõ trãſmitteret, quia eſſet quid ei imputareť. † Nã cũ hęc lex ſit correctoria nõ debet extendi ad aliũ caſum in ea non expreſſum, ita notãter dicit Salic. in l. cum mota. C. de trãſact. poſt Iacobo Butrig. ibi, & ibi uide notabiliter Iaſ. 4. col. Pro qua limitatione facit tex. noſter ibi, in tali ſpecie, ergo nõ in alio caſu ubi ceſſet ratio huius l. idem hic Iaſon. in 3. limitatione.

19 *Non tranſmittitur facultas hęreditatẽ repudiandæ, uel abſtinendæ.*

20 *Tranſmittitur quod alicui conceditur de iure communi, niſi ſit priuilegium perſonale à l. conceſſum.*

21 *Lex correctoria nõ extenditur ad aliũ caſum ſimili.*

Sexto † non obſt. quòd facultas reuocandi donationem propter ingratitudinem non tranſmittitur ad hæredes, l. 1. & l. fin. C. de reuo. dona. nam ſi bene aduertatur illud facit pro iſta parte & non contra, nam quando donatio poterat reuocari ratione alicuius delicti, tũc quia illud eſt odioſum non tranſmittitur ad hæredes ut ll. præallegatis, ſed quando donatio poſſet reuocari propterea quòd pacta nõ eſſent ſeruata, tũc illa reuocandi facultas bene tranſmitteretur ad hęredem, ita ad literam tenet Baldus, & Salicetus in d. l. fin. C. de reuocan. dona. cum ergo in tranſmiſſione de qua hic non uertitur delictum nec hæres ſcriptus delictum commiſerit nimirum ſi facultas filio a iure conceſſa tranſmittitur ad hęredes ſuos, quòd qa notandum.

candi donationem propter ingratitudinem.

Septimo non obſt. & hic aduerte † quòd hæreditas non adita non tranſmittitur: Ratio quia non eſt in bonis noſtris, l. pretia rerum, ad legem Falcidiam, ſed hęc ratio uiget in noſtro caſu ut probaui, ergo &c. ad hoc ſic reſpondeo, nam fateor quòd hęreditas non tranſmittitur quia nõ eſt in bonis noſtris, & eadem ratione querela non tranſmittitur quia non eſt in bonis noſtris, antequam prępararetur, uel intentari poſſit. tamen hic non quærimus an querela trãſmittatur quia tunc obſtarent cõtraria ſed an tranſmittatur ſpes quam filius ad querelam, † & illam bene diximus tranſmitti licet ſperetur naſci per additionem hæreditatis, & ſic ſub conditione, quia illa conditio quę eſt tacita non impedit ut ſupra dixi, & ſic nõ obſt. ultimum. Secunda regula quę habet quòd hęreditas non tranſmittitur quia non eſt in bonis noſtris procedit in extraneis non autem in filijs patet, quia ſi eſt ſuus tranſmittit ad quoſcunq; ut ſupra dixi. quia tunc eſt in bonis ſuis cum in eum continuetur dominium, uel ſi non eſt ſuus tranſmittit beneficio, l. 1. de his qui ante apertas tab. quanuis non ſit tunc in bonis ſuis, quia ceſſat continuatio dominij, cum ergo l. noſtra loquatur in filijs ut patet nec poſſet habere locum in alijs ergo illud contrarium non tangit propoſitum noſtrum. Sed aduerte ſubtiliter quia hæc ſolutio non uidetur tuta, nam hic loquimur in filio exhęredato ut patet. ſed habeo quòd per exhæredationem filius deſinit eſſe ſuus ſecundum Bar. quem ſupra allegaui in l. 1. §. ſciendum. ff. de ſuis & legi. hære. cum ergo illa regula intelligatur in extraneis ergo debet habere locũ in filijs exhæredatis qui cenſetur extranei ut dixi, ergo ſemper obſt. cõtrarium. Sed dicerem ſubſtinendo ſolutionẽ quòd licet per exhæredationem filius deſinat eſſe ſuus non tamen deſinit eſſe filius unde quẽadmodum filius licet non eſſet ſuus tranſmitteret hæreditatem non aditam per l. 1. C. de his quæ ante aper. tab. eodem modo debet tranſmittere querelam uel ſpem querelę per quam peruenit ad hæreditatem quia aliquo conceſſo, & id uidetur eſſe conceſſum per quod peruenitur ad illud & ad iſtam rationem, uide unum uerbũ, Paul. de Caſtr. hic. 2. col. poſt mediũ ibi itẽ q̃ hic diciť licet nõ ad noſtrũ propoſitũ ul. 3. põt dicere q̃ licet hæreditas nõ adita nõ tranſmitatur, ſecus tñ eſt in caſu, l. nñę rõnibus de quibus in litera nã eiſdẽ rõnibus eſt ſpeciale in d. l. 1. C. de his q̃ ante aper. tab. cõtra regulã. §. in nouiſſimo. & eſt uera ſolutio, tñ deniq; dic q̃ hæreditas etiã nõ adita tranſmittitur per quem cumq; & ad quos cũq; q̃ñ hæres fuit impeditus quominus addiret eaq, trãſmiſſio fit uel iure cõi, uel iure reſtitutionis, ut tenẽt cõiter Doctores, per tex. ibi in l. Pantonius. ff. de acq hęr. ſed hic filius exheredatus p̃ deliberationem hæredis fuit impeditus quominus agnoſceret querelã, ergo interin decedẽs debet trãſmittere idq; forte ante iſtã, l. licet iure cõi, fieri nõ poſſet, tñ iure reſtitutionis poſſet per iſtã aũt legẽ fieri poterit ẽt de iure cõi. facit l. illud. §. fi. ff. decõtra tab. Octauo nõ obſt. q̃ trãſmiſſio eſt q̃dã ſucceſſio nis p̃rogato eiuſdẽ formę, ſed hic nõ eſt ſucceſſio q̃ poſſit prorogari. ergo &c. reſpondeo q̃ licet hic nõ ſit ſucceſſio ideſt nõ eſt querela quę poſſit trãſmitti eſt tñ ſpes ad quę relã & iſta põt trãſmitti & in ea uerũ eſt dicere trãſmiſſio eſt p̃rogatio eiuſdẽ formæ & naturæ. Nono nõ obſt. q̃. de iure futuro pẽdente dubio nõ poſſumus diſponere expreſſe, ergo a fortiori nec tacite, ſ. per trãſmiſſionẽ. ad hoc põt reſponderi q̃ nõ facit ad noſtrũ propoſitũ, nã ll. contrariæ loquuntur indiſpoſitione hominis nos in diſpoſitione legis, ſcilicet per tranſmiſſionem quam tranſmiſſionem lex facit non homo. certum eſt autem quòd maior eſt poteſtas

22 *Non tranſmittitur facultas reuocandi donationem propter ingratitudinem.*

23 *Tranſmitti nõ poteſt hæreditas non adita.*

24 *Tranſmittitur ſpes quæ querele etiam non natæ.*

25 *Tranſmittitur hæreditas eorum adita ad quos cumq; quando hæres fuit impeditus.*

26 *Tranſmiſſio eſt quædam ſucceſſionis prorogatio eiuſdem formæ & naturæ.*

27 *Tranſmiſſio an ſit pendente dubio futuro.*

28 *Tranſmiſſio fit a lege & non ab homine.*

poteſtas legis quam hominis ut multis probatur exemplis, unum uerbi gratia inſerere ſufficiet, nam prohibitio † hominis non impedit tranſmiſſionem dominii ſecus in prohibitione legis,ut plene notatur in l.ea lege.C.de conditione ob cauſam & in. l.cum pater. §. libertis cum concord.deleg. ſecundo.Item obligatus ad factum ex diſpoſitione hominis liberatur præſtando intereſſe. l. ſi quis ab alio.§.fi.ff.de re iud.& l.ſtipulationes nõ diuiduntur.§. celſus.ff.de uerborum obligationibus,ſecus in obligato ex diſpoſitione legis qui poteſt compelli ad factum præciſe.l.fi. C.de dotis promiſſione &l.ſi patre cogente.ff. de ritu nuptiarum facit l.fideicommiſſa.§.fin.ubi caſus ſinguläris.de leg.3.uel 2.põt ſolui quod iura contraria loquuntur in repudiatione, ꝙ ius de futuro non poteſt repudiari nos autẽ in tranſmiſſione an ius de futuro poſſit tranſmitti. ergo nihil ad propoſitũ. nã non ſequitur ius de futuro non poteſt repudiari, ergo nec tranſmitti hæc conſequentia non ſequitur ut patet, non etiam obſt. confirmatio quam feci quòd acquiſitio & repudiatio iudicantur a pari, ergo quemadmodum ius de futuro poteſt repudiari, ergo nec acquiri per tranſmiſſionem, nam illud argumentum procedit in diſpoſitione hominis quòd ille qui non poteſt repudiare,nec acquirere,& qui poteſt repudiare poteſt acquirere,ſed in diſpoſitione.l. non ſequitur, nam non ualet argumentum non poteſt repudiari per hominem, ergo nec tranſmitti per l.hoc eſt falſum cum maior ſit poteſtas legis quam hominis,ut modo probaui.

29 *Tranſmiſſio dominij an per prohibitionem legis impediatur & non hominis.*

Decimo non obſt.l.illud.§.fin.ff.de bonorum poſſeſſio. contra tabulas ubi eſt ſpecialis caſus in quo quis tranſmittit ius,quòd ſibi adhuc nõ competit, ergo in contrariũ eſt in ſucceſſione ergo male dicit.l.noſtra quòd ius de futuro adhuc ſibi non competens,filius poſſit tranſmittere. reſpõ deo quòd non obſt. nam nos loquimur in tranſmiſſione quæ fit proprie a defuncto in heredem ſuum,& illa poteſt fieri ut hic,ſed lex contraria non proprie loquitur in tranſmiſſione, ſed in quodam iure quod acquiritur unde extraneo,occaſione alterius, nam occaſione poſthumi præteriti ille qui eſt inſtitutus poteſt contra tabulare, & ſic nõ eſt noſtra materia,uel ſecundo fateor quòd ibi eſt ſpecialis caſus in quo quis tranſmittit ius nondum ſibi competens tamen pro hoc non negatur quum ſint alii caſus ſpeciales ſunt ergo alii inter quos eſt iſtę & caſus in l. prima. C.de his q an aper.tabulas,& alii quos ponit gloſſ.in l. ſed & ſi deceſſerit.ff.de contra tabulas,& in l.uentre.ff. de acquiren.hęredit. nec hoc eſt nouum quia caſus excepti extenduntur ex identitate rationis cap.cum dilecta de confirmatione utili uel inuti.& cap.poſt tranſlationem uerſic, quanquam de renunciatione & notatur plene in l.1. C. de conditione inde.eo magis quòd iſtę caſus, & alii ſunt expreſſi per.l.ergo ſumus in caſu claro nec eſt neceſſaria hominis extenſio. uel tertio poteſt dicere quòd hic licet nõ tranſmittat querelam quam non habet tranſmittit tamen ſpem quã habet,ut ſupra dictũ eſt, & iſta bene poteſt tranſmitti licet ſit conditionalis ratione,de qua dixi ſupra.

30 *Tranſmittitur in bo.poſt contra tabu. nondũ competentes.*

Vltimum cõtrarium quod feci de deciſione Bart.in l.his poteſt.5.ff.de acquiren.hered. ſoluas ut colligitur ex his q̃ ſupra dixi in ſolutione ad ſeptimum contrarium maxime in ſecunda & tertia ſolutione, quam ibi dedi,& per hæc me expedio de rationibus dubitãdi quas diuerſis modis formaui ad l. noſtram & de rationibus decidendi ex quibus liquet qualiter hæc.lex eſt neceſſaria & poſſibilis, ut late dictum eſt ſupra.

31 *Querela in off. teſt. ut trãſmittatur ui regulam cum ext.& limit.*

Vltimo recolligendo materiam breuiſſime dico ſic querela non præparata de iure antiquo non poterat tranſmitti.l.ſi pater tuus ſupra eo &.ff.de inofficioſo teſtamento.l. poſthumus.§.fi.cum l. ſequenti hodie ſecus per iſtam l.ſingularem extende ut nedum tranſmittatur ad nepotem ut hic,ſed etiam ad omnes alios inferiores tex.eſt in l. ſcimus in fine infra eo.in uerſi.poſteritatem & hic per Paul.ſecundo notabili, ſecundo extendo ut tranſmittatur ad nepotem & alios deſcendentes nedum ſi erant nati, uel concepti tẽpore mortis eius de cuius hæreditate agitur, ſed etiam ſi poſtea ſint concepti, nam cum admittatur ex perſona alterius iure tranſmiſſionis non refert quo tempore concipiãtur, ita tenet hic Cin.& Bald.hic.1.q.& hic per Paulum.3. col.poſt medium,& ui.Bar. & ibi in apoſtil.in l.1.in fin.C. de his,qui ante aper. tab.& ſupra dixi.l.3. xtendo, ut nedum hæc querela tranſmittatur,ſed etiam querela inof.donat.ſecundum Bald.ſingulariter in l.1.pen.col.C.de inoffi. donat.refert & ſequitur Iaſo.in l.emancipata in fi.C.qui ad mitti,& in l.cum mota.4 col.C.de tranſactio. 32 *Querela trãſmittitur ad inferiores nepotis nondũ nati nec concepti.*

Modo limita.6. modis ut hic per Iaſ.in 2.col. Quatuor alias limitationes colliges ex l.nõa.2.parte,& ſic ſunt decẽ. Vndecimo ergo limito,ut hęc lex procedat qñ nepos uult uenire ad rumpendum per querelam uigore trãſmiſſionis, ſi autem uult uenire ad dicendum teſtamentum nullum tãquam præteritus non poteſt per l. ſiquis filio exhæredato in prin. ff.de iniuſto teſtamento,quæ lex non eſt correcta per iſtam.nam cum auus non tenebatur ipſum inſtituere, uel exhæredare cum pater cum præcederet in gradu.ergo non poteſt tanquam præteritus dicere nullum, & iſta limitatio poteſt etiam colligi ex uerbis Paul.de Caſt hic.3.col. ad finem licet ipſe non applicet ad hoc propoſitum. 33 *Querela in off. donatio. trãſmittitur* 34 *Teſta. rum pitur ꝑ que re am tranſ miſſionis ui gore.*

Modo in materia tranſmiſſionis.ui. quòd mirabiliter ponit Iaſ.in l.certum ante fin.ff.ſi cert. peta. poſt Petrum de Ancha.ibi, per eum allegatum,& quæ diximus ſupra ſub titulo de tranſmiſ.& quæ docemur infra ſub materia bono. poſſ.contra tab.

L. SI QVANDO.

C.de inoffic.teſtamento.

1 PRincipis diſpoſitio interpretatur iuxta ius commune.
2 *Iuris communis interpretationem recipit diſpoſitio militis, & principis,& Statuti,& legis nouæ,& teſtatoris.*
3 *Iuris communis declarationem quando recipiant Statuta,ardua q.*
4 *Intellectus.l.fin.C.de teſta.*
5 *Poſſeſſio rerum hereditariarum ipſo iure tranſit in bonorum poſſeſſio.ex ui ſtatuti id in haere.diſponentis, ardua quæſt. amplia.8.modis.*
6 *Diſpenſatus ad teſtandum intelligitur ſeruata ſolemnitate formali, & iuſtitia diſponendi.*
7 *L. Taurina.31.*
8 *Diſpenſatus ad teſtandum teſta. factum poſt reuocare de iure communi,& regio.*
9 *L.35.Tauri.declaratur.*
10 *Effectum intuetur omnis interpretatio.*
11 *Terminus calendarum non ſemper intelligitur de primis.*
12 *Fructus bono.adu.pater filio conceſſit non ſemper à primis fructibus intelligitur.*
13 *Infructi fundi appellatione quid contineatur.*
14 *Stipulationis interpretatio, non ſemper ſit contra Stipulatorem.*
15 *Fructus primi anni cuiusq; beneficij Papa Epiſcopo conceſſit interdum ad annos ſeq.ea conceſſio trahitur.*
16 *Iactum retis enim nihil pretium captum eſt anad. ſecundum iactum uenendum eſt.q.ard.*
17 *Famuli an lucrentur mercedem temporis quo ægrotarunt.ard.q.*
18 *Conditio poteſtatiua in contractibus non habetur pro implet.i,& ſi quis facit,quòd in ſe eſt.*
19 *Termini prorogandi facultas,an de prima prorogatione intelligatur,ardua q.*
20 *Executor datus ad quem in poſſeſſionem mittendum ſi miſſus ſit derelictus iterum poteſt eum mittere,ard.q.*
21 *Naturale debitum delitiappellatione interdum continetur.*
22 *Naturalis poſſ.contmetur quando ſeruius poſsidere ſibi iubet Stipulatur.*
23 *Bonorum poſſeſſio. hæredis appellatione interdum continetur.*
24 *Fratribus legatum relictum proprijs fratribus non etiam patruelibus debetur.*
25 *Patrui appellatione in ſtatuto, uel legato proximiores continentur niſi in caſu.*
26 *Improprium eſt quòd profertur cum inſolita ad rectione demonſtrandi gratia.*
27 *Tutela interdum accedit annos.14.*

Iuris

28 Iuris ignorantia interdum præsumitur.
29 Augmenti causa inducta interdum operatur diminutionem.
30 Possessio uera in hæredem an sine apprehensione transire possit, ardua quæst.
31 Possessioni per statutum sine apprensione translatæ dantur interdicta possessoria,
32 Possessioni,quæ ipso iure tradit in successorem maioratus competunt remedia interdictorum.
33 Maioratus possessor transit in successorē ipsius dispensatiue succedentē.
34 Possessio ex apprehensione nat. et ex poss. dominium querebatur.
35 Dominium iure ciuili,ut quæratur.
36 Lex in his quæ iuris sunt operatur proprie licet utatur uerbis improprietatem denotantibus.
37 Poss. ignoranti interdum quæritur.
38 Poss. sine actu corporeo quæsita an sit uera,ard.q.
39 Dominium ut acquiratur
40 Facti ueritas non subiacet legibus
41 Poss. an sit unica,ard.q.
42 Possessio bonorum monachi,quæ monasterio quæritur uera est,et ei competunt interdicta possessoria.
43 L.Taurina.45.
44 Poss.quæri potest sine actu corporeo uero aut interpretatiuo contra Alber.etiam ex ui statuti contra eund.uel etiam ex ui consuetudinis contra eund.
45 L.Tauri.45.
46 Poss.uera transferri potest sine ullo actu corporeo uero,uel interpretatiuo contra Bal.& cardi.
47 L.Tauri.45.
48 Poss.uera,& uero modo sine corporea apprehensione acquiri potest contra Socin.Decium,Rip am,Tiraq.
49 L.45.Tauri.
50 Possessorio remedio agenti non potest opponi exceptio dominij licet ea poss.sine corporea apprehen. quæsita fuisset contra Iaso. Cast.& Tiraquel.
51 L.45.Tauri.
52 Poss.uera,et uero modo acquiritur per constitutum cōtra Doctos.
53 Poss per constitutum, quæsita uera est contra plures Doct
54 Poss per constitutum quæsita contmetur statuto de possessione loquente.
55 Poss. plena est,quæ per l.statutum consuetudinem, uel principem sine actu corporeo quæritur contra Alex.
56 L.45.Tauri.
56 Illatio contra Claudium.
57 L.45.Tauri.
58 Possessionis etiam translatio uera contingit sine naturali apprehen. contra Barb.
59 Possessor factus à lege an possit quem propria auctoritate expellere contra Barb.Anchar.Cast.
60 L.45.Tauri.
61 Poss.legalis prodest etiam hæredi legitimato contra Bap.& alios.
62 Legitimati non differant à legitimis.
63 Legitimatio est inuentum legis ciuilis.
64 Lex operatur uere in his,quæ iuris sunt licet utatur uerbis improprietatem significantibus.
65 Legitimatus,uere legitimus est,ardua q.
66 L.45.Tauri.
67 Legitmationis conditio an ualidet institutionem spurij,ard.q.
68 Maioratui an poni possit conditio legitimationis.
69 Legitimationis sub conditione substitutus ea pendente auth. secundum tab.accipere possit bo.po.ard.q.
70 Legitimatos etiam comprehendit statutum iubens consanguineos compromittere,ard.q.Idem in statuto permittente retrahit rē alienatam contra Tiraq.& Decium.
71 Maioratus poss.potest etiam in dericum ipso iure transire.
72 Domum condutens,uel molēdinum hac lege ut reficiat illam an semel tantum ad id teneatur,ard.q.
73 Contrahentium mens inspicienda.
74 Primo actu non consumitur obligatio iterabilis
75 Viduam uestiri iubens intelligitur donec uiduitas duratierit.
76 Vsusfru. relictus quandiu uiuam intelligetur, ut amissus reddatur.
77 Dotandis obligatio,an primo actu exinguatur.
78 Compromittendi statutum nō consumitur primo actu inutili ard. q.idem in simili contractu contra Iaf.Deci.& alios.
79 Testatorem causam compromitti iubente deprimo actu inutili non intelligitur.
80 Obligatio dandorum fructuum primo anno nascturorum an consumatur primo anno nullos fructus producente.
81 Priuilegium concessum regi & famulis ingrediendi ecclesias tempore interdicti trahitur ad famulos futuros.
82 Conditio non nubendi alij quam mercatori an de primis nuptiis intelligatur ard.q.
83 Conditio nubendi intelligitur de nuptis ualidis idem in substitutione procuratoris.
84 Procurator inutiliter appellans officio suo functus non dicitur.
85 Datum inutiliter pro non dato est.
86 Securitas eundi & redeundi federis gratia intelligitur donec fiat concordatum.
87 Electio inutilis non est electio.
88 Prorogatio inutilis pro infecta est.
89 Facultas eligendi unum non consumitur electo aceto.
90 Facultas eligendi arbitrum non consumitur electo eo qui nequit arbitrari.
91 Conditio nubendi Titio illo nolente quando impleta uideatur ardua quæstio.
92 Dispensatus spurius ad unum beneficium quòd semel habuit & reliquit an alterum possit tenere ard.q.
93 Proprietatis appellatione ususfructus continetur ne dispo. reddantur inutilis.
94 Vxori legatum relictum non perditur per ipsius stuprum in uiduitate commissum.
95 Legatarius qui uiduam testatoris compressit an perdat legatum.
96 Episcopo datum priuilegium ut possit testari intelligitur etiā de bonis quæsitis intuitu ecclesiæ.
97 Filij app.adoptiuus interdum contmetur.
98 Terminis finitus an possit prorogari.
99 Prorogatio facta prope finem termini interdum una concessio esse intelligit.

I QVANDO. Primo nota ex isto text. † principis dispositionem interpretandam secundum ius commune. Idem in dispositione militis. l. in testamento in mag.C.de testamen.militis de quo plene disseruimus.§.24.numer. 41. de succ. crea.Idem in statuto .c.cum dilectus.de consuetudi. quòd procedit etiamsi per hoc recedamus a proprietate uerborum ut ibi Bald. in l. data opera. C. qui accus. non posit.colum. 4. ubi statutum iubens ut occidens occidatur firmat intelligendum esse si dolo non si culpa tantum occiderit Paulus in l. nemo. C. de episcopali audi. idem Paulus Cas. in l. & si seuerior. C. ex quibus cau.infa. irrog. ut sic interpretatio fiat secundum ius commune & iuxta eaque late traduntur per Doct. in l. ut uim.ff. de iust. & iure.Idemq; in legis dispositione,nam & leges nouę recipiunt interpretationem a legibus ueteribus.l.1.§.lex falcidia.ff.ad legem fal.Idemq; generaliter in ulti.uol.nam & testator semper uidetur se conformare cum legis dispositione ut tradunt ibi Alex.& Ias.in l.3.ff. delega.1.text.ubi per omnes in l. un.§. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. 1 *Principis dispositio interpretatur iuxta iuris communis* 2 *Iuris communis inter pretationem recipit dispositio militis, & principis, & statuti, & legis nouæ, & testatoris.*

Limita ut † statuta iuris communis derogatoria non recipiant interpretationem a iure communi ita tenēt Bal. consil.141.premissis col.2.lib.1.Idem in l.maximum col.3. C.de lib.præt.idem in c.cum non liceat col. 2. de prescrip. Paul.Cast. in l. fin.§. in computatione C. de iure delib. ubi Corn.col.fin.idem Paul. & Corneus in auth. quòd sine.C. de testam.Socinus in l.filiusfamilias col.4.ff. de uerborum oblig. Ratio,quia uerba statutorum sunt proprie & uere interpretanda.l.1.§.hæc uerba ubi communiter Doctor.ff. de nego. gest.c.in nostra de iniur.Bar.in l.1.§.hoc interdictum.ff.de cister.per l.1 cum glo.ff.de fonte. 3 *Iuris communis decla ratione quā do recipiant statuta, ardua q.*

Contrarium tenuit Roma. in l. si quis priori.ff. ad Trebell.Alex.in.l.fin.§.in computatione.col.fin.C. de iure.delib.

lib.Decius. consil.445. in casu ad me transmisso. colum.7. uers. non obstat. quorum opinio uerior est saltem in duobus casibus, primus cum statutum fuit factum a populo superiorem non recognoscente, alter quando superiorem recognoscebat dummodo ab ipso superiore esset confirmatum iuxtam doctrinam Bart.& omnium. in l.omnes populi.ff.de iust.& iure,mouemur quia quemadmodum l. generalis posterior etiam si sit ueteris iuris derogatoria recipit interpretationem a iure ciuili ut est uera & communis opinio.Bar.Ale.Claudii.& Vincenti.de Hercul.& aliorum in l.1.§.l.falcidia.ff.ad.l.falcid. & in.l.fin.C.de testam. & in.d.l. omnes populi. ita quoq; statutum tale & si sit derogatorium iuris communis debet recipere interpretationem ab ipso iure communi ueteriore,quia utroq; casu par ratio est cum tale statutum sic ualidum & firmum quo ad territorium statuentium non minorem uim habeat quam l. generalis quo ad omnes uel quo ad omnia territoria p argumentum de toto ad partem.l.quæ de tota.ff.de rei.uendi.l.an pars.ff.pro derel. l. hæredes mei. §. eum item. ff. ad Trebell.unde ut.l.generalis posterior etiam iuris communis derogatoria recipiet interpretationem a legibus anterioribus quo ad omnes uel omnia territoria, ita quoque tale statutum recentius etiam iuris communis derogatorium,(quòd quantum ad territorium statuentium lege generali exequatur) debet recipere interpretationem a legibus anterioribus.

4 *Intellect.l.fi. C. de testa.* † Pro nobis.tex.expressius qui idem probat in consuetudine locali in l.fi.C.de testa.ubi erat consuetudo rusticorum faciendi testamenta cum minori solennitate quam regulari & ait.l.talem consuetudinem quo ad illud territorium ubi ea consuetudo uigebat firmam esse,quàuis indubitatum esset quòd erat derogatoria iuris communis iuxta.l.si unus.l.hac consultissima.C.de testamen. in princi.& §.1.insti.eod.l.hæredes palam. per totam.ff.eod. nec dicatur quòd ibi fuit necessaria confirmatio superioris, nam immo ibi non fuit necessaria quo ad illud territorium ubi ea consuetudo uigebat, sed quo ad reliqua territoria. pro hoc etiam facit noster tex.cum sua gl. in quo idem cautum est in dispositione principis iuris communis derogatoria quæ recipit interpretationem a iure communi, nec dubiũ est quin dispositio principis legis, & statuti ualidi exequẽtur cum isthæc omnia sint ueluti portiones, uel partes subiectiue iuris communis, ut per totum inst.de iure naturali.l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.l.prima.ff.de constit. princip.

5 *Possessio rerum hæreditariarum ipso iure transit in ho. po. ex ui statuti id in hære. disponentis, ard. q. amplia.8.modis* Vnde † infertur, quòd si esset statutum uel consuetudo quòd statim post mortem defuncti rerum hæreditariarum possessio in hæredem continuaretur, ea continuatio fieret etiam in hæredem improprium qualis est bonorum possessor iuxta.§.quos autem.insti.de bonorum posse. si modo talis hæres improprius, in effectu & uirtualiter exequetur hæredi uero cui fere exequatur bonorum possessor.iuxta l.1.§.bonorum.ff.ad Trebell.l.in conditionibus.§. si patronus.ff. de condition. & demonst.licet non pauci nostrorum in contrarium inclinent ut per Bald. in rub. de caus. posse, & propriet.in fi.& consi.181.casus talis.lib.1. Alex. consil. 82.perspectis.col.2.lib.2.idem Bald. consil.330. statuto cauetur.libro.1.Claud. in l.cum hæredes. in princip.ff.de acquiren.posse.Socinus.consi.1.in casu.3.lib.1. col.2. Andrę. Tiraquell. qui plures allegat in tractatu. lemort. parte. 2. declaratio.2.num.3.pro nobis bonus text. in l.si filius.ff. si quis omis cau.testamen.istorum autem ratio ea est quia ut lex recentior recipit interpretationem a legibus anteriorib⁹ ut in iuribus.3.allegatis, ita quoque tale statutum recentius quo ad territorium statuentium debet recipere interpretationẽ a legib.generalib.illi⁹ regionis ubi res agebat,& cõsequẽter oẽs illi q hæredes uel erant,uel hæredũ loco habebant inspectis legib.gñalib.illius regionis,hæredes quoq; erũt uel hęredũ loco habebunt i territorio ubi ea cõsuetudo uel statutũ uigebat quo ad hunc effectũ ut post mortem defuncti in eos continuetur possessio, non secus quam quo ad reliquos effectus qui hæredes cõitari solent,id quod in statuto expeditius est, quàm in consuetudine,sed & in consuetudine idem admittendum est,quia & in ea proceditur de similibus ad similia, ut diximus supra, lib.1.de succ. ff.crea.in §.5.nu.7.confirmantur hæc. nam & statuta exhorbitantia recipiunt interpretationem, & extensionem ad casus,ubi uigebat eadem,uel par ratio,ut ex communi opin.resoluimus supra.§.5.nu.10.sed quin in specie nostra sit par ratio in omnibus successoribus cuiusque dubium non est,quia tale statutum cum uellet fauere hæredibus,seu successoribus defunctorum,& plenius eius cõsulere,disposuit,ut statim post mortem defunctorũ in eos continuaretur possessio potirentur gauderentq; ijsdem cõmoditatibus, quibus poturi gauderęq; solent ueri possessores,quæ ratio fauoris in omnibus successoribus ex ęquo militat,ut patet.ergo,&c.& licet iure cautum sit,quod exceptio firmat regulam in contrarium.l. nam quòd liquide. §.fina.ff.de penu.lega.& licet in contractibus nominatis à semel placitis non liceat recedere. l. sicut ab initio. C. de actionibus,& obligatio.l.sicut maior C.de rep.hær.l. iuris gentium.in prin.ff.de pact.tamen illa exceptio,ut prętextu læsionis ultra dimiam à contractu uenditionis semel perfecto liceret recedere (quæ peculiariter in eo contractu, non etiam in reliquis contractibus per l.admissa fuit iuxta l.2.C.de rescind.)ad reliquos omnes contractus bon.fid. per Doctorum communis interpretationes extensa fuit,ut tradunt omnes antiqui,& noui in d.l.2. ut attigimus in d. nume.7.& plenius controuersiarum lib.3.quia inquiunt,ꝙ licet regulis tenaciter sit adherendum præterquam in casibus nominatim exceptis,tamen etiam,& in casibus, qui nominatim exceptis assimilantur à regula recedimus, ut sic non solum ipsa exceptio,sed etiã simile ipsius exceptionis uincat legem.Sic ergo,& in specie nostra statutum legis generalis derogatorium est exceptio quædam illius legis,ut sic non solum ipsum statutum, sed etiam simile ipsius statuti eam legem generalem uincere debet, præsertim si in tali statuto non solum similis,sed etiam eadẽ,uel par ratio esset,quia ubi est, uel uerosimiliter reddi potest una tantum ratio ea habetur pro expressa in ipso statuto, & ubi in ipso statuto nominatim, uel interpretatiue ratio expressa esset generalis,tunc ipsa ratio haberetur pro lege ut ex communi opinione resoluimus,supra.§.6. nume. 53. & §.12. nume.85. Vnde cum in tali statuto nulla alia ratio reddi.possit,quàm ut defunctorum possimus successoribus quo ad possidendi utilitates plenius consulere, eaq; ratio in omni successore militet sitq; generalis,superest,ut tale statutum omnes omnino successores respexisse uideatur. † Quid ergo in eo,cui libertatis causa bona defuncti addicuntur,ut per totum inst.de eo,cui liber.cau.bona addi. † Quid etiam in milite,cui hæreditas comilitonis non ex testamento,uel abintestato, uel contra testamentum, sed ex pacto tantum acquisita fuit ut in l.licet. C. de pact. qui per hoc hęres irregularis esse uidetur,ut in l.hęreditas.C.de pact conuen. *Ext.1.* *Ext.2.*

†Quid similitter in eo,qui ex pacto de consensu eius,cuius de hereditate agebatur cum alio tertio inito hereditatem nactus est iuxta.l.fina.C.de pact. † Quid in filio, qui ex testamento imperfecto patris hæreditatem quæsiuit iuxta l.fi.C.famil.ercis.l. hac consultissima.§.ex imperfecto. C.de testamen. † Quid in eo filio, qui matris in puerperio morientis hęreditatem quęsiuit quasi ab ea hęres instituus cum re uera,neque institutus, neque nominatus ab ea fuisset iuxta l.3. C.de inoffi.testa.qui rex.est unicus, ut fœnix. † Quid in hærede instituto in re certa, qui ut infra subijciam non satis certum est hæres proprie, an improprie intelligatur iuxta.l.1.§.si ex fundo,ff.de hære.inst. l. si alterius.l. si certarum eodem titu.l.quoties C.de hered.inst. † Quid in patre, qui filium contracta fidiciam emancipauit iuxta §.fin.inst.de leg.ag.su. sicq; quasi ex illo pacto filio successit. † Quid in patre, qui filio arrogato successit,qui non uidetur succedere tanquam hęres, sed tanquam commodum sentiens secundum Bald. in l. iubemus,in prin C.ad Trebell.& denique quid in reliquis hæredibus, *Ext.3.* *Ext.4.* *Ext.5.* *Ext.6.* *Ext.7.* *Ext.8.*

redibus,aut ſucceſſoribus à normalis. an in eos omnes ex ui talis ſtatuti,aut conſuetudinis tranſeat ſtatim poſt mortem eius,cuius de ſucceſſione agitur poſſeſſio non aliter, atque in hæredes regulares tranſire, uel ſtatuto cautum, uel conſuetudine introductum eſſet. Et in hanc partē procliuior ſum,ut tranſeat per rationes,& iura,de quibus ſupra,& de his heredibus anormalis, & alijs diximus ſupra, de ſucceſſ.crea.lib.2.§.16.nume.3.cum pl.ſeq.& cum regularis teſtamentorū forma deficiat in triginta quatuor ſpeciebus quas collectas remiſſiue inuenies.ſ. lib.3.in princ. de ſucceſſ.crea. in omnibus etiam illis non ſecus quàm in ſucceſſionibus ex teſtamento ſolenni,& formali profectis exiſtimarem dictum ſtatutum,aut conſuetudinem locū habere per ſupradicta. Neque quo ad conſuetudinem oberit, quod dici ſolet tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum. nam inter conſuetudinem,& præſcriptionem ſunt, quàm plures differentiæ quas enumerat Aymon Crauetus, de antiqui. temp.par.1.inter quas illa potiſſima eſt,ꝙ conſuetudo cum ſit pars,& portio iuris.l.de quibus, cum plu.legibus ſeq.ff.de legibus recipit interpretationes extēſiuas non ſecus,quàm reliquæ iuris ciuilis partes (qualis eſt lex, aut cōſtitutio principum,aut edictum prætoris, & ſimilia) quod procedit non ſolum in conſuetudine generali illius regionis cuius dominus,& princeps ſuperiorem non recognoſcit,ſed etiam in conſuetudine particulari unius,aut alterius oppidi.ut iam oſtēdimus . Id quod in præſcriptione non eſſet,nam ſi in diœceſi aliena epiſcopus præſcripſiſſet decimas tritici,non extenderetur ea præſcriptio ad decimas ſimilium rerum, quale eſſet ordeum,& ſimilia, ut per eundem Aymonem, ubi ſupra. Quæ multum nota ad declarationem legis Tauri.45. Et generaliter quando ſtatutum,uel conſuetudo recipiat iuris interpretationem uidēdus eſt Accurſi. in l. fin.§.in computatione.C.de iure deliber.& in l.2.C.de noxalibus.gloſſ.in c.cum dilectus.de cōſuet.Antonius Rubeus.conſi.121.dominus Ioannes. col.1. Curtius Iunior,in l fin.col.pen.C.de edict.diui Adri.tollē. Cumanus,conſi.173.Galuanus. col.fin Iaſ.conſi.147. præ-

6 ſens conſultatio.col.10.lib.2.

Diſpenſatus ad teſt. andū intelligitur ſeruata ſolennitate formali, & iuſtitia diſponendi.

Denique licet in hoc teſtamento quod ex principis diſpoſitione fit ſit ſeruanda ſolennitas iuris communis, quę in reliquorum teſtamentis,qui iure communi teſtari poſſunt exigitur,ut hic,tamen dubitari ſolet, an id procedat quo ad ſolennitatem formalem,an uero, quo ad ſolennitatem ſubſtantialem, & ſimiliter an idem etiam ſit quo ad iuſtitiam contentorum in teſtamento,& magis eſſe uidetur, ut generaliter accipiatur cum generalis ſit huius legis diſpoſitio,unde ea triginta requiſita,quę in reliquorum teſtamentis neceſſaria eſſe diximus,in iſto quoque teſtamento neceſſaria erūt, & illa requiſita enumerabimus.ſupra li. 2.de ſucc. crea.per totum, in cuius principio omnia collegimus.

7 *L.Taur.31*

Simillimum eſt ꝙ cum iure regio per interpoſitam perſonam,cui mandatum dedimus teſtamentum facere poſſimus.l.Tauri.31.tamen interpoſita illa perſona meo teſtamento adhibere debet omnia ſolennia teſtamētorū,ut in l. 39.eod.uolum.in quo lex illa ſingularis eſt,ſecundum Michaelem Ciſontinum ibi,id quod ut nobis uidetur etiam ſi lex illa facta non eſſet per legem noſtram cautum iam retro fuiſſe intelligendum erat.

8 *Diſpenſatus ad teſtandū teſtam.factū poteſt reuocare de iure cōi,& regio*

Sed† teſtator,de quo in tex.noſtro, cui Imperator permodum diſpenſationis permiſſit teſtari , an potertt forte teſtamentū ſemel factum reuocare, & an eo reuocato poſſit aliud facere,mouet quæſtionem,ꝙ ea conceſſio per primum teſtamentum conſumi uidebatur.argu.l.boues. §.hoc ſermone.ff.de uerb.ſig.&.l.ſi quis heredē.C.de inſt.& ſubſti.Verum in contrarium moueor,quia uerba ſunt intelligenda,ſecundum ſubiectam materiam l.ſi uno.in princ.ff.locati.l.ſtipulatio iſta,§ hi qui,& §.hæc quoque.ff. de uerb. obliga. Vnde cum deambulatoria ſit ultima uoluntas,uſq; ad mortem.c.cum Marthæ,de celeb.miſſa.l.ſi mihi,& tibi, §.in legatis.ff.de lega.1.l.ſi quis in principio t ſtamenti.ff. de leg.3.princeps diſpenſando,ut quis faciat teſtamentum intellexiſſe uidetur ut cum ſuis qualitatibus teſletur, ſicq; illud quoties uoluerit ut mutare poſſit aliudq; eius loco ſufficere . Et in ſimili uidentur tenere Antonius Butrius conſil.30.caſus, Titius quidam, Decius conſilio. 512. cum reuerendiſſimus num.6.Romanus in l.diuortio. §. quod in anno.ff. ſolut. matrimoniō Calcaneus conſil.uigeſimo. iſta quæſtio.

Ad d.l.ſi quis heredem.C.de inſt.& ſubſti.cum ſimi. reſpon.quòd non procedunt quando primus actus fuit inualidus(quale eſſet in ſpecie noſtra poſt teſtamentum reuocatum)ita tenent Albericus & Bal.in utraque lect.in l.qui per ſalutem.ff.de iureiuran.per tex.ibi,& ad idem l.hęc cōditio filiæ.ff.de cond.& dem.& l.is qui heres, in prin.ff.de acqu.hęr. Id quod procedit de iure communi † at iure regio in caſu non admodum abſimile contrarium deciſum fuit per l.Taurinam. 35. ubi qui teſtamentum de mandato alterius facit non poteſt illud mutare licet id naturę teſtamentorum aduerſari uideatur, adhuc tamen etiam iure regio non dubitarim quin facultas teſtandi per principem incapaci conceſſam intelligeretur cum facultate teſtamentum mutandi & aliud eius loco reficiendi per noſtrum tex.Et ad l.trigeſimā quintā,ſupra alle. reſponderem ſeruandam in ſuo caſu neque ad noſtrum trahendam argu. l.ſi.ff.de calumniatoribus.

9 *L.35.Tauri. declaratur.*

Noto ſecundo ex tex.iuncta glo.† principis beneficium & conceſſionem ita interpretandam eſſe ut aliquid operetur.Ad idem.l.ſi quando.ff.de lega. 1. cum ſimi. Hinc eſt † quòd licet regulariter qui calendis ſibi dari ſtipulatur, de primis calendis intellexiſſe uideatur.l.eum qui calendis, ff.de uerborum obliga.tamen ſi partum ancillę , quæ ab hinc duos duntaxat menſes prægnans eſſe cœpit calendis Decembri , in eodem menſe ſtipulatus ſim non uideor de primis calendis intellexiſſe , ſed de ſequentibus ne aliter quid impoſſibile & ſic inutiliter ſtipulatus uidear contra.l. impoſſibilium,ff. de reg. iur.l.hæc ſtipulatio.§. diuus.ff.ut legatorum nomi. caue.l. non cogendum. §. Sabinus.ff. de procur.l.qui bis idem, ubi in ſimili late per Alex. & Iaſ.ff. de uerborum obligat. Ita in ſpecie ut de ſequentibus calendis non de primis intelligatur tenuit gloſſ. quam ibi ſequuntur Bar.Alberi.& alii communiter in d.l. eum qui calendis. facit in ſimili.l.ita ſtipulatus, in magna cum ibi late traditis per Doctores.ff.de uerb.obliga.

10 *Effectum in tuetur omnis interpretatio.*

11 *Terminus calendarum non ſemper intelligitur de primis.*

Hinc etiam deſcendit ꝙ ſi paterfamilias filio ſuo concedat fructus bonorum aduentitiorum (quos ad patrem pertinere ſcis.l.cum oportet & l.fin.C. de bo. quę liberis . & de bonis mater . fere per totum) licet ſi tempore conceſſionis erant aliqui fructus collecti in quibus ea conceſſio locum habere poſſet eos tātum fructus non ēt fructus reliquorum annorum pater conceſſiſſe uideretur ut tradit Alex.in l.diuortio.§.ob donationes,col.2.ff ſolu.matrimonio tamen ſi nulli fructus tempore conceſſionis extabant ad reliquos fructus ea conceſſio extenditur ne ſi aliter acciperetur inutilis rederetur ita Alexand. poſt Bal.ibi ubi ſupra.

12 *Fructus bo. adu.pater ſi lio conceſſit non ſemper à primis fructibus intelligitur.*

Hinc† & tertio deſcendit quòd fundi inſtructi legati appellatione licet regulariter ueniat ſolum inſtrumentum domini non etiam inſtrumentum coloni , tamen ſi in tali fundo legato nullum inſtrumentum domini erat,ſed tantū coloni , tunc de inſtrumento coloni intelligitur ne aliter intelligendo inutile redatur legatum quo ad illam inſtrumenti partem ut in l. fundus qui locatus. ff. de fundo inſtrum.

13 *Inſtructi fundi appellatione quid contineatur.*

Illinc † etiam uenit quòd licet in ſtipulationibus regulariter contra ſtipulatorem interpretatio facienda ſit l.ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus, ff. de uerborum obligat. l.ſemper in ſtipulationibus,ff.de reg. iuris. per rationem.l. Arrianus,ff.de act. & oblig. tamen ſi diſpoſitio inutilis rederetur , niſi in fauorem ſtipulatoris interpretatio fieret , tunc eius fauore ſit,ut tenet glo. & ibi Doctor. communiter in d.§.in ſtipulationibus per. l. quoties in ſtipulationibus,ff.eod.tit.& per d.l.ſemper in ſtipulationibus,ubi per Decium & alios.

14 *Stipulationis interpretatio , non ſemper fit cōtra ſtipulatorem .*

Hinc

15 *Fructus primi anni cuiusq; beneficij Papa episcopo concessit interdum ad annos seq. ea concessio trahitur.*

Hinc & quinto † si à summo Pontifice episcopo concessum esset propter debita ipsius exoluenda eiusque creditores satisfacendos, ut fructus primi anni cuiusque beneficij in sua diœcesi uacantis perciperet, certe si in primo anno nulli fructus nascerentur ad fructus anni sequentis ea concessio trahenda esset, ne aliter ea concessio operaretur nihil per supra dicta, de quo per Philippum Fran. Ioan. Andreę Archidiaconum, & Domini. in c. si propter, de rescript. lib. 6. qui in contrarium inclinari uidentur, de quo dic, ut statim.

16 *Iactum retis enim nihil piscium captum fuit ad. secundum iactum uenien- dum est. q. ard.*

Vnde & Sexto † si iactum retis emero, nec primo iactu quicquam piscium captum fuit uidebatur dicendum, ut ad secundum iactum eundum esset, ut quibusdam uidebatur, sed in contrarium inclinant Felinus in capitul. 2. columna secunda de treug. & pace Anchar. in dict. cap. si propter, columna fina. & ibi Ioan. Andr. in fin. per l. si iactum retis. ff. de acti. empt. l. nec emptio. ff. de contrahen. empt l. nam hoc modo, ff. de hæred. uel acti. uend. id quod ex modo, & quantitate pretij facilius colligi posset. nam si paruum erat ita respondendum esset, sed si ita magnum, ut æquiualeret reti etiam piscibus plenæ intelligerem actum tacite uideri utrinque, ut si uacuus esset, & inutilis primus iactus ad secundum ueniretur.

17 *Famulus lucretur mercedem tempo ris quo ægro tauit. arg. q.*

Nam & similiter † si conueni tecum ut tibi inseruirem famuli loco uno anno certa mercede constituta, & ad uersa ualetudine, seu morbo impeditus fuerim quo minus inseruire possem, non aliter satisfeciſſe uidebor quo ad mercedem pactam consequendam, quàm si altero tanto tempore anni sequentis inseruiam quantum in illo anno defuerat arg. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empti. & uendi.

18 *Conditio potestatiua in contractibus non habetur pro impleta, & si quis fa cit, quòd in se est.*

Neque ad rem pertinet, † quòd in cõditionibus potestatiuis implendis sufficiat ut quisque faciat, quod in se est. l. iure ciuili. ff. de conditio. & demonstratio. l. in iure ciuili. ff. de regulis iuris. nam illud procedit in ultimis uoluntatibus, sicque in concessionibus gratuitis non sic in actibus inter uiuos præsertim onerosis. Ratio differentiæ quia illo casu per talem benignam interpretationem nulli fit iniuria, nec est cur hæres conqueratur argumento. l. Iulianus. ff. si quis omi. ca. test. at hoc casu dum uis fauere famulo iniuriam facis domino à quo inuito mercedem extorquere cum ministerio famuli usus potitusq; non fuerit impar est, præsertim cum hæc res sui natura suppleri possit per anni sequentis seruitium, seu ministerium.

Hinc dicimus non tam plene interpretandos actus inter uiuos, quàm ultim. uolum. ut per gloss. approbatam in l. final. ff. de const. princ. multa per Ias. in l. quæ de legato. ff. de lega. 1. præsertim cum actus inter uiuos non erat gratuitus, sed respectiuus ut hic.

Hinc etiam dicimus ultimam moram nocere, quæ huic famulo sequenti anno inseruire nolente, & mercedem postulanti nocere debet.

Agnosco tamen quòd Felinus, in d. c. 2. Archi. Ioan. Andreę, & Dominicus, in d. c. si propter. in contrarium inclinant moti, quia sermo simpliciter prolatus intelligitur de prima uice. l. si quis hæredem. C. de institu. & substit. l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerb. sig. unde ad annum sequentem non uidebatur eundum, sed resp. quòd si utiliter ministrasset anno pacto ad annum sequentem ueniendum non esset non sic si inutiliter, uel minime inseruiret, præsertim cum in pari causa potior sit conditio possidentis. c. in pari de reg. iu. lib. 6 & uide Andr. Tiraq. in d. §. hoc sermone.

19 *Termini pro rogandi facultas, an de prima proro gatione intel ligatur, ar. q.*

Septimo eodem spectat, † quòd si in commisso termini prorogandi potestas data fuit, & in prima prorogatione lis non fuit decisa, tunc iterum potest fieri termini prorogatio, ne aliter ea termini prorogandi facultas data inutilis reddatur, ita tenuit Romanus in l. secunda, columna pen. ff. de re iudi. Georgius Natan. in repe. clem. primę de uerb. sig. colum. 60. uersi. sed stat circa hoc.

Contrarium tenet Speculator in titulo de arbitro, uers. sed quid si fuerit actum, §. excipitur, & ibi Ioannes Andreæ. in add. Bald. in cap. olim ex literis, colum. secunda de rescrip. Idem in c. fin. de consuetud. col. pen. Idem Bal. consil. 104. dilatio prorogatiua lib. 3. Alex. consi. 70. uiso consilio alias per me redito. lib. 2 Felinus in. d. c. 2. de treug. & pace, Socinus consilio 117. uisa & diligenter, col. 1. lib. 1. Decius in c. sua nobis, de appella. col. 1. Idem consilio. 512. cum reuerendissimus, col. 2. Idem Decius consil. 609. quęritur ex duobus, col. 2. Ias. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. solu. matrimonio, ut refert licet in priorem partem inclinet Andræas Tiraquellus in l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerborum sign. num. 65. uersi. trigesimosexto. Quid dicendum? & quidem priorem partem ueriorem puto, quia regula d. §. hoc sermone, in qua potissimum fundamentum eorum qui partem negatiuam tuentur repositum est, procedit secundum omnes ex legis interpretatione quæ contra uim, proprietatem, & generalitatem uerborum fit ex mente agentium, aliter enim uerba simpliciter aut indefinite prolata æquipollent uniuersali l. si pluribus. ff. de lega. 2. l. inter illam, ff. de uerbo. sign. l. si plures. ff. de lega. 3. l. placet, ff. de lib. & posthum. Vnde non est cur illa uerba compromissi ut terminus prorogari possit, non possint comprehendere & debeant etiam plures prorogationes, ut in eo tantum quæstio sit an ab hac uerborum ui & proprietate mens & sententia compromittentium cogat nos recedere; quod minime dicendum est, cum nullorum magis interfit quam ipsorum compromittentium ipsam litem finiri, argum. c. finem litibus, de dolo & contum. & quia in dubio nullus uelle præsumitur actum inanem facere uoluisse l. 3. ff de mili. testam. l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procurat. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. ut lega. nom. cau. & quia omnis actus omnisq; dispositio est interpretanda ita ut aliquid operetur & ut sortiatur effectum. l. quoties in stipulationibus cum simi. supra allega ff. de uerbo. obliga. etiam si per hoc recedatur a proprietate uerborum. dict. le. fundus qui locatus, ff. de fund. in instr. & instru. hic in tex. iuncta glos. cum simi. supra & infra allegandis, quanto ergo magis id procedet in specie nostra ubi per hoc non recedimus a proprietate uerborum. sed potius eam sequimur actumque utilem facimus. & si contrariam partem sequeremur & actum inanem faceremus & a proprietate sermonis abscederemus. Limita nisi dolo aut culpa considerabili ipsius arbitri argueretur ut diutius in lite moraremur. nam tunc opinio contraria procederet, quę hoc casu posset saluari, non tam ex ui sermonis quam ex iusta, & æqua legis interpretatione, argumento. d. §. hoc sermone, & argumento. leg. non distinguemus. §. quęsitum. ff. de arbitris. quod in specie admittunt Romanus & Georgi. Natan. ubi supra.

20 *Executor datus ad quẽ m possessionẽ mittendum si missus sit de iectus ita rum potest eum mittere, ar. q.*

Octauo huc etiam pertinet † quòd si mandatum executori datum sit ut aliquem mittat in possessionem eumque in ea tueatur, si missus ille fuerit in possessionem semel sed postea expulsus ab aduersario fuerit, ille executor poterit eum iterum in possessionem mittere, neque illa facultas extincta aut consumpta uidebitur per primam missionem, eo quòd uerba mandati illius intelliguntur cum effectu & duratione ita ut suum effectum operentur ut quibusdam placuit, licet in contrarium inclinent Archidiaconus in cap. si cui, de præben. libro sexto, & ibi Ancharanus column. secunda. Ioannes Andreę, & Abbas in cap. pro illo, column. prima, de præbend. in decretalibus, tangit Dominicus in dict. capitu. si cui, & Abbas in tractatu Basilien si quoniam ueritus, primo dubio, argumento dictę l. g. si quis hæredem. C. de institutio. & substitutio. quasi illud mandatum esset in prima missione consumatum ut ibi & dict. le. boues. §. hoc sermone, ff. de uerborum significatio. sed quia hęc res in usu forensi frequentissima est, nam quotidie iudices supremi solemus dare mandatum executoribus ut mittant, & missos tueantur in possessionem eos in quorum fauorem sententias dedimus. Considera nam si mandatum illius executoris habebat terminum definitum, ut plerunque fit, tunc finito illo tempore licet missus in possessionem sit ab aduersario deiectus, non poterit eum tueri, aut denuo possessionem mittere argumento. l. cum prætor. de iudi.

& quia ad tempus permiſſa poſt tempus uidentur prohibita lege prima.l.quod ſponſæ.C.de donatio.ante nupt.& eſt notum &c. Verum ſi tale mandatum non habebat tempus definitum aut limitatum talis executor poterit iterum & pluries per totum tempus uitę ſuæ quoties opus fuerit eundem ſi dejectus fuerit mittere. ut hic text. cum glo.cum ſimi. ſupra allegatis. Verum poſt mortem executoris ſi dejectus fuerit, tunc ad ordinarium iudicem recurrendum eſt, & ita ſunt ad concordiam reducendæ opiniones ſupra relatæ.

21 *Naturale debitum de bitu appellatione interdum cõtinetur.*

Nono illinc etiam deſcendit quòd † licet debiti ſimpliciter prolati appellatione, intelligatur debitum ciuile & naturale, & ſic exigibile le. ſi is cui. §. Flauius. ff. de ſolu. tamen ſi quod ſeruo ex cauſa forte peculii debeo legauerim de debito naturali tantum intelligitur, argumento legis quibus diebus.§.dominus. ff. de conditionib. & demonſtrationibus. ubi ita notat Socinus. nam cum ſeruo ciuiliter debere nihil poſſem, ſed tantum naturaliter lege quod attinet, ff. de regulis iuris iuncta. le. manumiſsiones. ff. de iuſt.& iure,&.l.ſi id quod.ff. de conditio.indebiti &.l.frater a fratre, uerſic. naturalem, ubi plene per Iaſonem.ff. de condition. indebi. ſupereſt ut indeto tantum naturali ea diſpoſitio uerificetur ne aliter inutilis foret.

22 *Naturalis poſſ. contine tur quando ſeruus poſſidere ſibi licere ſtipulatur.*

Decimo eodem pertinet quòd † licet is qui ſibi habere licere ſtipulatur iure domini regulariter intellexiſſe uideatur ut in le. poſſeſsio. in principio.ff.de acquirenda poſſe.& in l.ſtipulatio iſta,in principio. ff. de uerborum obligationibus. tamen ſi ſeruus qui dominii incapax (ut modo docebamur) eſt, ſibi habere licere ſtipuletur, de ſola poſſeſſione naturali cuius capax eſt intellexiſſe uidetur. ne alias nihil ea ſtipulatio operaretur, ita tenent glo. & communiter Doctor. per text.ibi in d. l. ſtipulatio iſta.§.hi qui,& §.hęc quoque. Idem foret ſi poſſidere ſibi licere ille ſeruus ſtipularetur ut ibidem.

23 *Bo. po. hæredis appellatione interdum cõtinetur.*

Vndecimo,illinc etiam profectum eſt quòd † licet hęredis appellatione bonorum poſſeſſor proprie non contineatur ut in.§.quos autem,inſt.de bonorum poſſeſſio.& eodem titulo l.2.in princip. tamen ſi teſtator legauerit ſub hac conditione ſi patronus (quem hęredem non ſcripſerat) hęres non eſſet,intelligitur ſi bonorum poſſeſſor nó extiterit.l.quibus diebus.§.dominus.ff.de conditionibus & demonſtrationibus:quia cum per prætorem tantum ad cõtra tabulas bonorum poſſe.uocetur ut per totum.C.de bonorum poſſe. contra tabu.liberti.& per totum.ff.de bonis lib. per totum inſt.de ſucceſsio.libertorum.de iure autem ciuili contra liberti teſtamentum nihil dicere poſſet,ſuper eſt ut illa conditio ſi patronus hæres non erit, in ſolo bonorum poſſeſſore non etiam in hærede de iure ciuili in terminis illius text. poſſet uerificari.ne aliter fruſtra adiecta uideretur contra noſtram regulam cũ ſupra allegatis. unde apparet non iuſte.d.§.dominus allegari a Bar.& a reliquis Doctor.in le.prima.§.bonorum.ff.ad Trebellian. ad hanc concluſionem quòd appellatione hæredis continetur etiam proprie bonorum poſſeſſor, nam ibi non ex ui & proprietate uerborum continetur, ſed magis contra proprietatem uerborum. ne diſpoſitio pereat, ut alibi plenius differimus contendentes illam communem opinionẽ contra quam multi inſurgunt ſuſpectam eſſe.

24 *Fratribus legatum relictum propriis fratribus non etiã patruelibus debetur*

Duodecimo eodem tendit, ſcis quòd † legatum relictum fratribus intelligitur de propriis ſtatribus nó etiam de fratre patrueli ut eſt receptior opinio quam tenent Iacob.Botriga.& Bal.in l.iuuemus.§.fin.C. ad Trebel. Barto. in l.Lucius.§.quęſitum.ff.deleg.3. idemq; in ſtatuto de fratre loquente ſecundum Bald. & Butriga. Idem Bald. in le. uxor. C. qui accuſa. non poſſ. & in cap. primo de feudo. marchię.& in cap.quæ in eccleſiarum.colum.penultim. de conſtitu.Angel.in le. prima.ff. de inofficio. teſtamen. idem in authentica matri & auię C. quando mulier.tutel. offic. fung. poſ. Socinus conſilio. 25. uiſo ſtatuto ciuitatis culumna prima,libro tertio Iaſo. conſilio 205. in regia ciuitate,libro.2.Corneus conſi. 92. uidetur in hac conſulta tione lib.3.cõl.2. Curci. Senior.conſi.9.Ticinenſi ſtatuto. Alexand.in l.ſi mater.prima.C.de ſucceſſo.edito.& ibi Iaſ. colum.2.Alexand.conſi.97.uiſo themate,lib.2.& conſi.204. conſideratis,eodem libro,& conſilio.221.ponderatis uerbis, libro ſexto,columna prima.Roma.conſi.16 uiſo themate,col.1.

Contrarium tenent Ioannes Andrę.ad Specula.de ſucceſſio. abinteſtato, columna prima.Bald.in leg. ſcimus.in principio, columna fin.C.de inofficio.teſtam.Angel.coſin. 389.totum iſtud.colum.2.Roman.in l.1.C de ſucceſſo.edi. Alexand.conſi.36. uiſo, colum.2.li.6. & conſi.88. circa primum.eod.lib.

25 *Patrui appellatione in ſtatuto, uel legato proximiores continentur niſi in caſu.*

Item &.13.ſcis, quòd ſtatutum loquens de patruo intelligitur de patruo proximo non de remotiore, ſicque de fratre patris non de patruo magnó,ut tenent Bald Angel. Iacob.Butrig.Salicetus,Fulgoſius,Paul.Caſtr. Alexand.& alij communiter in l.1.C.de ſucceſſo.edi. Andræas Tiraq. in l.boues.§.hoc ſermone.nume.86.ff.de uerb.ſig.qui allegatur Socin.conſi.30.quanuis,col.7.Corn.conſi.92. col.3. lib.3.Alexand.conſi.104.col.3.lib. 2. Modo ſic tale talia ut ſtatuta quando non eſſet patruus proximus, intelligerentur de patruo magno, & quando non eſſet frater proximus,intelligeretur de fratre patrueli,ne aliter nil omnino ſtatuta ſperarentur etiã ſi per hoc recederemus à proprietate ſermonis per tex.noſtrum iuncta ſua gloſ.cum his quæ ſupra diximus,& ita poſſunt & debent conciliari contrariæ ſententiæ. ſupra relatę neſcio an mens Doctorum alio tenderet.

Vnde in exemplo de legato fratribus relicto ſi erant fratres proximi teſtatoris,& etiam fratres patrueles, ad fratres proximiores non etiam ad fratres patrueles tale legatum diceręt pertinere,quòd ſi fratres patrueles eſſent,proximiores uero fratres non eſſent etiam tempore teſtamenti,tunc ad patrueles pertinere reſponderem,& ſi ſtatutum iuberet, ut bannitorum fratres exules fierent urbeq; pellerent (quod ſtatutum odioſum eſt,ut patet) ad fratres tantũ proximos non ad remotiores quales ſunt fratres patrueles pertinere exiſtimarem,quòd ſi Titius bannitus eſſet,& ſtatuto ſuę ciuitatis iuſſum eſſet fratres Titij banniti illius exultare,tunc ſi ille fratres proximos non haberet,ſed tantum patrueles,tunc etiam ad patrueles id ſtatutum ſpectare dicerem,utcunque odioſum,ne aliter ſtatutum ocioſum eſſet,& inane contra tex.cum gloſſ. noſtra cum ſimi. ſupra. allegat.quòd ſi ex forma ſtatuti exules modo erant omnes agnati,& cognati bannitorum non ſecus, quam ipſemet banniti,& fieret ſtatutum,ut fratres, uel patrui bannitorũ reducerentur impune ad ciuitatem, ita ut exules eſſe deſinerent,tunc non ſolum ad fratres,& patruos proximiores, ſed etiam ad remotiores quales ſunt fratres patrueles, & patrui magni id ſtatutum pertinere contenderem.tũ quod eſt fauorabile,tum & fortius quod in utriſque par ratio eſt imo ſi aduertis maior ratio eſt in fratribus, uel patruis remotioribus bannitorum,quam in proximioribus. nam cũ non ſuo,ſed bannitorum odio ſui agnati, & cognati exularent euenit,ut quo remotiores eſſent eo durius eſſet eos exulare,& tanto mitius,& facilius eos in urbem reuerti,& ita in ſpecie,ut ibi eſſet eadem ratio ibi etiam remotiores & fratres patrueles ſtatuto comprehendi uiderentur ſentiunt Alexan.dict. conſi.36.& nonnulli eorum quos ſupra retulimus.

Hactenus quando ſtatutum fauorabile, item etiam, quando erat odioſum, at quid ſi eſſet medium, ſicque nec odioſum, neque fauorabile. Veluti ſi ſtatutum eſſet, ut ſi teſtator fratres haberet,& nihil omnino eis in teſtamento reliquiſſet, tunc ad fratres petineret quinta, aut forte ſexta pars illius hæreditatis, de qua ageretur, quo caſu, & ſi aliqua ex parte coangustari uideatur libertas teſtandi contra legem primam. C. de ſacr. eccleſi. tamen pium eſſet fratribus ſubueniri, qui ad omnia neceſſario iure ueteri uocabantur ante quam teſtandi facultas ueluti per diſpenſationem contra principia iuris naturæ lege poſitiua data fuiſſet, diximus.§.lib.1.

§.1.in

§.1.in princ.de ſucceſſ.creatio.ideoq; tale ſtatutũ nec odio ſum,nec fauorabile eſſe diximus,ſed medium tenere quaſi hinc inde odij,& fauoris facta compenſatione,& hoc caſu dicerem tale ſtatutum proprie intelligendũ,ſicq; ad fratres tantum proximiores,uel patruos non etiam ad remo-

26 tiores (quales ſunt patrueles fratres, uel patrui magni.)
Improprium eſt quòd profertur cum inſolita adiectione demõſtrandi gratia. extendendum, † quia id ſuadet proprietas uerborũ a qua in dubio non eſt recedendum.l.non aliter.ff.de leg.3.l.uni ca.§.ſin autẽm ad deficientis.C.de cad.tollẽ. & quia quid quid proferetur non ſimpliciter ſed cum aliqua adiectione ad ſui demonſtrationem neceſſaria, id non proprium eſt, ſed improprium.l. hoc legatum.ff.delega.3. declarat Iaſo. poſt alios in l hac conſultiſſima,§.ex imperfecto, col.fina. C.de teſtam.unde ſi ad fratres demonſtrandos adijcis patrueles,& ſi ad patruos demonſtrandos adijcis magnos plane oſtendis improprie eos eſſe patruos,uel fratres.Itẽ etiam quia ſecundum Philoſophos. Verba ſunt intelligenda per prius,non per poſterius.d.l.hoc legatum,ff.delega. 3.ubi notat Bartol.l. qui hæredi.ff.de condi. & demon. in prin.ubi notant Ioann.Imo.& Socin.not.4. unde ſi tale ſtatum intelligatur de fratribus,uel patruis primis proprie in

27 telligetur non ſic ſi de remotioribus.
Tutela interdum accedit annos.14 Quartodecimo facit,† quòd licet tutela intelligatur uſq; ad annos x i i i i. in maribus, & fœminis uero uſque ad duodecimũ,ut inſtituta quibus modis tut.fin.in princi. tamen ſi ei, qui exceſſit decimum quartum annum tutoremdedi uſque ad annos x v i i i. intelligitur ea cura, idq; etiam conditionalibus diſpoſitionibus,in quibus uerborum proprietas ſummopere ſeruanda eſt.l.qui hæred.in princi.l.Mæuius,de condi.& dem.ff.ita probat l. pater.§.1.

28 ff.de cond.& demon.
Iuris ignorãtia interdũ præſumitur Quintodecimo facit,quòd licet iuris ignorãtia nõ præſumatur.l.leges ſacratiſſimæ.C.de legibus.tñ legum ignorantia potius pſumitur,quàm diſpoſitionis fruſtratio.text. ſingu.in l.Lucius.§.Item Lucius.ff.de teſta.milit.

Decimo ſexto hinc etiam effluxiſſe,& illud uidetur, q impoſſibiles conditio.rijciuntur,de ultima uoluntate ne diſpoſitio nihil operetur.l.3.de condi.& demon.l.1.l.conditionis.l.filius.de cond.inſt.ff.Lucius.de condi.& demon.

29 §.ſi impoſſibilis,inſtituta de hæred.inſtituen.
Augmenti cauſa inducta interdũ operatur diminutionem. Decimoſeptimo facit quòd † licet inducta ad augmentum non operentur diminutionem.l.legata inutiliter, deleg.1.in l.legata inutiliter.ff.de adimen.lega.id tamen fallit ſi alias diſpoſitio nihil operetur.l.denique.§. interdum. ff.de pecul.leg.

Decimo octauo facit quòd licet nullus præſumatur iactare ſuum.l.cum de indebito.ff.de proba.tamen ſi hæredi legitimo ex teſtamento deferatur hereditas,iſq́ eam ab inteſtato repudiauerit cenſetur eam etiam ex teſtamento repudiaſſe,quia alias ab inteſtato repudiatio facta ualere

30 non poſſet.l.illud.ff.de acqui hæred.
Poſſeſſio uera inhærede an ſine apprehenſione trãſire poſſit ard. quæſt. Decimonono † ſuperioribus aſſine eſt, quod diſputat Aretinus.in l.1.in princ col.8.uerſi.ſed remanet.ff.de acqui. poſſeſſ.quod & ipſe ſentit. in l. qui uniuerſas. §.1.in fin.& iterum in §.quod per colonum.in ſecundo notabili.ff.de acquiren.poſſeſ.Caſſaneus.in conſuetu.Burgundiæ,titulo de ſucceſſiones.§.1.gloſſ.1 aiunt enim quòd ſi ſtatutum eſſet, ut poſſeſſio in hæredem ipſo iure intelligeretur tranſlata, tunc licet reuera poſſeſſio ſine actu aliquo naturali apprehenſionis quæri non poſſit,ut in l.1.in princ.ff.de acquir. poſſ.& in l.denique,ff.ex quibus cau.maiores.l. qui uniuerſas.§.quod per colonum.ff.de acqui.poſſeſſio.tamen ſtatutum tale non definit ſuſtineri quaſi uideatur præambula quædam eademq; ficta poſſeſſionis apprehenſio,uel traditio præceſſiſſe ne aliter (contra noſtram regulam cũ ſupra allegatis)id ſtatutum inutile eſſet nihilq; operaretur.

Cæterum ſi ſtatutum nominatim uellet ut talis poſſeſſio acquireretur nullo omnino actu uero, aut ficto interueniente,tunc tale ſtatutum non ualeret, quaſi quid impoſsibile contineret ſecundum ipſum Aretinum, & ſequaces quod ultimum non eſt recipiendum, quia etiam ſi recedamus à proprietate uerborum adhuc tamen interpretatio facienda eſt ad ſtatutum eiusq; diſpoſitionem conſeruandam ut hic cum mille ſimilibus allega.ſupra.Nec dubium eſt quin ſatis ſanam interpretationem hac in re facere poſſimus quandoquidem mentem ſententiamq; ſtatuentium eam fuiſſe intelligendum eſt ut omnes omnino effectus quos lex ciuilis politiua condonauit, & accommodauit poſſeſſioni ueræ perq; actus naturales, aut corporeos acquiſitæ,huic quoq; poſſeſſioni qua de agimus conceſſi, condonati, & accommodati uiderentur. ut ſic uirtualiter ac in effectu, & utilitate hæc poſſeſſio per tale ſtatutum tranſlata non minor aut minus utilis eſſet quam ſi per actus naturales queſita foret. id quod lex poſitiua, aut ſtatutum dubio procul facere potuit. l. nihil tam naturale.ff. de regu.iur.c.omnis res,de regu.iur.§.ſed naturalia,inſt.de iure natu.l.1.§.pen.ff.de lega. 3. Itaque tale ſtatutum ualere, itaque interpretandum eſſe ut ualeat potius quam ut pereat, plus quam manifeſtum eſſe debet, & in eo tantum quæſtio erit † qualis aut quanta cuiusq; uis uirtutis & 31
potentiæ ea poſſeſſio eſſe uideatur.nos autem dicimus pa- *Poſſeſſioni per ſtatutũ ſine apprenſione tranſlatæ dãtur interdicta poſſeſſoria.*
ris eſſe potentiæ ac ſi per actum naturalem, & corporeum queſita fuiſſet,ut ſic interdicta ſiue adipiſcendæ,ſiue recuperandę,ſiue retinendæ,quæ poſſeſſioni per actum corporeum quæſitę competere ſolent, & huic poſſeſſioni non denegentur & cætera id genus, ſicq; ex ui talis poſſeſſionis,& inchoari,& continuari, & perfici poſſit uſucapio iuſta.l.3.ff de uſucap.c.ſine poſſeſſione, de regu. iuris lib.6.l. unica.C.de uſucap.tranſ & in prin.inſt.de uſucap.tit.generali, & quòd competant talia interdicta firmant Decius conſil.84.excellentiſſimi col.1.& 2.Iaſ. conſil.85.lib.3. col. 2.Soci.in l.rem qnæ nobis.nu.13. q.5.ex cuius relatione uidetur hæc communis opinio.

Vnde † cum per Taurinam.l.45 incip. mandamos que- 32
las coſas, ſtatim poſt mortem illius qui maioratum ſeu pri- *Poſſeſſioni q̃ ipſo iure trãſit in ſucceſſorem maioratus competũt remedia interdictorũ*
matum habebat rerum omnium ad talem maioratum pertinentium poſſeſſio ciuilis & naturalis tranſeat ipſo iure in eum qui poſt defunctum illum ad talem maioratum inuitatus fuerat, dicendum eſt in eum poſſeſſionem pleniſſimã ſine ullo actu corporeo ex diſpoſitione illius legis tranſferri. Pleniſſimam autem poſſeſſionem accipere debemus non prout eſt facti, ſed prout eſt iuris. ut ſic ea poſſeſſio proſit quo ad omnes effectus utilitatesq́ quæ a legibus poſitiuis poſſeſſioni per actus etiam naturales acquiſitæ accommodantur optimus text. in l. ſi filius. ff. ſi quis om. cau.teſt. ſecundum Socin.conſilio primo, colum. ſecunda, lib.1.

Vnde ſi † quando contigerit ut in maioratu ſuccedat 33
legitimatus (quod fieri poſſe & tenet Bart. circa finem in *Maioratus poſſeſſorẽ trãſit in ſucceſſorẽ ipſius diſpenſatiue ſuccedentem.*
le.Gallus. §. & quid ſi tantum. ubi prope finem diſputant Alexand.Iaſon. Lancel.Galiaul. & Fortunius.ff. de libe.& poſthum.& nos plene diximus in cap.primo,lib. primo,& ſecundo controuerſiarum) in eum ex ui dict.le.quadrageſimę quintæ, & dictorum ſtatutorum reſponderem tranſlatam uideri pleniſſimam (prout iuris eſt) poſſeſſionem quo ad omnes omnino legum poſitiuarum utilitates & effectus. non ſecus quam ſi is legitimus natus fuiſſet licet in ſimili in contrarium inclinent Bald.conſil. 102. conſiderandum,libro quarto,& alii multi de quo infra plenius.

Deniq; iuxta iſtam partem generaliter quero an quemadmodum Princeps poteſt diſpenſare, ut ualeat teſtamentum, eius qui alias erat inteſtabilis, ut hic, & facere quòd eius hereditas,utiliter adiri poſsit,ita quoq; facere poſsit ut rerũ hæreditariarum poſſeſsio ipſo iure tranſeat in heredem ẽt ſine ullo actu corporeo, & quid ſi id cautũ eſſet ſtatuto uel conſuetudine introductum? qua in re partẽ negatiuã vñr tenere in ſtatuto & conſuetudine Bal.in l.1.in pr. C.commu.delega. dicens idẽ quoq; eſſe ẽt ſi id lege cautũ eſſet niſi interueniret aliqua ſaltem ficta traditio,ut in terminis legis.quod meo.ff.de acqu.poſſ. & in terminis.l.qſquis.C.de donatio.& in terminis.cap.2.de conſuetu. ſentit idem Bal.in c.eccl.ueſtra.in fi.de electio.Bar.in l.ſi is qui ,p emptore. col.4 ff.de uſucapio.Matthæus Affl.deciſ.Neapoli.239.alia conſuetudo.col.fin.uerſ. nec obſtat illud. Alex.

consi.83.in prin.uisa facti narratione. lib.2. Barba. in additioni.ad Bal.in l.fi.col.2.C.de sacrosanct.eccle.Areti.in.l.1. in princ.ff.de acquiren.possessio.in simili per Iaſ. col.41.in d.l.ſi is qui pro emptore.

Contrariam partem ut per legem,principem, ſtatutum, uel conſuetudinem talis poſſeſſio poſſit transferri. tenuit Bal.& Angel col.1.in.l.licet.C.de acquiren.poſſ.Bal.in l.de quibus.col.10.ff.de legibus.& in.l. ſi.col.2.C. de ſacr.eccl. Idem Bal.in.l.ea lege.C.de condi.ob cauſ.col 4. Idem in.l. traditionibus.col.ſi.C.de pact.Idem in l.1. col.2.C. ſi plures una ſenten.& in.l.Sancimus.§. cum autem.C. ad Treb. Andr.Tiraquel.de morte in præfatione,declaratione.6.qui allegat Bal.in c.contingit.col.2.de dolo. & contuma. et in rubr.de conſuetud.col.3.& in c.cum ueniſſet,col.2.de reſt. ſpolia.& in conſil.436.quidam creditor.Bart.in l.cum unus §.ſi.de bonis.autori.iudi. poſſ. C. Angel.in d.l. ſi is qui pro emptore.col.3.& ibi Cumanus.col.5.& ibi Iaſ.col.23.uerſ. 3.inquantum.Angel.in.l.qui unuerſas.§.1. & ibi Imola. & Alex.in prin.d.l.ſt.de acquiren. poſſe. Romanus.& Alex. & Areti.& Claudius.& Fran.de Ripa. in l.1.in princ.ff. de acquiren.poſſeſſio.Paul.Alex.Corneus.Iaſo.& Iacobinus.de ſancto Georgio.in.l.ſi ſorori.C.de iure delibe. per l.raptores.in uerbo.pleniſſima poſſeſſio.C. de epiſco. & clericis. ubi Bart.& per.l ſi adoptauero.ff.de precar.& per l.primã ff. pro ſocio. & inc. ubi periculum.§. præterea.de electio. lib.6.& in.c.1. de dolo & contu.quem tex. dicit notabilem Anchara.ibi in ſecundo notabili.tex.in c.contingit.eod.ti. qua de re per Gomeſium.Aries & Micha.Ciſon.& Pal.ruui.in l.Taurina 45.incipit mandamos que las coſas. p Andre.Tiraquell.de morte in 6. declar. qui plures allegat,&

34 hac in re conſidera quòd dominium eſt de iuregentium ut
Poſſeſſio ex apprehenſione nat. et ex poſſ.dominũ querebatur. in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure.§.ius autem gentium inſt. de iure natur. Idq; dominium inſpecto eodem iure gentium ex naturali poſſeſſione uel per interuentum naturalis poſſeſſionis acquirebatur, ipſa autem naturalis poſſeſſio ex corporea apprehenſione uel per interuentum apprehenſionis corporeę aliumve naturalem actum iuregentiũ acquirebatur argum.l.1.in princ. ibi dominiumq; rerum ex naturali poſſeſſione cœpiſſe & ibi quaſi a ſe dum poſitione iuncta,l.quemadmodum & l.qui unuerſas.§.quod per colonum,ff.de acq.poſſ.l.denique,ff.ex quib. cau. maiores.

35 Poſtea † autem ſucceſſit ius ciuile quod induxit ut do-
Dominium iure ciuili, ut quæratur minium acquireretur ex ſola legis diſpoſitione in quibuſdam ſpeciebus ſine ulla corporea apprehenſione, ut in l.a Titio,ff.de furtis.l.cum pater.§.ſurdo.ff.delega.2.l.ſi.C. de leg.l.cum heredes,in prin.ff.de acq.poſſe.l.fin C.de ſacro. eccleſi.cum ſimilibus congeſtis per glo.& Doctor. preſertim per Deciũ, Alciatum,Ruminal.& alios in l.traditionibus.C.de pact.Dominium enim eſt quid iuris unde etiam in uſufructu quod eſt incorporeum muiſibileque cadit dominium.l.qui uſumfructum.ff. ſi uſusfruct. pet.l.final.ad medium. C. de long. temp. præſ. ſicque cum dominium eſſet merum inuentum iuris ciuilis potuit ius poſitiuum liberrime de eo diſponere. In his enim quæ iuris ſunt lex habet omnimodam liberrimamque poteſtatem, nec tũc procedit per modum fictũ aut pictum ſeu impropriũ, ſed uere & naturaliter. quia nihil tam naturale eſt quam unumquodque eo modo diſſolui quo colligatum fuit. l. nihil tam naturale, ff. de regulis iuris cap. omnis res, de regulis iur.l.final.ff.de acceptil. §.final. inſtitut. quibus modis tollitur obliga.§.ſed naturalia, inſtitu. de iure naturali. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure ut tradunt omnes in dictis locis.

36 Et in ſpecie q̃ † in iis quę iuris ſunt ius ciuile aut poſi-
Lex in iis quæ iuris ſunt operatur proprie licet utatur uerbis impropriet.atem denotantib. tium habeat poteſtatẽ & ſemper intelligatur uere & naturaliter diſponere ſiue inducendo, ſiue perimendo, aut tollendo etiam ſi utatur uerbis fictionem improprietatem,aut imaginem denotantibus,tradunt Bar.conſilio. 62. punctus talis eſt. Idem Bartol. & communiter Doctor. in le. ſi is qui pro empt. ff. de uſucap. Bald. per text.ibi in l.in rebus,ad finem.C.de iure doti. Corneus conſilio. 244. memini ſuperioribus,col.ſecunda.libro.3 Andr. Tiraquel. in tract.nobilitatis.c.15.num.17.uerſi.hoc amplia. Idem in quæſt.34.in tract.primogeniorum, et in tract.de morte declaratione 6.nu.8.

Succeſſit etiam poſtea ius ciuile quod induxit,et poſſeſ- 37 *Poſſ.ignorãti interdum quæritur.*
ſio.ſeu ius poſſeſſionis citra ullius actus corporei interuentum poſſet acquiri in non paucis iuris ſpeciebus,quale eſt inrerminis.l.uni.C.de raptu uirginũ in uerb.pleniſſima,cũ alijsiuribus.ſ.allegatis,ut licet olim poſſeſſio non aliter acquiri poſſet.quàm per interuentum corporis, & animi, id quod & hodie obtinet regulariter,ut in d.l.quemadmodũ cum alijs.ſ.allega. tamen hodie in non paucis ſpeciebus ignoranti,& dormienti acquiratur etiam ſine ullo corporis,aut animi interuentu,ut dd.ll.ut ſic poſſeſſio in his caſibus non tam facti,q̃ iuris eſſe uideatur:non ſolum poſtq̃ eſt in eſſe producta,ſed etiam dum eſt in fieri,uel dum producit ineſſe,licet regulariter dum eſt in fieri facti eſſe dicatur,iuris uero poſtquam eſt in eſſe producta,ut tradunt cõmuniter Doctores,in d.l.1.in prin.& in rubr.ff. de acquir. poſſe.& in l.1.C.eod.

Cum ergo uiderimus poſſeſſionem poſſe transferri per legem,principem,ſtatutum,uel conſuetudinem proximum eſt,ut uideamus†an talis poſſeſſio ſic ſine ullo actu corpo- 38
reo acquiſita ſit uera,& propria;an ficta,& impropria,qua *Poſſeſſ. ſine actu corporeo quæſita an ſit uera, ard.q.*
in re uariæ fuerunt ſententiæ.nam alij tenent quòd eſt ficta & impropria,ita Bal.in authen.defunto,col.2.C ad Tertull.Guiliel.de Cuneo.in l.ab emptione.ff.de pact.Andr.Tiraquel.de morte.5.part.declaratio.prima,qui allegat Barb. in repeti.rubr.de cauſa poſſe.& proprieta. et Bald.ibidem. col.2.Idem Bald.in rubr de conſuetu.ead.col. & in conſil. 330.ſtatuto cauetur.col.2.Idẽ Bal.in c.item cũ quis col.1. de reſti.ſpolia.Alexan.conſi.37. in cauſa mota.lib.1.Barba. conſi.58.ſapienter dixit.col.ant. penul.lib.2.Alex.conſi.82. perſpectis.col.2.lib.2.Alciat.de præſum.par.1.præſumptione.3.col penul.Decius.conſi.84.excellentiſſimi.col.1.Iacobi.de Santo Georgio.in l.ſi ſorori.C.de iure delibe. Afflitus in c.1.col.2.de controuerſia.inueſtituræ, inter maſculum & fœmi.Decius.conſi.467.bene & conſulte.

Altera fuit opinio exiſtimantium quòd transfertur uera poſſeſſio per modum fictum,ut tenuit.Socin.in l.rem quæ nobis q.5.ff.de aqui.poſſ.ſentit Bar.in ſimili.in l.quod meo, in princ.ff.de acqui.poſſe.Idem Bart.Bald.Angel. & Fulgo. in l.ab emptione.ff.de pactis.Paul.Rom.& Alex.in d.l.quod meo,in prin.Barba.in c.2.col.pen.de conſuetu.Gulielmus. Bene.in c.Raynutius,de teſtam.uerbo.mortuo itaq; teſtatore.2.nu.72.Carolus Ruinus.conſi.18.primo, & principaliter.col.fin.lib.1.Anto.conſi.20.nulla mulier.prope finem. Bald.in cap.contingit.de dolo,& contu.Decius.conſi.467. bene & conſulte.col.3.Ripa reſponſorum.cap.primo defunto nouiſſime.nu.87.

Tertia fuit opinio,ut hæc poſſeſſio reſpectu poſſeſſionis ciuilis uera ſit,non ſic reſpectu naturalis poſſeſſionis, ita Claudius.in l.1.in prin.columna quinta.ff.de acquirend. poſſeſſio.

Quarta fuit opinio Barba in c.2.col.8.de conſuetud. ut talis poſſeſſio uera ſit ſi nullus alius reperiatur in poſſeſſione, diuerſum eſſet ſi alius in poſſeſſione repertus fuiſſet.

Quinta eſt opinio, ut talis poſſeſſio dicatur mere ciuilis. Bartol.in lege prima, in princip.ff.de acquirend.poſſeſſio. Angelus in l. licet C.de eodem titulo. Ancharan. in cap.2.columna prima,& ibi Barba.columna octaua, de conſuetu.poſt.gloſſ.quam dicit ſingularem,in l.raptores.in uerbo.plenam poſſeſſionem.C.de epiſco.& clericis.

Vltima fuit opinio exiſtimantium talem poſſeſſionem ciuiliſſimam eſſe.ita Angelus,in lege prima.ff.de diſtra.pignorum.Roman.in lege prima in principio,columna ſexta ff.de acquirend.poſſeſſio.& ibi Alexand. columna decima quinta,& Aret.columna nona.& Claudius columna quinta,& Iaſon lectura prima,columna antepenultima,& colũna.16.in lectu.2.ubi Ripa.col.10.

Quid dicendum?& quidem quòd per modum fictum uera poſſeſſio transferatur aut acquiratur mihi fere impoſſibile

ſibile uidetur, non ſecus quàm ſi contenderes ut homo pictus hominem uerum oneret, aut arbor picta fructus corporeos produceret, aut umbra corpus animatum, unde in ſpecie noſtra ſi uera poſſeſſio eſt, uerum quoque erit modus acquirendi, ſi ficta fictus, unde recedendum eſt ab opinione ſecundo loco ſupra relata, ita olim nobis ſententia ſedebat quam continuo refutabimus.

39 *Dominium ut acquiratur.*

Et cum † dominium licet regulariter non aliter acquiratur quàm ſi interueniat traditio corporea l. traditionibus. C. de pact. & etiam titulus legitimus, l. nunquam nuda, ff. de acquiren. rerum dominio, & etiam animus acquirendi, l. loci corpus, eod. tit. l. 3. §. ſubtilius. ff. de condi. cau. da. tamen in non paucis iuris ſpeciebus citra iſtorũ interuentum acquiritur, l. fin. C. de ſacroſanct. eccl. expreſſius in l. a Titio. ff. de furtis, l. cũ pater. §. ſurdo. ff. de lega. 2. l. neceſſarijs. l. Cornelius. l. iam dubitari, ff. de hære. inſt. §. ſui inſt. de hære. quæ ab inteſta. §. ſui, inſt. de hære. quali l. ſeruus uentante. ff de uerb. oblig. l. 1. §. per ſuum qui in fuga, ff. de acquirend. poſſeſ. per totum, inſt. per quas perſonas nobis acquiritur, & per totum. C. per quas perſonas nobis acquiritur obligat. l. unica. §. his ita. C. de caducis tollend. & §. ubi autem legatarij, eod. titu. l. 1. in principio, & §. fin. & §. interdum, & fere per totum. ff. de uſufruct. accre. l. ſi totam, l. ſi ſolus, l. 1. & 2. ff. de acquiren. hæred. l. ſi Titio. ff. de uſufr. §. item per alluuionem inſt. de rerum diui. & §. inſula, eod. titu & in his omnibus iuris ſpeciebus & ſimilibus cum non uideam quòd noſtri maiores intelligant minus uerum eſſe dominium aut ius dominij quod ſine actus corporei interuentu acquiritur quàm ſi per corporei actus interuentum acquireretur quaſi utroque caſu pariter id dominium uerum & plenum exiſtiment ſimiliter quidem non uideo quare cum ex eadem legis diſpoſitione poſſeſſio aut ius poſſeſſionis acquiritur ſine actu corporeo non uideat uera & plena poſſeſſio acquiri, & cum ſimiliter modus dominij acquirendi ſine traditione, ſine titulo, ſine animo etiam aut notitiam acquirentis in ſpeciebus ſupra memoratis nõ appelleẽ fictus, ſed uerus intelligat non quidẽ uideo cur nõ idẽ reſpondendũ in poſſeſſione acquirenda cum utrobiq; par ratio ſit, & cum in retinenda poſſeſſione animus ſolus ſufficiat & non ſolum ipſa poſſeſſio ſic retenta uera intelligatur, ſed etiam modus retinendi uerus eſſe dicatur, cur non idem poſſemus dicere ſi id lex uellet etiã in poſſeſſionis acquiſitione argumen. l. 3. §. in retinenda, cũ ibi not. ff. de acqui. poſſeſſ. quinimo etiam in multis iuris ſpeciebus ſine animo poſſeſſio retinetur ut ibi not. per gl. & Doct. & in l 1. §. item acquirimus, eod. titu. Præterea ut per ſeruum & filiumfamilias nobis etiam ignorantibus uera poſſeſſio ciuilis & naturalis & uero modo acquiratur ſine interuentu actus corporei aut etiam animi noſtri, lege prima, §. per ſeruum, & §. per ſeruum qui in fuga. l. 3. §. item acquirimus, ff. de acquiren. poſſeſſ. Idemq; etiam in ea poſſeſsione quæ per alluuionem ſimul cum dominio nobis acquiritur, & in ea poſſeſsione quæ ſimul cum dominio nobis acquiritur per ius accreſcendi. Idemq; in Inſula in flumine nata prope prædia noſtra ut in iuribus ſupra allegatis. Idemq; in eo quòd ab alio nobis inſcijs & ignorãtibus in area noſtra ædificatur. Idem ſi in prædijs noſtris plantatur. Idem ſi ſeritur. Idem ſi ueſtimento noſtro tuam purpuram intexueris, ut in l. adeo, per totam. ff. de acquir. rerum dominio, & fere per totũ inſt. de rerũ diui, ergo ut oibus his ſpeciebus & ſimilibus quæ probãtur in legibus ſupra allegatis poſſeſsio dominiumque ſimul ſine corpore & animo noſtro & uere & uero modo acquiritur, ita quoque & in ſpecie noſtra tenendũ eſt & ueram poſſeſsionẽ, ac pleni & uero modo acquiſitam uideri, id qđ ut reliqua iura taceant nominatim probant d. l. raptores uerbo plenã poſſeſſionem. C de epiſco. & cler. c. 2. de dolo & contumatia, c. cum contingat eod. tit. ibi uerus conſtituatur elapſo anno poſſeſſor, l. ſi adoptauero. ff. de precario, & in l. 1. ff. pro ſocio, & in c. ubi periculum. §. prẽterea de elect. lib. 6. l. certe uerb. ꝑprie poſsidere. ff. de preca. expreſsius in l 45. Tauri. uerb. ciuil. & natural. l. ſi filius, ſiqs omi. cau. teſta. ff.

† neq; ad rem pertinet l, denique. ff. ex quibus cauſis maiores l. 1. §. ſi uir. ff. de acquirenda poſſeſſ. nam ut quòd ſemel factum eſt infecti ni ex legis diſpoſitione fieri nõ poteſt l. in bello. §. factæ. ff. de capti. ita & quòd factum re uera nunquam fuit lex, ut factum fu. rit facere non poteſt, ut dd. ll. quia factum uel non factum ſubiacet ueritati ſed non legis poteſtati, ſicq; ſi lex iuberet, ut mihi ignoranti dormienit, & nihil omnino agenti acquirentur poſſeſſio, & ꝑ per facti mei interuentum eo caſu acquiſita eſſet id facere non poſſet, & ridicula eſſet, ſed in ſpecie noſtra id nec lex præcepit, nec ut prẽciper t expediebat aut erat neceſſe, ſolum enim iuſſit ut poſſeſſio ipſo iure etiam ignoranti acquireretur non quòd per factum acquirentis ſed per ſolam legis diſpoſitionem quæſita ſit, & uidentur unde ſequuntur omnes effectus omnesq; utilitates quas lex poſſeſſioni per actum corporeum acquiſitę accommodare ſolet, utſupra diximus. quòd ſi quæras an ralis poſſeſſio ſit ciuilis & naturalis dic quòd ſic de iure regio d. l. 45. de iure autem communi ſunt opiniones nam quidam exiſtimant ꝑ in iure reperitur poſſeſſio ciuilis, & naturalis ita uoluerũt Iaſ. in l. 1. in princ. & in §. ſi uir. ff. de acquirenda poſſeſſ. & utrobique firmat hanc eſſe communem opin. & Ripa num. 28. & columna fin. & Imola num. 13. in d. l. 1. in prin. aiunt hanc eſſe communem opin. ubi etiam Zaſius nume. 15. & Aretin. num. 18. & Alexan. num. 53. ſimiliter firmant hanc eſſe communem opin. Licet contrariam partem ut unica ſit poſſeſſio uel ſimplex non duplex teneant glo. in l. licet. C. de acquirenda poſſeſſ. Aretinus ubi ſupra. Azo & Placentinus in l. 1. ff. de acquirenda poſſ. ſecundum quòd eos refert Bar. ibi Socinus, & Zaſius, qui ait Aretinum hanc partem receptiorem dixiſſe in d. l. 1. in princ. ſequitur Ripa ubi ſupra. & ibi etiam Petrus Bexutius, & alij plures quos citauimus ſupra §. 21. lib. 3. numero. 18. & in hanc partem inclinant multi eorum quos refert Andr. Tiraq. de morte in præfatione declaratione. 7. numero. 3. & hęc pars longe uerior eſt, ut unica ſit poſſeſſio ſiue eam ciuilem appelles, ſiue naturalem non moror, eaq; habet omnes omnino eſſe actus uirtutes & utilitates quas lex accommodauit poſſidẽtibus, unde plures poſſeſſionum ſpecies reperiri (prætereа quòd uerum non eſſet) contendere ocioſum eſſet, & inane, inuenies iura innumera dicentia duas eſſe obligationes ciuilem, ſcilicet & naturalem ut in princ. inſtit. de obligat. not. per glo. & Doct. plene in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uerborum obligat. ubi glo. & Doct. plene per glo. & Doct. in l. frater à fratre uerſic. naturalem per tex. ibi. ff. de cond. indeb. plene in l. ſi id quòd eodem titulo per tex. ibi: plenius per nos ſupra de ſucc. crea. §. 30. num. 32. cum plur. ſeq. & tamen nulla omnino iura inuenies facientia mentionem aut differentiam inter poſſeſſionem ciuilem & naturalem, nec eſt ueroſimile, quòd hac de re in qua iura ſcatent non fieret huiuſcemodi rei tam neceſſarie mentio ſi gemina, aut duplex illa poſſeſſio reperiretur, & cum unice huic poſſeſſioni omnes omnino ſuas uirtutes potentias utilitates priuilegia effectus lex accommodauerit, plures poſſeſſionum ſpecies introducere ocioſum eſſet & inane, in iure autem noſtro nihil fruſtra l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procur. l. ſtipulatio iſta. §. hæc autem. ff. de uerborum obligat. l. diuus. §. hæc ſtipulatio. ff. ut lega. no. cau. & hic in tex. noſtro iuncta glo. cum omnibus his, quę ſupra late congeſſimus, ſecundum quæ hæc poſſeſſio, quæ ſine ullo actu corporeo à lege, ſtatuto principe, uel à conſuetudine inducitur unica erit habens omnes effectus iuris, nec moror utrum eam naturalem appelles an ciuilem ne ſit queſtio de nomine contra l. 2. C. com. de lega. itaque in iure noſtro eſt poſſeſſio unius tantum formæ, & ſubſtantię licet per uarios modos poſſit, & ſoleat acquiri, ut enim ius ciuile & ſi uarijs ex cauſis, uel fontibus deſcendat (puta uel ex legibus, uel ex conſtitutionibus, uel ex plebiſcitis, uel ſimilibus, ut per totum tit. inſt. de iure naturali,) non deſinit eſſe idem ius ciuile æque perfectum æque uerum æque ualidum, & ut aqua ſiue ducatur per aureas fiſtulas, ſiue per argenteas, ſiue per ferreas, ſiue per plumbeas,

40 *Facti ueritas non ſubiacet legibus.*

41 *Poſſ. an ſit unica, ardua q.*

beas, siue per ligneas, siue per terreas eadem aqua esse nõ desinit ita etiam ius possessionis, siue descendat, uel acquiratur ex modo & iure prisci temporis, siue ex modo & iure ciuili hodie nascente, non desinit esse idem ius possessionis æque uerum æque ualidum æque perfectum, & ut uestigia uolucris in aere, aut piscis in flumine, aut anguis in lapide perquirere ociosum & inane esset, ita inane & ociosum esset originem nascentis possessionis uestigare cũ antequam nascatur nihil sit, postquam uero nata est, undecunque nascatur eadem sit. vi.lib.2.contr.illustrium. par.2. q.1.cum seq. ubi recessi ab hac op.

42 *Possessio bonorũ monachi, quæ monasterio quæritur uera est, et ei competunt inter dicta possessoria.*

Ex superioribus infertur † q̃ possessio quę ex legis dispositione transfertur in monasteriũ citra ullius actus corporei interuentum quo ad bona, est uera possessio & plena habens omnes iuris utilitates, & effectus quos habitura esset si actu corporeo nacta esset, & ita noue est declaranda & amplianda communis opinio existimantiũ talem possessionem in monasterium transire ipso iure, ut tenuerunt glo. in cap. si qua mulier. in glo.1. & ibi Archidia.19. q.3. Innocen. & Bal. & Anto.col.9. & Abbas col. antepenul. & Barba. num.125. de probatio. Dinus, Aluericus, Angelus, Bart. & Aretinus in l. qui uniuersas. ff. de acquirenda poss. Matthæ. Afflictus, decisione Neapolit.299. Rex Ferdinandus num.16. Bald. in authentica si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles. Bar. in authen. ingressi. col.2. eodem tit. idem in authentica nisi rogati. C. ad Trebellian. Andreas Tiraq. in tractatu de morte. in præfatione declarat.6. num.9. qui

43 *L. Taur. 45* plures allegat, unde interdicta possessoria competent monasterio, non secus, quàm si actu corporeo possessionem

44 *Poss. queri potest sine actu corporeo uero aut interpretatiuo cõtra Alberic. etiam ex ui statuti cõtra eũd. uel etiã ex ui consuetudinis contra eund.* nactus esset ut tenuerunt in simili. Decius consi.84.excellentissimi. col.1. & 2. Ias. consi.85.col.2.lib.3. Socinus, qui plures allegat in l.rem quę nobis q.5.nu.13. ff. de acq. poss. unde & successori maioratus in quem sine actu corporeo transit poss. per l.45. Tauri. omnia quoque interdicta possessoria competent.

Colligitur & ex superioribus incautum fuisse errorem Alberici. qui in l quorundam. ff. de acquirenda possess. scripsit nullum casum reperiri in quo sine actu corporeo, aut aliquo quòd pro actu corporeo reputetur possessio nobis contingat cum contrarium procedat, tam ex dispositione

45 *L. Taur. 45* legis, quam ex principis dispositione ut utrunque nominatim docet Afflictus ubi supra, quinimo idem etiam ex ui

46 *Poss. uera transferri potest sine ullo actu corporeo uero, uel interpretatiuo, contra Bal. & Cardi.* statuti procedit quod & in consuetudine admittendum est secundum eundem & alios de quibus supra, id q̃ etiam in materia maioratus iure regio expressius receptum est per l. Taurinam. 45.

Deducitur etiam ex superioribus suspectam esse opinionem Baldi. qui in ca. contingit de dolo & contumacia, scripsit q̃ ille tex. in uerbo. uerus possessor quatenus probat ueram possessionem acquiri sine actu corporeo intelligendũ

47 *L. Taur. 45* est, q̃ ille tex. fingit actum corporeum continuatum, alias inquit impossibile esset, q̃ substantia possessionis transfera

48 *Poss. uera, & uero modo sine corporea apprehensione acquiri potest contra Soci. Decium, Ripam, Tiraq.* tur quod & uoluit ibi Cardina. Floren in secundo notab. sed id suspectum est: quia ex sola legis dispositione sine ulla fictione & adimi, & transferri uera possessio potest, nec expedit imo ociosum esset fingere actum corporeũ præambulum, unde & in terminis d.l.45. negarem fingi, ut præcedere uideatur præambulus actus traditionis.

Colligitur etiam ex superioribus suspectam esse opinionem Socini in d.l. rem quę nobis, & Dec. consi.467.col.3. & Ripę in ca.1. responsorum. nu.87. cum alijs quos retulimus ꝛ. in secunda opinione principali. quos nouissime sequitur Andreas Tiraq. neminem allegans in tractatu de morte in præfatione, declaratione.6. nu.15. aiunt enim q̃ in iis speciebus uera possessio trãsfertur sed per modum fictũ quod nos supra improbauimus, quasi nulla fit fictio in modo acquirendi non magis, q̃ in ipsa substantia possessionis, unde

49 *L.45. Taur.* & in terminis d.l.45. Tauri. dicerem non solum ueram esse

50 *Possessorio meridio agẽte non potest* poss. sed & uerum esse modum acquirendi.

Deriuatur etiam ex superioribus suspectum esse q̃ Baptista Castel. in disputatione iucipiente, magnificus & excellens. col.2. & Andrę. Tiraq. ubi ꝛ. part.5. declar.1.num.3. scripserunt, dum aiũt q̃ in superioribus speciebus si hęres cui ex legis, statuti, consuetudinis uel principis dispositione possessio quæsita fuit possessorio agat, poterit contra eum opponi exceptio dominij quasi eius possessio ficta esset. argum. legis inuasor, & l. fin. C. unde ui. & quod tradit Bart. in lege si de ui. ff. de iudi. sed istorum sentẽtia uera nõ est, quia ut ex superioribus docemur istius possessio uera est & contra ueram possessionem non admittitur, nec opponi potest agenti possessorio exceptio de dominio etiam incontinenti probando, & longe minus si non offeretur probatio incontinenti facienda, ut tenuit glo. in d.l. si de ui. quam ibi sequuntur Barto. & Paulus. gloss. in l. ille a quo. §. si de testamento. ff. ad Trebellianum, gloss. in lege, si quis conductionis. C. loc. iti. & l te Doctores communiter in dictis locis. & Alexander, Ias. & Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. possess. contra Bart. ibi qui in secunda col. contratium tenuit. † Vnde & in terminis, d.l. 45. negarem talem exceptionem posse opponi contra maioratus successorem in quem ex illius, l. disputa. possessio translata fuit.

opponi exceptio dominij licet ea poss. sine corporea apprehen. quæsita fuisset, contra Bap. Cast. et Tiraquel.

51 *L. 45. Tauri*

Ex superioribus etiam colligitur suspectum esse quod tradiderunt Bart. Bal. Fulgo. & Angel. in l. ab emptione. ff. de pact. Bart. & Cumanus in l. certe. §.1. ff. de precario. Bal. in l. unica. §. ne autem. C. de caducis toll. & in l.1. col.2. C. quando licet ab emption. discedere & in l.1. C. de acquir. poss. aiunt enim q̃ per constitutum licet acquiratur uera possessio, tamen fictus est modus acquirendi & traditio, nam ut Bal. ait licet modus acquirendi sit fictio, acquisitum tamen est ueritas & substantia, quod & uoluit ipse in cap.1. §. item inuestitura, titulo de not. feudo. Salice. in l.1. in fin. C. q̃ quas perso. Paulus, Romanus, & Alexander, in l. quod meo, in princip. ff. de acquiren. possess. Ripa lib.1. responsorum, c.1. nume.88. Decius, in l. contractus, colũ. q̃nta. ff. de regu. iuris, Alcia. in l. alienatum, in princip. ff. de uerborum oblig. Romanus in l. traditionibus, col.1. C. de pact ut eum cum alijs allegat & sequitur Tiraquellus de constituto, part.2. amplia.1. sed in speciebus supra relatis uerius est uerum esse modum acquirendi non secus quàm ipsam possessionem, ut ex superioribus edocemur.

52 *Poss. uera, et uero modo acquiritur p constitutum cõtra Doct.*

53 *Poss per constitutũ, quæ sita uera est contra plures doct.*

Vnde facilius reijcienda est opinio existimantium quòd si possessio per constitutum acquiratur non solum modus

54 *Poss. per constitutũ quæsita continetur statuto de possessione loquente.* acquirendi fictus est sed ficta quoque est ipsa possessio, ut uoluit Alexan. in additio. ad Bart. in lege, si is qui pro emptore. ff. de usucapion. Barba. consi.58. sapienter, colũ. pen. lib. secundo. Iaso. in l. ab emptione, in fin. ff. de pact.

Deducitur etiam possessionem per constitutum acquisitam comprehendi sub statuto de possessione loquente, ita Angel. in §. actionum. instituta. de actio. Guido Papa in statu. si quis per literas, in uerbo, possessio. col.4. uersi. secundus effectus, quorum opinio indubitata erit retẽta nostra opinione, ut & uera sit talis possessio & etiam modus acquirendi.

55 *Poss. plena est, quæ per l. statutũ consuetudinem, uel principẽ sine actu corporeo queritur contra Alex.*

Colligitur † etiam ex superioribus quòd dum Alexan. consi. 83. uisa facti narratione, col.4. lib.2. ait possessionem per legem, principem, statutum, uel consuetudinem acquisitam non esse plenam id suspectum est, & contra multa iura supra allegata, quæ talem possessionem plenam esse exclamant. † Vnde & in terminis d.l.45. contra mentem ipsius Alexand. intelligo plenam possessionem in successorem maioratus sine ullo actu corporeo translatam esse.

56 *L. 45. Tauri*

Dedutitur † etiam quòd dum Claudius, in l.1. in princip. col.5. ff. de acquirend. possess. ait talem possessienem ueram esse respectu ciuilis possessionis, non sic respectu possessionis naturalis, id suspectum est quando quidem talem possessionem omni respectu plenã esse supra ostendimus, † & præterea unicam tantum esse speciem possessionis tradidimus, id quòd expressum est in d.l. 45.

56 *Illatio cõtra Claudium.*

57 *L. 45. Tauri*

58 *Possessionis etiam translatio uera cõtingit sine naturali apprehen. contra Barb.*

Colligitur † etiam ex superioribus quòd dum Barba. in c.2. colum.8. ait q̃ si alius erat in possessione tunc possessio per talem legem, statutum, aut consuetudinem sine actu corporeo translatam esse fictam, id suspectũ est, quia imo est uera ab omni parte & intelligitur q̃ proprius ea possessio

ſeſſio reuera poſſeſſori per l.adempta fuit, ſicq; in hæredē de quo agimus translata : Vnde & in terminis,l.Tanrinæ, 45.intelligo quòd in ſucceſſorem maioratus tranſit uera poſſeſſio,non tantū reſpectu ciuilis ſed & reſpectu naturalis poſſeſſionis.

59 *Poſſeſſor ſactus à lege an poſſit quē propria autoritate ex pellere contra Barb. Anch. Caſt.*

Aducitur etiam ꝙ talis hæres etiam ſi expellat propria authoritate talem poſſeſſorem non uidebitur incidiſſe in pœnam,l.ſi quis intantam. C.unde ui.licet contrarium & minus rete tenuerit Anchar.in cap.2.primo notab.de conſuetu.quem refert & ſequitur Barba. ibi , col.e.& Baptiſta Caſtel.in diſputatione incipiente magnificus & excellens. pro nobis facit , quia continuatio poſſeſſionis per tale ſtatutum facta præſuponit eaſdem qualitates fore in re continuata quę erant in ea ad quam fit continuatio, & ſic eaſdem eſſe in hærede poſſidente quę erant in defuncto,l.itē quæritur.§.qui impleto.ff.locati,l.in rebus. §.fi.ff.de precario.Decius conſi.467.facit l.ſi Titio.ff.de uſufructu,† & eandem expulſionem impune facere poterit ſucceſſor maioratus in terminis,l.Taurinæ.45.

60 *L.45.Tauri*

61 *Poſſ. legalis prodeſt etiā hæredi legitimato contra Bap. & alios.*

Colligitur†etiam ſuſpectum eſſe quod ſcripſit Caſſaneus in conſuetu.Burgundi.titulo de ſucceſſione, §.1.glo. 1.& Ioan.Sainxon in conſuetu Turonenſibus titulo de ſucceſſion.§.ſecundo,in gloſſ.ſecunda. dum ait talē ſtatutum non prodeſſe hæredi legitimato ab inteſtato ſuccedenti, ut ſic in eum ex ui ſtatuti ſine actu corporeo non tranſeat poſſeſſio.

Sed contrariam partem ut in legitimatum ab inteſtato ſuccedentem tranſeat talis poſſeſſio non ſ. cus quam in legitimum ſentiunt Alexan.conſi.37.in cauſa mota per Angelum, lib.1.& Barba. conſ.58. ſapienter dixit, lib.2. dum agentes contra ſimilem legitimatum ponebant pro conſtanti nō aliter eum excludi a beneficio talis ſtatuti poſſe, quàm ſi legitimatio inefficax & inutilis eſſet, & hanc partē ueriorem eſſe,uel ex eo patet, quia nullus unquam dubitauit quin huius ſtatuti beneficio potirentur cognati, nō aliter atque agnati:illegitimus autem iura cognationis non potuit non retinere,cum id pendeat ex natura non ex lege.§.cum aūt filius, cū.§.ſeq.inſt.de hære.quæ ab inteſtat. l.iura ſanguinis , ubi multa per Deciū. ff.de reg.iuris.§.ſed naturalia.inſt.de iure natur. Præterea legitimatus nihil omnino differt a legitimis, ut in authen. quibus modis nat.eff. ſui.§.illud.ubi expreſſum eſt ꝙ efficiūtur ſui per legitimationem non aliter atq; per natiuitatem,& iterū ibi exprimitur nihil eos a legitimis differre,& in auth.quibus mod. natu.effici.legitimi.§.igitur & §.liceat,in quibus ſæpe dicitur ꝙ legitimati nihil a legitimis differunt, atqui totū dicit nihil excludit,l.Iulianus.ff.de legat.3.l.ſi is qui ducenta §.utrum.ff.de reb.dubi.tradunt in ſimili Alexan. Iaſ. & Alciatus in rub.ff.de lib.& poſthum. idem Iaſius in rubric.C.de lib.præteri.& cum ſecundum communem opinionem , de qua per nos ſupra de ſucceſſ. creation. §.20.nume.31.legitimati ſuccedant etiam contra teſtamentum,& quo ad hoc uere legitimi intelligantur, multo facilius uere legitimi intelligentur quo ad ſuccedendum ex teſtamento uel ab inteſtato , ut in §.emancipatos,inſt.de hęre. quæ ab inteſtato. & in l.in arenam.C.de inoffic.teſtamen.

62 *Legitimati non differant à legitimis.*

63 *Legitimatio eſt inuentū legis ciuilis.*

Et cum hoc nomen † legitimatio ſit merum inuentum iuris ciuilis authentic.quibus modis natur . effici.ſui.§.natura , & authentic . quibus modis natur. effici. legi.§.natura, & in principio,ſupereſt ut tale nomen eiusque uis uirtus ſubſtantia effectusque uere per legem poſſit deleri perimi , & ad nihilum omnino reduci , quia nil tam naturale.& c.lege nihil tam naturale.ff.de regulis iuris,lege iura ſanguinis , eodem titulo , ubi multa per Decium, capitulo omnis res , de regulis iuris. §.ſed naturalia , inſtitutio.de iure natur.lege omnes populi.ff.de iuſtitia & iure .

64 *Lex operatur uere in his,quæ iuris ſunt licet utatur uerbis improprietatem ſignificantibus.*

† Quinimo lex etiam ſi utatur uerbis improprietatem de notantibus & fictionem, adhuc tamen in ijs quæ iuris ſunt proprie & uere & ex integro operatur ut eſt uera, & communis opinio quam tenent Bartolus , & communiter in lege ſi is qui pro emptore. ff.de uſucapioni . & tradunt alij plures quos ſupra retulimus . † Vnde legitimatus uere legitimus eſt ſecundum Bartol. in dicta lege ſi is qui pro emptore.3.quæſt. principali col. 13. Idem in l. ſi maritus.2.§.legis.ff.ad legem Iuliam de adul.Bald.in l. cum acutiſſimi,col.2.C.de fideicom.Cumanus conſil.168.reuerendus patet col.pen. Paulus in l.fin.C. qui ueniam ætatis impetr. qui hanc firmat eſſe communem ſententiam :tenēt alij multi relati per Andr.Tiraq. in l.ſi unquam.C.de reuo. dona. in uerb. ſuſceperit liberos.uerſic. hæc poſterior ſententia. num.75. qui & idem ſequitur,licet contrarium ut legitimatus non ſit uere legitimus quanuis pro legitimo habeatur tenuerint Iacob.de Bello uiſo in authen.quib. mo. na.eff.legi.§.tribus.Iacobus Butrigarius in procem.C. & Signorolus conſi.218. quidam dominus,col.pen.Bald. conſil. 102. eſt conſiderandum,col.fin.lib.4.Idem in l. ſi ita quis.§. is cui.ff.de lega.2. Idem in l. fin.C. qui ueniam ætatis impetr. Idem in l. quoties,col.2.C.de rei uendi. & in Speculatoris addi.tit.de ſucceſſio.abinteſt.§,1.& in l. eam quam. C.de fideicom.col.pen.& alij plures relati per Tiraq.in d. uerb.ſuſceperit liberos, num.96. † Sed prior ſententia uerior eſt ex qua etiam infertur ꝙ cum hodie iure regio maioratus poſſeſſio ex ſola legis illius diſpoſitione , ſiue ullo actu corporeo tranſeat & continuetur in ſequentem per l. Tauri.45. certe ſi is legitimatus ſit in eum tranſibit poſſeſſio non aliter atque tranſiret in uere legitimum , id quod uerosimile eſt reſponſuros eos quos diximus tenere legitimatum eſſe uere legitimum , & ſimiliter id uerosimile eſt negaturos eos quos dixinus negaſſe eum eſſe uere legitimum . Quod autem talis legitimatus in maioratu poſſit ſuccedere late diſſeruimus controuerſiarum lib.3.& cum ſ. tenuerimus ueram poſſeſſionem ex ui talis ſtatuti tranſire ſimiliter, & in terminis illius l.45.uera quoque poſſeſſio firmamus, ꝙ tranſibit in ſucceſſorem talis maioratus per eaſdem rationes, & iura. ubicunque autem de ſtatuto loquuti ſumus intelliginius de eo, quod factum erat ab eo qui non recognoſcebat ſuperiorem . uel quando à ſuperiore erat confirmatum, uel alias erat ualidum, ita ut non de eius firmitate ſed de eius ualiditate,& firmitate ui, effectu,& utiliate quæſtio eſſet,& quando talia ſtatuta , & generaliter alia quæcunque ualeant uel ualere deſinant tradunt Bar.& Doctores in d.l. omnes populi.ff.de iuſt.& iure.Bal. & alij in l.fin.C.de teſtam.nouiſſime & eleganter And. Tiraquel. in tract.de utroq; retractu in præfatione . nu.75.

65 *Legitimatus uere legitimus eſt, arg. dua q.*

66 *L.45 Taur.*

Hactenus quādo uiuo eo cuius de hereditate agebatur legitimatus fuerat ille in quem ex firma legis , uel ſtatuti poſſeſſio transferenda erat. †Sed quid quādo filius ſpurius inſtituitur ſub conditione ſi legitimabitur , & bene ualet talis inſtitutio , ita tenet Bal. Imol. & Alexan.in l. Gallus, in §.inſtituens.ff.de liberis & poſthumis . Idem tenet Alberic.de Roſate in l.libertas teſtamento.ff. de manumiſſis teſtamento , & in l. quod conditionis.ff. de donatio. cauſa mortis, pro qua opinione eſt gl.in l.fin. in 6. intellectu.ff. de regula Catoniana, quam ad hoc allegat Bal. in ſeruus.C. de legat. facit etiam tex. in l. in tempus.ff. de hæred. inſtituen. & in l, ſicut, & ibi glo,in prin.ff.quibus modis uſusfructus amittatur, & hanc opinionem dicit comm.Lancelotus Decius, in d.inſtituens, & ibi Iaſ.num.5. hanc etiam opinionem dicit eſſe communem Ioan. Gualdenſis in tractatu de arte teſtan. tit,1. caut.14. num.15. unde noue dicerem , ꝙ ex forma talis ſtatuti etiam in talem legitimatum ſine actu apprehenſionis tranſiret uera poſſeſsio , non ſecus, quàm in reliquos hæredes legitimos , aut non ſecus , quàm ſi uiuo patre legitimatus foret, † ſed ſi poſſeſſor maioratus antiqui cum haberet filios filium naturalem tantū maiorē natu & alios filios minores ſub ea conditione diſpoſuiſſet talem maioratum ad naturalem peruenire credo, ꝙ nil ageret nec procedet d.l.45

67 *Legitimatio nis conditio an ualidet inſtitutionē ſpuriꝙ , arg. q.*

Eandemq; opinionem dicit eſſe communem Catellianus Cotta.in uerbo ſpurius,el 3. & eandem opinionem dicit ēt eſſe communem.Franciſ.Curtius Iunior.in conſil.84. nu.3. firmantes ualere ſpurij inſtitutionem ſub conditione ſi legitimabitur. Idem Lancelotus Galiaula.in repet.l.Gallus, in §. & quid ſi tantum num.4.ff.de liberis , & poſthumis,& pendente

68 *Maioratui an poni poſſit conditio legitimationis.*

69 *Legitimationis ſub conditione miſi tutus ea pendente an ſecũdum tab. accipere poſſit, bon. poſſ. ard.q.*

pendente conditione legitimationis ſpurius poteſt petere bonorum poſſeſsionem, ex qua obtinebit adminiſtrationẽ hæreditatis antequam legitimetur, ut in l. ſi quis inſtituat hæres, & ibi Bart. & alij Doct.ff.de hęred.inſtituen. Idem tenet Bal. in l fin.ff. de his qui ſunt ſui, uel alieni iuris D. Couarruuias in epitome de ſponſalibus in 2 part.e.8.§.5. num.12.Pala. Ruuius in repetit. rubricæ de donatio.§. 29. num.4. Franciſcus,Curtius Iunior in d.conſi.85.nu.4.Ioan. Gualdenſis. obi refert alios Doct. contrarium tenentes in tractatu de arte teſtandi in d.cautela.14. num.15. ſed hoc ultimum ſubdubito an ſit uerum, quia pendente conditione inſtitutionis bon. poſſ. ſecundum tabulas prætor polliceẽ eis duntaxat, qui tali conditione deficiente ad contra tab. bon. poſſ. admitti poſſunt & debent l.2.§. ſub conditione, & l.3.§. ſi ſub ea.ff.de bon. poſſ. contra tab. quia illi ſe in omnem euentum hæredes fore cognoſcunt ſicq; interim ut bonorum adminiſtrationem habeant æquum eſt, quia ipſis utile eſt & nulli nocere poteſt diuerſum eſt & diuerſa ratio in tali ſpurio ſub tali conditione inſtituto qui contra teſtamentum cum nequeat ſuccedere ſeſe in omnem euentum hæredem futurum non cognoſcit, & ſic ꝙ interea talem adminiſtrationem haberet poſſet nocere legitimis hæredibus ſicq; eis iniurium eſſet, & conſequenter &c. l. nec auus.C.de emancip. liberorum.

70 *Legitimatos etiam cõprehendit Statutum iubẽs cõſanguineos compromittere, ardua q. Idem in Statuto permittente retrahi rem alienatam cõtra Tiraqu. & Decium.*

Denique † cum ſupra per d. authen. quibus mod. natu. effi.ſui.§.illud,& in authen.quib.mo.natu.effici. legitimi.§. igitur,& §. liceat oſtenderimus legitimatos uere legitimos effici, nihilq; omnino differre à uere legitimis natu, reliquum eſt,ut ſtatutum iubens conſanguineos cõpromittere compræhendat legitimatos, non ſecus, ꝙ tegitimos natu, præſertim cum utſupra edocemur in his, quæ iuris ſunt (quale eſt legitimitas per d.§. natura) lex ſemper uere & naturaliter operetur non ficte, licet in tali ſtatuto legitimatos non compræhendi tenuerit Paul.Caſt.conſi.178. ſup eo,col.2. lib.1. quem refert & ſequi uidetur Andr. Tiraq. in tract. le mort.2.part.declar.6.num.4. ſed minus recte ut nobis uidetur, licet ipſe poſt Decium quẽ refert in conſil. 275.el 2. (quia ſunt duo ſub eodem numero) in cauſa quæ Lucæ. col.3. tenuerit, quòd ſtatutum prębens facultatem retrahendi rem extra familiam uẽditam ad ſolos legitimos non etiam ad legitimatos ſpectet, id quod iiſdem iuribus, & rationibus de quibus ſupra mentionem habuimus admittendum non eſt, & ita eſt intelligenda & amplianda l.6.tit. 7.lib.5.ordina. qua de re per Andræ.Tiraquel. de utroque retract.lib.1.§.1.glo. 8. uerb. le parent num.10.uerſi.uerum quæſtionis eſt.

71 *Maioratus poſſ. poteſt etiam in de ricum ipſo iure trãſire.*

Illud † autem dubium eſt cum frequentiſsime ſoleant hi qui denuo conſtituunt maioratus non quidem excludere clericos uerum præcipere, ut ſi quando ille maioratus ad clericum peruenire tenc eo potiatur quandiu uixerit, & poſt eius mortem non ad eius liberos (ſi quos forte, licet non iure habuerit) ſed ad alios, an eo caſu in talem clericum tranſeat poſſeſsio ex ui illius l.45. Taurino conuentu lata, mouet quæſtionem ꝙ ſimilia ſtatuta in hęrede perpetuo non in temporali locum habere ſolent, ut per Alexan. lib.2. conſilio.82. perſpectis his, ccl.2. per Andr.Tiraq.in tract. retractuum tit.1.glo.1.uerb.ore æquipollent, nu.88. incip.niſi quoque diceres. Item licet rem meam uſucapere nequeam l.ſequitur.§.lana.ff. de uſucap. quia quod meum eſt amplius meum fieri nequit.§.ſic itaque, inſt.de acti. tamen ſi non fixum perpetuumq; erat dominium,ſed reuocabile eam poſſum uſucapere l.in bello.§.ſi quis ſeruum.ff.de capti.quaſi ille qui dominium habet reuocabile non uideatur proprie dominus, unde cum is clericus maioratus dominium reuocabiliter tantum habere uideatur, cum in hæredes aut ſucceſſores ſuos tranſire nequeat, non uidetur proprie dominus, ſicq; nec proprie ſucceſſor in quem poſſit ex ui d.l.tranſire poſſ.ſine actu corporeo:adhuc tñ contrariũ teneo,qa in clerico par rõ militat, ut in reliqs ſi recte aduertis,ergo &c.ut in l.illud.ff.ad leg.Aquil. & in reliquis etiam dominium, ꝙ in maioratu habent põt ſimiliter eſſe reuocabile,puta ſi liberos non ſuſcipiunt, ergo &c.

Vigeſimo† & principaliter ſupioribus etiã affine eſt ꝙ ſi qs ad annũ forte uel ad bienniũ molendiũ conduxit nec ut illud ſuis expenſis reficeret,licet ſemel illud reparauerit tamen non ideo minus tenebitur illud poſtea reficere, ſi iterata refectione opus fuerit,quaſi illa uerba ut tenearis reficere cum effectu ſint accipiẽda & ſic de refectione duratura non de momentanea, ita tenet Ioannes Andræas ad Speculato.tit.de locato.§.poſtquam ueriſi. ſed quæritur id quod in ſimili & frequentiſſimum eſt & uſu receptiſsimum in domibus quæ per omnia orbis oppida conducuntur hac lege ut inquilinus ſuis expenſis reparare teneatur, nam intelligitur ut per totum tempus cõductionis toties quoties opus fuerit reparare teneatur, nec prima reparatione obligatio illa reparandi finiatur. Contrarium tamen in exemplo de molendino tenent Alexan.in addi. ad Bar. in lege boues.§.hoc ſermone ff.de uerb.ſignifi.idem in conſ. 190.mature digeſtis,col.2.lib.2.idem Alex. conſi.16.breuiter in caſu,nu.8.lib.4.Catellianus Cotta in memorabili in cipi.reſcriptum impetratũ uerſi. benefacit, Curtius iunior conſi.178.habita diligenti,col.ſi.nu.26.Socinus nepos conſil.25.uiſo themate,col.2.lib.2.Iaſ.in l.diuortio. §.quòd in anno,col.3.ff.ſoluto matrimonio,& idẽ Iaſ.in lege in duobus. §. ſi ei qui.ff.de iure iur.& in l.quo minus.ff.de flumi. colum.24.q.24.Felinus in cap.2.col.3.de treuga & pace, & alij plures relati per Tiraquel.in d.§. hoc ſermone, declaratione,56.nume.100.per tex.ibi,ſed prior op. ut nobis uidetur longe uerior eſt,ſcilicet ut quoties opus fuerit reficere teneatur durante conductione, nam aut conuenit ꝙ quoties opus eſſet teneretur reficere & expeditum eſt,l. contractus.ff.de reg.iur.l.1. §.ſi conuenerit.ff.depoſiti, aut conuenit ut ſemel tantum teneretur & ſimiliter expeditũ eſſet ut.dd.ll.& quia in certis non eſt locus coniecturis,l. continuus. §.cum ita.ff.de uerb.obli.aut ſimpliciter & indefinite conuenit ut conductor ſuis expenſis reficeret, & tunc & ſi uerba illa utpote indefinita uiderentur poſſe trahi etiam ad tempus quòd eſt poſt conductionem finitam, argu.l.ſi pluribus.ff.de lega.2.l.ſi plures.ff.de leg.3.l.Titius ff.de lib.& poſth.l.2.cum ibi traditis per Bar.Alexan.Iaſ.& Alci.ff.eod & in l.1.eod.tit.† tamen magis eſt ut ex mente agentium quæ in omni contractu inſpicienda eſt, (ut in ſi. pr.inſt.de oblig ex conſ.l.obligationũ ſubſtantia.ff.de act. & oblig. etiam ſi eſſet contractus ſtricti iuris,l.ita ſtipulatus,in magna,uerſi.Sabinus ibi,ex mente,ubi not. Paulus, & Iaſ.ff.de uerb.oblig.) ad tempus tantum conductionis trahantur illa uerba,ut ſic in eo tantum quæſtio ſuperſit †an in prima refectione ea obligatio finiatur an uero extendatur,ut per totum tempus cõductionis quoties opus fuerit reparare teneatur id quòd uoluntati contrahentium longe proximius eſſe uidetur & uſu gentium receptius & ſententiæ iuris magis accedit, quia quando actus eſt iterabilis obligatio faciendi dandi aut reficiendi non intelligitur de prima uice ſecundum Albericum poſt Oldraldum in l.matrimonij.ff.qui & quibus per illam legem, iuncta l. qui per ſalutem.ff.de iure iu. †Vnde ſi teſtator iuſſit uxorẽ uiduam ueſtiri hæc obligatio non conſumitur in primo ueſtimento ſed ſæpius ueſtimenta ei danda ſunt quandiu in uiduitate perſeuerauerit ſecundum Bal.in l.1.col.2.C.de ſi deicom.Felinus in cap.2.col.3.de treuga & pace, Alciatus in l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſigni.Alexan.in l.diuortio.§.quòd in anno, & ibi Iaſ.ff ſoluto matrimonio, idem Iaſ.in lege.in duobus.§.ſi is qui.ff.de iure iu. quia illa obligatio dandi cum referatur ad tempus uiduitatis eatenus durare uidetur quatenus durat ipſa uiduitas,unde & ſimiliter hæc obligatio molendinum vel domum conductam reparandi eatenus durare intelligenda eſt quatenus tempus conductionis durauerit,& cum ſit eadem neceſsitas reparandi poſtea quæ fuerat prius, ſicque eadem ratio adſit eandem obligationem perdurare magis eſt, ut in ſimili dicit Bal. dum loquitur de ſtatuto compellente affines ad compromittendum,in l.fideicommiſſa.§. ſi quis alicui.ff.de lega.3 Romanus conſi.504.in caſu propoſito, Felinus in c. licet dilectus.de teſtibus.

72 *Domum conducens, uel molẽdinum hac lege ut ſiuat illam an emel tã ntum ad id teneatur,ar dua q.*

73 *Contrahentium mens inſpicienda.*

74 *Primo actu non conſumitur obligatio iterabilis*

75 *Viduamue ſtiri iubens intelligitur donec uidua tas duraue rit.*

Pro

76 *Vsusfru. relictus quandiu uiuam intelligetur, ut amissus reddatur.*

Pro hoc optimus text.in l.sicut in annos.ff.quib.mod. usus.ami.ubi si quandiu uiuat Titio reliqui usumfructum intelligitur quòd etiam si amittatur iterum constituatur quandiu ille uixerit,sic & in specie nostra conductor tenebitur ex lege conuentionis semel & iterũ resicere quandiu conductio durauerit, nam & si ea lege conduxisset ut dominus suis expensis teneretur referre nullus sanus negaret quin ad id semel & iterum quoties opus esset teneretur, ergo & idem econtra cum conductor & locator sint correlatiua.

77 *Detandisobligatio,an primo actu exstinguatur.*

Vigesimoprimo.†Superioribus etiam proximum est ꝙ si quis tenetur puellam dotare,si eam dotauit dosq; sine eius culpa amissa fuit,iterum dotare tenetur ne sine effectu uerba legis accipiantur contra nostram legem , cum sua glossa , ita est communis opinio , quando ea obligatio descendebat ex legis dispositione , licet non sic descenderet ex dispositione hominis ut utrunque tenent Bartolus , & alij in lege si cum dotem.§.primo, ff.soluto matrimonio , Baldus in authentic.quòd locum. C. de collation. Baldus, Angelus, Imola,& Alexander,in dict.§.primo, Calcaneus consilio uigesimo,ista quæstio,colũna prima.Socinus,consilio 291.uisis literis,columna quinta,libro secundo,& consilio quinto,columna tertia,libro quarto,per legem fi. C. de dotis promi.& authentic.sed quanuis . C.de rei uxorię actione .

78 *Compromittẽdi Statutum nõ consumitur primo actu inutiliter. q. idem in simili contra Iaſ.Deci.& alios.*

Trigesimosecundo , Superioribus accedit † ꝙ statutum de compellendis consanguineis ad causas compromittendas si facto cõpromisso causa decisa non fuerit, rursus compromittẽdum est donec causa decidatur,ita Cinus, & Bal. in lege ueluti. §.hæc uox.ff.de edendo. Bal. in lege 1.col.7. C.de his quæ pœnę nomine , & in l.si ut proponis,la prima.C.quom.& quand.iud.col.fin.Socinus consi.117. uisa & diligenter.col.2.lib.1.Iaso.in lege duobus. §.1.colum.fi.ff. de iure iuran.Idem in lege diuortio.§.ꝙ in anno.col.fin.ff soluto matrimonio . Idem Iaſ.in lege prætor ait.§.deinde. col.fi.ff.de noui operis nun.Cæpolla causarum criminaliũ. consi.68.col.2 Alexan.consi.70.uiso consi.col.1.lib.2.& in lege si cum dotem.§.1.colum.1.ff.soluto matrimonio.Vnde quod Iaſ.in d.§.deinde,col.fin.& Decius in cap.sua nobis. col.1.de appella.& Alciatus in l.boues.§.hoc sermone.ff.de uerbo.signi.scribunt,ut si tale compromissum ex pacto fieri deberet,tunc si semel compromissum est nec causa decisa fuisset,non tenerentur partes ad iterum compromittendum , id quidem suspectum est & contra regulam nostræ legis cum sua glo.& cum omnibus supra congestis quæ uehementer exigunt & præcipiunt ut omnis dispositio siue legis siue hominis ut cũq; sit stricti iuris, ita interpretetur , ut effectu non careat , præsertim cum nullus presumatur uelle dispositionem suam inutilem facere, l.tertia.ff.de mil ita.testamen. licet & eandem opinionem tenuerit Tiraq. in d.§.hoc sermone,limitatione.9.nume.3. facit l.quidquid astringendæ,in princi.cum ibi late traditis per Doctores, ff.de uerbo.obliga.

79 *Testatore causam compromitti habente de primo actu inutili intelligitur*

†Vnde eisdem iuribus & rationibus non est admittendum quod scripserunt,Socinus in lege hęc conditio filię, ultimo,nota.ff.de condition.& demonstra.& Baldus in lege prima,C.de his quæ pœnę nomi. dum aiunt tale compromissum,si iussu testatoris fiat semel,nec causa decisa fuerit,non esse iterandum , quinimo est ut iam diximus, & eo facilius quod ultima uoluntas plenius interpretatur , quàm actus inter uiuos , gloss.communiter ibi approbata, in lege fin.ff.de constitu.principa.late Iaso.ibi , & in lege, quæ delegato.ff.de legatis primo , licet & idem uideatur uoluisse , idem Socinus consilio 117.uisa, columna secunda,libro primo.

80 *Obligatiodandorum fructuum primo anno nascituro rum an cõsumatur primo anno multos fructus producente.*

Vigesimotertio,†Superioribus etiam proximum est ꝙ si certa quantitas fructuum nascitururorum ex aliquo fundo promittatur,puta promitto decem corbes tutici nascituri ex fundo Titiano,tunc si primo anno nulli fructus ex illo fundo nascuntur non finitur obligatio, sed id ex fructibus annorum sequentium præstandum est , quasi interpretatio facienda sit , ita ut dispositio effectuu habeat ut hic in text . & gloss. cum omnibus supra congestis ita Cinus in lege si quis argentum , in principio columna fin. C.de donat. Petrus , Cinus , & Bart. colum. penult. Iaso. & communiter Doctores in l.inter stipulatem.§. sacram.ff. de uerb.obligat. Bal.in l. qui per salutem , secunda lectura in fi.ff. de iureiuran sentit Angel.consi.51. col.2. facit tex. in d.§.sacram.in l. firmio.in princ.ff. quan. dies leg. ced. id quod Iaso.dubium reputat ubi supra, & cogitandum relinquit, licet si relatiuum adiectum esset , puta promitto fructus qui nascentur ex tali fundo , secus foret , secundum eosdem.

81 *Priuilegiũ cõcessum regi & famulis ingredienti ecclesias tempore interdicti trahitur ad famulos futuros .*

Vigesimoquarto . His etiam affine est quòd † si priuilegium concessum fuerit alicui, & eius familiaribus, ut tempore interdicti ecclesiam ingredi possent , intelligitur non solum de familiaribus quos habebat tempore cõcessionis sed etiam de postea accersitis,uel receptis, nc alias tale priuilegium contra nostrum tex.cum glo.& hijs quę supra diximus inutile redderetur,uei parũ utile, ita Ioan. Andreæ in ca.pen.ad medium,& ibi Domini.& Philipp.Fran.de priuileg.libro 6. Idem Ioan. Andreæ in cap. qui sentit de regulis iuris , & Alciatus ubi supra , & Ioan. Lupus in rubr. de donat. inter uirum & uxorem.§.69. per notata in ca. fi. de uerborum signific. lib.6. & in cap. quanto . de censi. id quod in usu est in capella regia inuictissimi Philippi Regis Catholici .

82 *Conditio non nubendi alij quam mercatori an de primis nuptijs intelligatur ard. q.*

Vigesimoquinto supradictis etiam ueluti contiguum est † quòd si testator aliquid ultra legitimam hac lege legauerit filiæ suæ ne alij nuberet quam mercatori , tunc si filia primum mercatori,& eo mortuo rursus nupsit nobili amittit legatum,ne contra regulam huius tex. cum glo. & supra congestis inutilis aut parum utilis ea prohibitio redderetur, ita Oldral.consi.16.thema tale est,col.3.Paul.in l.hoc genus.ff.de condit.& demonstr. Benedictus Plumbinus in l.matrimonij.ff.qui & à quibus.Catellianus Cotta.in memorabili incipiente testator lætaliter . Alberi.in l.fin. col.4.C. de sponsa.Idem in l. hæc conditio filiæ.ff.de condit. & demonstr.Alciat.in d.§.hoc sermone,per l. si sic stipulatus.ff. de uerb.oblig.Decius in c.nam concupiscentiam.3.nota.de consti. Idem consi.3.Idem consi.490. uisis & circunspectis . col.3.Iason.in l.in duobus.§.1.col.fi.ff. de iureiuran. Roma. consi.504. in casu propositæ.Signorolus consil.68. quædam mulier. Sed id quidem durum & suspectum est, quia sui natura omnis conditio in prima uice consumitur d.l. hæc cõditio filiæ,& l. si quis hæredem.C.de inst.& substit, & quia cum nuptiæ secundæ puniantur à lege, ut per totum.C. de secundis nup. certe testator non potuit uideri cogitasse nisi de primis tantum nuptijs, nec dubium est quin omnis conditio ad mentem testatoris trahẽda sit etiam si per hoc recedatur a proprietate uerborum l. hæredes mei.§. cum ita.ff.ad Trebell.l.cum acutissimi.C.de fideicom.l.3 & l. generaliter.§.cum autem.C.de inst.& substit.l. cum auus .ff. de condit. & demonstr.l.1.& l.3.ff.de uulga.& in prin. instituta de pupil. mens autem testatoris uerisimile est ad primas nuptias non etiam ad secundas respexisse cum non ignoraret quòd uidua de more omnium gentium difficilius inueniat uirum cui nubat , quàm si uirgo esset , unde non est credendus rem difficilem difficiliorem reddere uoluisse contra l.unum ex familia.§.si rem.ff.de leg.2. l. magnam.C. de contra.stipula. uel non est credendus uiduæ afflictæ afflictionem addere uoluisse contra l. unicam.C. de his qui ante apert. tabul. Itaque uero simillimum est testatorem de primis tantum nuptiis cogitasse , uel ꝙ si de secundis nuptijs cogitaret eas à tali conditione liberas relinqueret per rationes de quibus ꝛ.

83 *Conditio nubendi intelligitur de nuptijs ualidis idem in substitutione ꝓcuratoris.*

Vigesimosexto . Superioribus affine est † quòd illa conditio si nupserit non intelligitur impleta per nuptias , quæ effectum non habuerunt secundum Innocen.in cap.in literis de offic.de leg. ut in nostro tex.cum glo. in ratione sui, & in simili per Ancharan.& Ioan. Andreæ, & Dominic. in ca.cum in multis . de rescript. in 6. nam & similiter licet procurator constitutus ita ut alij substituere possit,cũ quę semel substituerit non possit reuocare nec alium eius loco

ſufficere ut in c.his qui.& c.qua nuis.de offic.deleg. lib.6. tamē ſi procurator ſubſtitutus erat inhabilis aut incapax, alium eius loco poteſt ſufficere,arg.d.legis.hæc conditio, quia omnis interpretatio eſt facienda, ut res effectu non careat ut hic cum gl.ita Bal.in l.quod quis, 6.q.C.de procura.& Inno.c.ubi ſupra.

84 *Procurator inutiliter appellans officio ſuo functus non dicitur.*

Vigeſimoſeptimo† his etiam accedit quòd procurator ad appellandum conſtitutus per primam appellationem in utilem functus officio ſuo non uidetur,ne mandati diſpoſitio effectu careat contra noſtram legem cum gl.& d.l.hæc conditio.ita Roma.in lege prętor ait. §.hoc interdictum, 2.de operis noui nunci Idem Romanus,conſilio.504.l.qui per alium. §.docere.ff.nequis eum.c.relatum. de cler.non reſiden.

85 *Datum inutiliter pro nō dato eſt.*

Vigeſimooctauo his affine eſt q† ſi Papa mādat ut alicui ab epiſcopo prouideatur,de aliquo beneficio, ſi beneficiū uel ſacerdotium ſibi datum caruit effectu,iterum prouidendum eſt de altero beneficio per noſtrum text. cum gloſſ.& ſupra congeſtis,ita Innocen.in c.in literis de offic.delega. ubi Bal & Anto.in ſimili per Oldral. conſi.295.orta materia,colu.2.Bart.in l.2.§.1.ff.de optio. lega.Bald. & Imol. & Areti.columna.3. & Alexan.col.fin.in l. ſerui electione.ff. de leg.1.Bal.in l.Barbarius lectura.1. ff.de offi.pro conſ.& in l.poſt aditam. C.de impub. Imol.& Alex. in 4.fallen.in lege iudex poſteaquam.ff.de re iudica. qua de re per glo. & Lapum,Anchar.& alios,in c.ſi compromiſſarius, de electio.lib.6.& ibi Domi.& Philip.Franc.

86 *Securitas eiū di & redeūdi fideiſ gratia intelligitur donec ſit concordatum.*

Vigeſimonono,Quibus etiam proximū eſt,†quòd ſi ceſſa eſt ſecuritas ut quis ſaluus & incolumis poſſit ire, & redire pro fœdere paſciſcendo,intelligitur quòd poſſit ire & redire libere & impune donec fœdus itum & per actū ſit ne aliter ea conceſſio careat effectu contra noſtrū text. cum gloſſ.& ſupra congeſtis, ita Bart.in lege prima.col.fi. ff.ad legem Iuliam. mageſtatis, Angel.in lege utimur, ad fin.ff.de ſepulch.uiol.Abb.in cap.2.in fin.de treug.& pace. Platea in l.1.col.2.denauicularis,lib.11.Decius conſi.562. uiſo puncto,columna prima.Georgius Nata, in clementina.ſępe,in princip.col.6.de uerbo. ſigni. facit.l.continuus, §.qui inſulam. ff.de uerbo.oblig. l ueteres. ff.de itin.actuq; priua.

87 *Electio inutilis non eſt electio.*

Trigeſimo,Eodem etiam ſpectat†q ſi cui eſt data eligendi poteſtas,iſq; quendam elegerit qui conſentire noluerit non uidetur finitum mādatum ſeu commiſſio ne inutiliter interpretetur contra noſtrum text. cum glo.ita Bal.in l.qui per ſalutem,in prima. lectura, & rurſus in 2.ff. de iure iur. ubi & Alber.in fin.Idē Alber.in lege quoties. ff.de optio. leg.Idem in l.matrimonij.ff.qui & de quib. Bartholo. Brixienſis.q.79.quidā dederuut,Bal in c.olim ex literis,de reſcrip.Rofred.Beneuenta.in q.1.Sabatina.Cumanus in lege hæc conditio filiæ.ff.de cond.& demonſt.

88 *Prorogatio inutilis pro infecta eſt.*

Trigeſimoprimo,Accedit his†quòd facultas prorogandi non finitur prorogatione inualida ne res effectu careat contra noſtram regulam,& d.l.qui per ſalutem, & d.l.hęc conditio,ita Bal.in d.c.olim.

89 *Facultas eligendi unū non conſumitur electo aceto.*

Trigeſimoſecundo†Vnde ſi cui electio data ſit ad centum amphoras uini, ſi acetum elegerit optio non finitur, ne contra noſtram regulam in utilis reddatur lege ſecunda.§.primo.ff.de optio.lega.†Vnde cui data eſt facultas eligendi arbitrum ſi abſentem qui ideo arbitrari non poterat elegerit, non finitur eligendi poteſtas, ita Salicetus in lege dotis promiſſio.ff.de iure doti.Baldus conſilio 144. quòd iudex,libro quarto Paulus conſilio 103. columna prima,Felinus in capitulo ſecundo, fallentia.1.de treuga, & pace.Iaſon in lege diuortium.§.quod in anno, ff.ſoluto matrimonio.Alciatus in lege boues.§.hoc ſermone.ff.de uerborum ſignification.per noſtram regulam, & iura ſupra allegata, & l.is qui hæres.in principio.ff.de acquirend.hæredita.

90 *Facultas eligendi arbitrū non conſumitur electo eo qui nequit arbitrari.*

91 *Conditio nubendi Titio nolente quando impleta uidetur ardua queſtio.*

Trigeſimotertio. His proximum eſt† quòd legatum relictum Bertæ ſub conditione ſi Titio nupſerit, ſi ipſa conſequuta fuit, quia ille noluit, ſi poſtea ille pœnitentia ductus eam ducere uelit, & ipſa nollit, perdit legatum,quia implementum illius conditionis cum effectu intelligebatur per noſtrum tex.cum glo. ſecundum Petrum quem ſequitur Cinus in 4.quæſt.l.fin.C.de cond.inſtit.Bal. contra in l.1.q.fin.C.de inſtit.& ſubſtit.& ibi Salic. col.fin. & Paul.& Alex.col.3.& Corneus,col.1.& Iaſ.col.4. & Decius col.pe.Alex.in l.ſi ſeruum.§.ſequitur, col.2.ff.de uerb. oblig.& conſi.102 col.1.lib.1. Manuel de à Coſta in l. cum tale.§.reſcriptum.ff.de condit.& demonſt. diximus plenius in lib.5. controuerſiarum. Pro priore opinione facit tex. quem à nemine hanc ad rem allegatum eſſe memini in l.ſi. C.de repud.hęred. ubi qui abſtinuit ab hæreditate patris poteſt re integra abſtenſionem ſuam reuocare & pœnitere niſi reſpondeas q̄ per locum ab ſpeciali ille rex.in contrariam partem poteſt reflecti. Facit etiam l.filij.ff.ad Tertull. ubi filius ſimiliter qui matris hęreditatē repudiauit poteſt infra annum re integra pœnitere,& conſilium mutare,& ille filius non nititur in ſpeciali fauore filij, ſed magis in eo q̄ illa uerba ſi uellet quodammodo ſuſpenſiua uidentur ad annum uſque quaſi interea licet ſemel ſe nolle declarauerit,poſtea tamen mutare ſententiam poſſit,quæ ratio cum expreſſa ſit in lege pro lege habenda eſt ſecundum Alex. Corn.Iaſ.Decium & alios communiter in l. humanitatis, in prin.per tex.ibi.C.de impuberum l.ſi.ubi per Doct.ff. de hæred.inſtit. cogita præſertim ſi ſine ulla uel parua mora ille ſententiam mutaſſet, nam tunc prior opinio poſterior uero quando diutius moratus fuiſſet procederet, ut ſic ad concordiam hę opiniones redigantur.

92 *Diſpenſatus ſpurius ad unum beneficium quòd ſemel habuit & reliquā an alterum poſſit tenere ard.q.*

Trigeſimoquarto huc etiam & illud ſpectare uidetur q† ſi Papa diſpenſauerit cū illegitimo ut poſſit obtinere beneficium ſeu ſacerdotium, & quod ille ſemel ſuſcepit ſine culpa ſua amiſit,& tunc aliud etiam habere poteſt, ut in ſimili per Ioan. Andr. in cap. per uenerabilem in glo.2. qui filij ſint legi,ratio ne illa interpretatio fiat per quem diſpē ſatio reddatur inutilis. Item quia quod euictum eſt nec datum quidem intelligitur l.ſcimus,in prin.C.de inoffic.teſta. l.quibus diebus.§.quidam Titio.ff.de cond.& demon. & ita ſentiunt Archid.in c.1. ad finem de filijs præsbytero, licet diuerſum eſſet ſecundum eum ſi ſponte tale beneficium reliquiſſet ut aliud haberet,quod & tenuit Rota in nouis deciſione.339.ſi illegitimus.Lucas de Penna in l. ſi quis decurio,col.2 C.de decuri.lib.10.Bald.in cap.innotuit, col.1.de elect.Decius conſi.169.circa primum,col.1.& conſi.152. cū reuerendiſſimus,col.2.Philipp.Franc.in ca.non poteſt, de prēb.lib.6.

Contrarium ut etiam ſi ſponte remiſerit beneficium poſſit ad aliud ex ui diſpenſationis aſpirare tenent Ioa Mona in d.cap.1.de filijs preſb. & ibi Io.Andr. & Ioann.Andræ. in c.non poteſt de prēb.lib.6. id quod certius eſt, quaſi diſpenſatio non tam beneficium reſpexerit,q̄ perſonam cum qua diſpenſauit, ut talis diſpenſatio ſimilis ſit legitimationi factæ quo ad unum tantum beneficium non quo ad plura obtinenda, at legitimati nihil differunt à uere legitimis auth.quibus mo.na.effici.ſui.§.illud authen.qui.mo.na.effi. legi.§.igitur,& §.liceat,& diximus ſ. ergo &c.

93 *Proprietatis appellatione uſusfructus cōtinetur ne diſp. reddatur inutilis.*

Trigeſimoquinto his etiam accedit quòd† ſi teſtator habens liberos, uxorem ſuam dominam ſuorum bonorum relinquat,nō propterea uidetur illi relinquere dominium. ſed alimenta tantum, cum ea præminentia in domo quā & ante mortem teſtatoris habuerat, ratio quia niſi ita fieret interpretatio diſpoſitio illa careret effectu, cum liberi tale teſtamentum expugnarent, ita Bart.Bal.& alij in auth. hoc locum.C.ſi ſec.nupt. muli. & Bart.conſilio.9. ſuper eo quod quæritur,& conſi.170.Petrus Maioli. & inter conſil. Bal.in conſi.120.Nicolaus,& ibi Bal.in ſubſcriptione lib.5. & per Bal. Imol. Paulus Caſt. & alios Doctores, & præcipue Paul. Picū in repetit.in prima quæſt.in d.l.Titia cum teſtamento.§.ult.& Speculat.tit. qui filij ſint legi. uerſicu. quid ſi quis ita.& ibi Ioan.Andreæ & Bal.in additio.& eundem Bal.in l.ult.col.2.uerſi.quid ſi teſtator.C.de indi.uidui. & in c.ult.col.4.uerſi.conſuetudo interpretatur.extra de cō ſuetu.& conſi.291.dominus.Bar.lib.3.& conſi.50. uiſo teſtamento,in ſi.lib.5.Angel.conſi.97.Viuianus de mōte.col.ult. uerſi.

uersi. restat igitur uidere,& consi.109.in dict.testamento, col.1. uersi.restat nũc igitur uidere, & consil.301.factum tale legitur, in uersic.quartum dubium, & Rom.con.153. hæc domina Franciſca,& consi.516.in casu propositæ consultationis.Etenim ex communi usu loquendi uxores domi næ appellantur.c.fi.de consue.nec dubiũ est quin ex communi usu loquendi dispositiones testatorum sint accipiendæ,l.seruus plurium §.fin.ff.de leg.1.

94 *Vxori legatum relictũ non perditur per ipsius iuprum in uiduitate cõmissum.*

Sed uidendũ est†an tale legatum per stuprum inuiduitate commissum amittatur,& Ciphontinus in l.14.Tauri, tenet amitti,quod & tenuit Palacius rub. in repet.rubric.de donation.inter uirum & uxorem.§.67.num.4.facit l.9.titu. 12.lib.3.fori.& l.fin.ad finem.titu.4.lib.5.ordin.† Salicetus in lege fideicommissum.C.de fideicommiss.ubi bona glosſ. ubi in simili per Bart.qui ait post glosſ. ibi quòd si legatarius etiam post mortem testatoris eius uxorem compressit priuatur legato tanquam indignus . Idem Bartolus in lege prima.ff.de his quibus , ut indignis ad fin. glosſ.& Bart. in lege sororem C.eodem titulo , Bald.in capitu . tuæ. de procura.sed utrumque ut nobis uidetur nullo iure probatur .

95 *Legatarius qui uiduam testatoris compressit amittit legatum.*

Trigesimosexto, his etiam proximum est , quòd† priuilegium datum episcopo intelligitur late quando aliter nihil operaretur,unde si in eo dicatur ut possit testari intelligitur ut etiam de bonis ab ecclesia acquisitis testari possit,nam de patrimonialibus de iure communi poterat disponere in testamẽto,ita Anch.in con.182.pro parte.pro quo optime facit tex. nostercum glo.

96 *Episcopo datum priuilegiũ ut possit testari intelligitur etiã de bonis quæsitis intuitu ecclesiæ.*

Trigesimoseptimo,†Qua ratione licet regulariter appellatione filij non comprehendatur adoptiuus,tamẽ si concedatur ei qui generare non potest , qualis est clericus in sacris constitutus , ut filios possit instituere , intelligitur de adoptiuis ne nihil ea concessio operetur , ita Bart. in l. si quis posthumos , in princip.ff.de libe.& posthum. ubi late per Paulum,Alexandrum,& alios post glosſ.ibi: nam generale est ut lata fiat interpretatio nec dispositio effectu careat glosſ. & ibi Barto. in fin. in lege sæpe. ff.de officio presidis.

97 *Filij app.adoptiuus interdum continetur.*

Trigesimooctauo his etiam affine est quòd licet terminus finitus non possit prorogari , ut l.sed si manente.ff.de præca.l.nam & si.ff.de iniusto rupto , tamen si ea prorogatio concedatur post terminum iam finitum , non desinit ualere , non tam in uim prorogationis quàm in uim nouæ concessionis,†idemque est si tam prope finem termini prorogatio concessa esset , ut intra residuum temporis ad notitiam eius cui prorogatio conceditur ueri similiter peruenire non posset,ut tradunt Doctores per textum , ibi in lege cum stipulatus sint mihi a Proculo.ff.de uerbo. oblig. quæ res sæpe in usu uenit cum iudicibus delegatis absentibus uel a summo Pontifice , uel a Principibus secularibus similes prorogationes conceduntur , ut in simili plenius diffeuimus in tomo de controuersijs.

98 *Terminis finitus an possit prorogari.*

99 *Prorogatio facta prope finem termini interdũ una concessio esse intelligit.*

L. SI QVANDO §. ILLVD. C.de inofficioso testamento.

1 Legitimæ imputatur quod filius recipit ut pro legitima haberet,cum communi contra alteram communem.
2 Quidquid pater dedit filiofamilias hac contemplatione ut in legitimam imputaret est in legitimam imputandum.
3 Nouissimus & germanus intellectus ad istum.§.illud.
4 Querela sumitur generaliter pro querimonia
5 Supplementum legitimæ nulla alia actione petitur quam per querelam , uel per eandem actionem qua petitur id quod principaliter relictum fuit contra communem.
6 Glossa in l.omnimodo in uerbo exigere,ab omnibus recepta , ostenditur esse falsam.
7 Supplementum legitimæ qua actione petendum sit.
8 Supplementum legitimæ præscribi potest tempore ordinario decem uidelicet annis inter præsentes & uiginti inter absentes & sic non desiderantur anni triginta.
9 Iura hæreditaria in quibus datur repletio per legem xxx. annis præscribuntur , contra Iasonem .
10 Tex.in præsentiarum multiplicater interpretatur .
11 Intellectus l.si quando.§.illud, & l.scimus , in prin.C.de inoffic. testamento .
12 Pactum de non querelando interpositum à filio,ut non possit querelare nec amplius à patre petere , non magis inducit querelam , quàm si interpositum non esset , contra glo. Paul. Fulgosi. & Natam .
13 Datum filio inter uiuos hac lege , ut illud pro legitima habeat , in legitimam est imputandum,contra glo.Butr.Cinũ,Salic. Paul. Natam , & communem.
Pactum de non querelando gestum à filio patre acceptante , non est contra bonos mores, contra Cin. licet secus si fiat patre ignorante .
14 Intellectus l. si quando.§.illud,in uerbo testamento.C.de inoffitio. testamento .
15 Intellectus l.1.§.si parens.ff.si quis à par.
16 Emancipare filium pecunia accepta delictum est, secundum communem opinionem .
17 Pactum de non succedendo non excludit filium à successione patris licet integram legitimam receperit, contra communem .
18 Testamentum iure.C.no uitiabatur filij præteritione qui aliquid à tre in testamento,uel inter uiuos acceperat .
19 Legitima potest assignari per patrem in pecunia numerata, contra communem .
20 Renuntiatio hæreditatis nocet etiam in legitima , contra communem.
21 Intellectus l.si quando.§.illud ibi,agnouerit C.de inofic. testam.
22 Testamentum quando per agnitionem relictum uideatur approbatum,noua declaratio .
23 Intellectus l.pactum quod dotali,& l.fi.C.de pactis , & l.pactum. C.dr collat.& l. si quando.§.illud.C.de inofic.testam. & cap. quamuis,de pactis in 6.contra Decium,& Ias.
24 Renuntatio non nocet in ignotis .
25 Certioratio generi ea est insufficiens .
26 Locatoris culpa si casus contingat,non nocet conductori,licet renuntiauerit casibus fortuitis.
27 Conductor quando possit agere ad remissionem mercedis,uel ad totale interesse .
28 Locatio est quando annuatim pretium constituitur .
29 Dispositio omnis non ex uerbis sed ex sui substantia iudicatur .
30 Pactum de futura successione conseruanda non ualet , pro Alciato contra communem .
31 Pactum de non succedendo non excludit parentes ab hæreditate liberorum, contra glo.Dec. & Natam.
32 Qui filium pretio emancipauit non deliquit .
33 Pactum de non succedendo cum patre initum non impedit quin ex testamento succedatur,nec periurium contrahitur , & nu.35. ubi contra Aretinum .
34 Intellectus l. si post mortem.§.si.ff.de contra tab.
36 Intell.c.2.de pactis lib.6.& nu.37.
38 Intell.c.intellecto de iureiurando.
39 Impubes doli capax an ligetur iuramento .
40 Noua opinio.
41 Noua opinio .
42 Prodigus an ligetur iuramento,& uide nouã opin.nu.43.et 44. & contra communẽ.nu.45 .& 47.& contra Natam.nu.46.
43 Renuntiatio filiæ an præiudicet nepotibus .
49 Legitimæ nocet renuntiatio facta post aditam patris hæreditatem.
50 Legitimæ nocet renuntiatio facta post mortem patris etiam ante aditam hæreditatem .
51 Legitimæ non nocet consensus filij etiam præstitus in actu testandi contra communem .
52 Primus casus.
53 Legitimæ renuntiatio facta à filio quando noceat nepotibus .
54 Secundus casus .
55 Legitima admittit uulg. substit.
56 Filij patris locum ascendunt in stirpes .
57 Legitimæ nepotum non nocet renuntiatio filiæ contra Decium.Roma.etiam si filia integram legitimam inter uiuos reciperet.
58 Dos filiæ data an nepotibus imputetur contra communem .
59 Quintus casus .

60 *Contra communem.*
61 *Quintus casus prm.*
62 *Legitima onus non patitur etiam de consensu filij contra Couarru. & num.63.64.65.& 66.*
67 *Contra eund.maioratus.*
68 *Contra eund.ad §.cum autem,l.27.Tauri.*
69 *Contra eund.*
70 *Renuntiatio inofficiosa an noceat nepotibus renuntiantis filijs.*
71 *Maioratus in ordinatione tria requiruntur*
72 *Maioratus in constitutione quorum consensus requiratur.*
73 *Exhaeredationi an filius post patris testamentum posit consentire contra nouissimos.*
74 *Querela quando oriatur contra nouissimos.*
75 *Dotata filia quæ dicatur contra Natarium.*
76 *Dos competens quæ dicatur.*
77 *Dos filiæ relicta an habeat hanc conditionem si matrimonium sequatur.*
78 *Dos quando habeat tacitam conditionem si matrimonium sequatur.*
79 *Nepotes ex filia præmortua an excludantur stante dicto Statuto.*
80 *Filiarum appellatione quando nepotes contineantur.*
81 *Dos oblata habetur data,contra communem,nu.82.*
83 *Posthuma filiarum appellatione continetur in Statuto quod Statutibus masculis,&c.contra.Natam,num.84.*
85 *Intellectus l.3.§.de illo pro socio.noua ratio.*
86 *Pactum quod habet implicitum uotum captandæ mortis non ualet, contra Curtium.*
87 *Noua consideratio.*
88 *Pactum ut donatio etiam propter ingratitudinem non reuocetur, ualet contra communem.*
89 *Successio filiabus auferri potest contra communem.*
90 *Lege fieri potest ut monachi non succedant contra communem pro Bart.*
91 *Contra Curtium.*
92 *Contra Bartolum.*
93 *Intell.§.si parens.1.resp.l.1.ff.si a paren.contra Curtium, & nu.94.& contra Aretinum,nu.95.*
96 *Donatio omnium bonorum,ualet contra communem.*
97 *Renuntiatio paternæ hæreditatis comprehendit etiam legitimam contra Aretinum.*
98 *Renuntiari ut posit ius futurum*
99 *Ius in re tantum quando habere dicamur cum Curtio contra Bartolum.*
100 *Ius personale quæsitum non perditur simplici renuntiatione cum communi.*
101 *Ius reale etiam proprietates possum repetitione amittere contra Bartolum.*
102 *Renuntiari ut posit ius tantum in spe competens.*
103 *Adire an posit sub conditione instituto*
104 *Spes an posit remitti*
105 *Futurum ius quare pacto remitti queat non simplici renunciatione.*
106 *Renuntiatio geminata facta in absentia partis non nocet contra Iaf.cum Curtio.*
107 *Repudiatio hæreditatis uiuentis etiam sub hac conditione si mihi deferatur non ualet cum Alciato,contra Bartolum, & communem.*
108 *Renuntiari ut posit sub competenti re & spe noua dedaratio.*
109 *Repudiatio hæreditatis nondum delatæ non firmatur iuramento, contra communem.*
110 *Intellectus l si.C.de pactis.*

EQVITVR annotatio l. si quando. §. illud. C. de inoffic. test. quæ similiter pertinet ad liberorum parentumque exhæredationem uel præteritionem & eius uerba ita habent.

Illud etiam sancimus, ut siquis a patre certas res uel pecunias accepisset,& pactus fuisset quatenus de inofficioso querela aduersus testamentum paternum minime ab eo moueretur,& post obitum patris filius cognito paterno testamento non agnouerit eius iudicium,sed oppugnandum putauerit: uetere iurgio exploso, huiusmodi pacto filium minime prægrauari, secundum Papiniani responsum, in quo definiuit, meritis magis filios ad paterna obsequia prouocandos, quam pactionibus astringendos. Sed hoc ita admittimus, nisi transactiones ad hæredes paternos filius celebrauerit, in quibus apertissime iudicium patris agnouerit. In tex.ibi,quærela opp.quòd † postquã filius aliquid recepit, non potest querelare sed agere ad supplementum l. omnimodo supra eodem.glo. soluit tripliciter & ultimam tenere uidetur, in dubio unde sentit, quòd agatur querela,& expugnetur testamentum idq; in odium patris filium astringere uolentis, ut per hoc limit. sing.d.l.omnimodo. Idem Paulus & Iaso. quod & sentit Fulg.& Nata in cap.quanuis, num.6. in fi.de pactis. Sed Butrig. nult, quòd in dubio agatur. querela ad expugnandum, quia simplex donatio (qualis fuit hic, cum pater non expresserit in quartam imputari debere)non imputatur in legitimam secundum Bar.& omnes num.10.in l. in quartam.ff.ad legem Fal. Adde Decium, consil.181.col. pen.ad fin.Ad l.omnimodo. resp. quòd ibi aliquid reliquerat in ultima uoluntate, quòd cum imputetur in quartam secundum Bar.ubi supra recipit supplementum quod si pater expressim egisset, ut imputaretur tunc Butr. agnoscit, quòd querelam non proponeret sed ad supplementũ ageretur l.si non mortis,cum conc.ff.de inoffic.testam.& l.nostra §.fin.& §.fin. inst.eod.l. Papinianus.§. si quis mortis, eod.itaque quidquid imputatur in quartam, siue capiatur in ultima uoluntate, siue inter uiuos id recipit supplementum ad exclusionem querelæ,secus in eo quod non imputatur.

Tertius intellectus est Cini dicentis, quòd datum non imputatur in quartam,quia datum contra bonos mores,un de melior est conditio filij possidentis, sed rep. per Salice. tamen reprobatur alia ratione, nam falsum est dicere esse id pactum contra bonos mores, nec etiam placet primus intellectus,quia non habet saporem, & est parum æquus, nec placet secundus intellectus, quia quòd datum imputetur in legit. id prouenit ex mera uoluntate dantis,siue illa sit expressa,siue præsumpta,ut patet ex Bar.ubi supra,& ibi omnes Doctores,cũ ergo id pater dederit, ut filius ab omni legitima abstineret, multo magis uoluit ut saltem imputaret: facit tex.in authen.de triente & semisse.§.illud l.1. cum sua gl.& auth.ibi posita.C.de coll.l. quoniam nouella, eod.tit.§.& generaliter,in prin. infra hac lege l. à patre.C. de coll.& l. fin. eod. tit. † ex quibus omnibus constat, q̃ id quod pater dedit filiofamilias hac contemplatione, ut id in legitimam imputaret,in legitimam imputandum est,non secus, q̃ si id nominatim expressum foret.

Quartus fuit intellectus Sali. dicentis,q̃ datum hic non imputatur,quia fuit datum inter uiuos absque expressa cõditione imputationis non aut relictum in ultima uoluntate,unde imputari non debet,ut in l.omnimodo, fuit relictũ in ultima uoluntate sed nil est, nam & datum inter uiuos absque expressa conditione imputationis potest imputari l.quoniam nouella.ẽ.eod.& per Bar. ubi ẽ. si id intelligatur ex mente dantis pro ut euidenter contingit in l.nostra,ergo &c. † & q̃ præsumpta uoluntas dantis sufficiat, ut datum imputetur,ultra d.l.quoniam nouella,& Bart.in d.l. in quartam,nu.10.probatur expressim in l.si non mortis.ff. de inoffic.testa. Tu ergo quinto loco & nouissime dic,q̃ querela sumitur generaliter pro querimonia, ut docet Cataldinus in tract.de syndicatu.nũ.115.per l.in contractibus,in prin.ỹ.de non num.pecu.unde q̃ hic pater agebat ne filius querelaret hunc sensum habet ut filius non quereretur petens legitimę supplemẽtum isq; intellectus hic necessarius est tum propter d.l.omnimodo,tum & fortius per §. fin.ỹ. hac l.ibi legitimã partem repleri. iunctis illis uerbis omni exclusa querela ubi apparet querelã proponi uideri ab eo qui petit supplementum. Stringe per §.fi.huius l.in fin. ubi patet,q̃ dicta in d.§.referentur etiam ad hunc.§.illud.

Infero

1 *Legitime imputatur qđ filius recepit ut pro legitima haberet, cum communi contra alteram communem.*

2 *Quidquid pater dedit filiofamilias hac contemplatione, ut in legitimã imputaret, ẽ in legitimam imputandũ.*

3 *Nouissima & germanus intellectus ad istũ §.illud.*

4 *Querela sumitur generaliter pro querimonia.*

Infero nouiſſime probari tàm hic quam in §. ſequẽti † nulla alia actione ſupplemẽtum legitimæ peti quã per querelam ſatis eſſe uidetur de mente d.l.omnimodo, ſubinfero uerum non eſſe quod ait. glo. exigere ibid. (quam omnes tenent.) ꝙ cõditione. ex lege peti tur ſupplementum legitimæ. id enim minime uerum eſt, ſed uel per querelam ut diximus petitur uel quòd uerius eſt per eandem actionem qua petitur † id qđ principaliter relictum fuit quandoquidem ſupplemẽ tum hoc legitimæ ꝙ ex lege iure quodam accreſcedi defertur eadem actione petendum eſt qua petitur id quod primordialiter relictum fuit ut reſoluimus in d. l.omnimodo. qua ratione conſtanter dicẽdum eſt † ꝙ ad ſupplementum legitimę preſcribendum non deſiderantur anni triginta ſed tantum tempus quantũ exigitur ad reliqua iura uel corpora hæreditaria præſcribenda in quibus fit a lege repletio legitimę iuxta l.ſcimus, in prin.&.§.repletionem, infra hoc ti. ut corpora hæreditaria in quibus cõtingit repletio decem annis inter preſentes & annis 20. inter abſentes preſcribantur ut per totum. C. de long. temp. præſ. & in prin. inſt. de uſucap. † iura autem hæreditaria in quib. d. repletio per. l. contigit annis. 30. preſcribantur ut in prin. inſt. de perpet. & temp. act. licet contrarium teneatur communiter ut per Iaſ. in l certi cond. nu. 25. ff. ſi cer. pet. Redeundo ad noſtrum tex. poſſemus etiã intelligere ꝙ hic & in. §. ſeq. non dicitur ꝙ filius qui aliud recepit poteſt querelare, ſed dicitur ꝙ cum id inter uiuos accepit pollicitus fuit ſe non querelaturum, & cum pater acceptauerit. & approbauerit hanc filii pollicitationem ſatis aperit ſe dare ut filius imputet in legitimam uel pro legitima habeat. & licet pater, & filius putaſſent. ꝙ ut ceſſaret querela. neceſſe erat tale pactum fieri. tamen neceſſe non erat. ſed ſufficiebat hac mente datum fuiſſe ut in legitimam imputaretur, & eadem mente acceptum, quinimo ẽt poſſemus intelligere quòd pater & filius non putabant tale pactum neceſſarium. ad excludendam querelam poſt illam ſummam acceptam. ſed ad excludendam querelam. ante illam ſummam acceptam, ut ſit ſenſus quòd licet tempore quo contrahebant quo tempore nondum quicquam filius receperat, poſſet ipſe filius querelam proponere, tamen a iure querelandi poſt pecuniæ acceptionem deſiſteret. id ꝙ ſolius pecuniæ receptio hac mente data efficere ſufficit. abſque pacto. vel clarius hic pater & filius errabant quatenus putabant id pactum ſufficere ad excludendam querelam, ſi forte competiiſſet. ſed tex. implicite ait ꝙ querela nõ competebat poſtquã ea pecunia data fuit. nec in caſu quo competeret. id pactum ad eam excludendam ſufficeret.

Vel taliter querela uidebatur competere ex duplici capite, tum ꝙ non integram legitimam filius acceperet. tum etiam ꝙ illud quod acceperat non fuit in ultima uoluntate relictum ſed tm̃ inter uiuos datum & licet primum caput per l. omnimodo. ſ. eod. medellam receperit tm̃ ſecundum caput nulla unquam lege exciſum fuit, ideoq; utiliſſime per hunc tex. & per l. ſcimus, in prin. infra eod. ti. illa prouiſio legis omnidõ. ſ. eo. quæ loquitur quando minus legitima portione relictum fuit in ultima uoluntate extenditur ut procedat etiamſi inter uiuos tm̃ nõ etiam in ult. uol. relictũ eſſet ideoq; in terminis huius tex. merito putabant pater & filius querelam competiturã niſi pacto excluderetur, ſed reſp. pactum non proficere ad excludendam querelam & impediendũ legitimæ ſupplementum ſed per hanc. l. & excludi querelam & induci legitimæ ſupplementum. ſed contra de l. ſi non mortis. ff. hoc tit. ubi in propriis terminis huius tex. deciditur utrunque & querelam ceſſare & dari repletionem. ſol. ſecundum gloſſ. ibidem & Doctor. illud additum eſſe a noui iuris compoſitoribus, uel dic ut ſuperius dixi circa illius le. ſi non mortis. intellectum. & uide per Iaſo. in le. pactum, colum. 2. C. de collatio. glo. Bar. & Oldr. in d.l. ſi non mortis. Bar. Pet. Salice. nume. 1. in d.l. omnimodo. Imol. in l. ita tñ. §. qui rogatus. ff. ad Trebel. & in l. inter cętera. ff. de liber. & poſth. ubi Alex. col. 1. Alber. in d.l. ſi non mortis Paul. & Iaſin d.l. omnimodo. Fulg. in d.l. ſi non mortis. Suares, in l quoniam in prioribus. ſ. hoc titu. fol. 2. col. 3. Areti. in d.l. inter cętera, ff. de lib. & poſthum.

Ergo ex ſuperioribus infertur, quòd propter pactum de non querelando interpoſitum a filio, ut & querelare non poſſet, nec amplius a patre petere, filio non datur querela non magis quam ſi id pactum interpoſitum non fuiſſet, quod eſt contra gloſſ. hic, & Paul. & Fulgo. & Natam, ubi ſupra, quos diximus tenere primum intellectum, nec iſto caſu lim. d.l. omnimodo, ſed generaliter adhuc procedit.

Infertur ſecundo quòd † datum filio inter uiuos hac lege, ut illud pro legitima habeat ſibi in legitimã imputandum eſt, quod eſt contra Butr. & gloſſ. & Cinum, & Sali. & Paul. & Iaſ. hic, & contra Natam, ubiſupra & communiter Doctores hic, ſed alias eſt communis opinio, quòd imputetur, ut per Iaſin l. pactum C. de colla. col. 2. pro qua opinione noſtra, & communi eſt tex. in l. ſi non mortis. ff. hoc titu. duximus in §. imputari d.l. omnimodo, iſto titulo.

Infertur ſimiliter contra Cinum tertium intellectum ſupra citatum tenentem quòd pactum, de quo hic non eſt contra bono. mo. ut hic, & l. fin. C. de pact. licet foret ſi inſcio patre inter filios interponeretur, ut alias duximus.

Infertur contra Sali. qui quartum intellectum tenebat quòd datum a patre filio inter uiuos imputatur ei in legitimam licet id expreſſim actum non fuerit, ſed tantum tacite, ut hic, & d.l. ſi non mortis.

Verum circa hanc partem uidendum eſt de intellectu huius tex. in uerbo teſtamento, conſtat enim ꝙ hic factum fuit teſtamentum quod ualere non poteſt ſi filius familias teſtantis præteritus ſit, ut in l. inter cętera, & per totum. ff. de lib. & poſthum. & in princip. inſt. de exhæ. liberorum. l. 1. ff. de iniu. rup. nec ex tex. apparet an hic filius exhęredatus eſſet, an inſtitutus, an præteritus. Ergo uidendum quid iuris ſi fuit inſtitutus, & quid ſi fuit exhæredatus, & quid ſi fuit præteritus. Primo caſu cum fuit inſtitutus, tunc ſiue in eo quod inter uiuos acceperat inſtitutus fuiſſet, ſiue in alia portione hæreditatis, uel etiam in re certa teſtamentum omni iure ualebat, ut iuribus, ſupra allega. & §. cæterum, in authen. ut cùm de appella. cogno. intellige, quòd omni iure id teſtamentum primordialiter quo ad ſui creationem ualebat, licet olim ſi in minore portione, quàm legitimam inſtitutus foret querelam proponere poſſet. l. cum quęritur, l. parentibus hoc titul. l. ſi non mortis. l. Papinianus, §. quoniam aũt ff. eod. tit. hodie autem non poſſet, ut l. omnimodo. ſ. eod. & in d. §. cęterum. ergo ſi ponimus quòd is filius fuit inſtitutus, uel in eo, quòd inter uiuos acceperat, uel in alio, uel etiam in eo, quod inter uiuos acceperat, & prętera etiam in alio, tunc ſi omne id facit integram legitimam nil aliud petere poteſt, nec ad rem pertinet, ꝙ legitima ſit minuſcula pars eius quod ei filio ab inteſtato contingeret, ut in l. ſi quis in ſuo, in princip. ſupra hoc titulo quodq; is filius per tale pactum tex. dicat quod minime prægrauatur per quòd uidebatur quòd integram uirilem portionem conſequi deberet, non obſtante pacto, non ſecus quàm ſi id pactum interpoſitum non fuiſſet, nam reſp. quod in ſpecie propoſita is filius non tam pacto, quàm teſtamento excluſus fuit a ſua uirili quandoquidẽ qui in minore portione, quàm in legitima inſtitutus fuit non ad ſupplementum totius uirilis portionibus, ſed ad ſupplementum tantum legitimę agere poteſt d. l. omnimodo.

5 *Supplementum legitimæ nulla alia actione petitur quam per querelã uel per eandẽ actionem quam petitur. id quod principaliter relictum fuit cõtra communem.*

6 *Glo. in l. omnimodo, uerbo exigere ab omnibus recepta oſtenditur eſſe falſam.*

7 *Supplementum legitimæ qua actione petendum ſit.*

8 *Supplementum legitimæ præſcribi poteſt tempore ordinario. 30. uidelicet annis inter præſentes, & 20. inter abſentes, & ſic non deſiderantur anni. 30.*

9 *Iura hæreditaria in quibus datur repletio per legẽ 30. annos præſcribitur contra Iaſ.*

10 *Tex. in præſentiarũ multipliciter interpretatur.*

11 *Intel. l. ſi quando. §. illud & l ſcimus in prin. C. de moſ. teſt.*

12 *Pactum de nõ querelando interpoſitum a filio, ut non poſſit querelare, nec amplius a patre petere nõ magis inducatque relam, quàm ſi inter poſitumnõ eſſet, contra glo. Pau. Fulge. & Natam.*

13 *Pactum filio inter uiuos hac lege, ut illud pro legitima habeat in legitimam eſt imputandum cõtra gl. Butr. Cin. Sal. Pau. et Natam, et cõem pactum de non querelando geſtum a ſi lio patre acceptante non eſt contra bonos mores, cõtra Cyn. licet ſecus ſi ſi at patre ignorante.*

14 *Intell. l. ſi quando §. illud in uerbo. teſta mẽ. C. de inoffi. teſt.*

omnimodo.d.§.cetetum.Et hoc caſu quòd accepit debet ſecundum nos in legitimam imputare quandoqui dē hæc fuit uoluntas patrisfamilias. Nec obſtat tex. hic in uerb.querela.nam intellge,ut ſupra.

Quòd ſi is filius fuit exhęredatus iuſſuſq; contentus eſſe,ijs quæ inter uiuos acceperat, tunc ſimiliter ſecundum iſtud ius teſtamentum ualeret, & querela ceſſaret,& acceptum in legitimam imputaret, & ad ſupplementum tantum legitimæ non etiam totius uirilis portionis ageret,ut per ſuperiora probatur, hodie autem dic,ut in auth.ut cum de appella.cog.§. aliud quoque,quod ſi is filius præteritus fuiſſet in teſtamento,tunc ſecundum communē opinionem tempore huius legis, quæ poſt d.l. omnimodo creditur facta teſtamentum ualeret eo quòd non uideretur is filius omnino præteritus non ſecus quàm ſi is exhęredatus eſſet,uel inſtitutus,& conſequenter quod accepit in legitimam imputaret ageretq; ad ſolius legitimæ non etiam totius uirilis portionis ſupplementū, & licet in d.l.omnimodo, non loquatur, nec dicatur ſufficere ad ualiditatem teſtamenti querelæq; excluſionem aliquid inter uiuos tantum non etiam in teſtamento relictum fuiſſe,tamen id per l.noſtram, & per l.ſcimus,in prin.eod.ſupplemetū eſſe uidetur, ut inter uiuos datum ſufficiat quod ſuſpectum puto.Sed cum ſecundum nos ad firmitatem etiam primordialē teſtamenti id non ſufficiat relictum fuiſſe in teſtamento,& longe minus inter uiuos,niſi præterea,uel inſtitutus proponatur,uetere hæredatus per hunc tex.& d.l.ſcimus,in princ.ut late differuimus ſupra in lib.1. tunc hoc caſu cum poneremus filium præteritum ipſe filius ab inteſtato integram uirilem portionem cō ſequeretur in quam imputaret quod inter uiuos acceperat,uel melius conferret quod inter uiuos acceperat,& ita uirilem integram ab inteſtato conſequeretur,pacto non obſtante,uel teſtamento non ſecus, q̄ reliqui fratres,qui pacti non fuerant. Ergo hoc unum ſemper ueriſſimum eſt,quòd is filius illud quod hac lege receperat,ut pro legitima haberet nunquam habebit præcipuum contra patris ſui uoluntatem, ſed uel imputare tenebitur in legitimam, uel conferre. Sed an in terminis huius tex.ualeret teſtamentū etiā ſi filius inſtitutus non eſſet, neque exhęredatus dicu duximus in d.l.omnimodo.§.30.in l.2.par.

Quartus intellectus eſt Fulg.hic dicentis,quòd ibi pater integram recipit legitimam ne iudicium filij in quietarę,& ſic in legitimam imputaret ergo &c.ut l. ſi non mortis.& l.Papinianus.§.ſi quis mortis.ff.eodem titulo, & §. final. infra hac lege,& §.fi.inſt.eod. titulo hanc ſolu.ſenſit gloſſ.hic in ſecunda ſolutione cum ait. quòd hic minus legitima recepit, ſentiens quòd ibi integram,idem ſentit gloſſ.ibi in uerb.in eū, dum allegat l.cum quo.§.fin. ad leg.Falci. ff. quod & uult Bartol.in l.fin.C.de pact.& Odofre.in l. pactum infra de collat.& Curt.nume.43.in d.l.fin.C.de pact. qui intellectus ueriſſimus eſt quo ad ſ. cundum reſponſum illius legis,ſed non quo ad primum, in quo non integram legitimam pater accepit,& tamen non petit ſupplementum.Sol.Bar.in d.l.fin.quòd pater deliquit accipiendo pecuniam,ideo,&c. Sed Decius ibi nume.29.& Curt.nu.43.& Alciatus 16.in glo.quæ cōtra impugnat per l.utrum turpem.ff. de uerbo.obliga. Alciatus nouum dat intellectum, ut non pactione ſua, ſed prætoris diſpoſitione excluſus uideatur pater,quod probat,ut per eum,tamen nouiſſime dic, agnoſco,quòd à prætore excluditur, ſed non per rationem Alciati,ſed quia prætor patri qui filium bene ficio emancipationis gratis affecit præmio afficiebāt l.1.in princ.ff.ſi quis à par.fue. quòd præmiū denegat. ei cum mercede,& pretio emancipauit, quòd tunc nullum beneficium in filium contuliſſe pater uidetur.Sic & in l.diuus eod. titulo pater qui coactus filium emācipauit.(qualis eſt ille,qui ob nimiam duritiem in filium. cogitur) caret illo prēmio bonorum poſſeſſio. itaque qui non benignitate & indulgentia, ſed neceſſitate coactus uel mercede conductus filium emancipat. emancipationis præmium non meretur nec habet.

Sed contra omnes ſolutiones opp.quòd nō meruit ſignari id contrarium. quia ibi nullum pactum Curt. in d.num.43.Reſp.quòd imo meruit. nam ſi ibi pater excluditur ſine expreſſa pactione multo magis. ſi exprimeretur. ſed nil eſt,nam ſatis ex parte ſua implere uidetur is teſtator qui in uita tradit, omne id quod poſt mortem relinquere debebat,non ſic ſi uerba daret filium uel patrem pactione remouendo. quinimo plenius is pater impleſſe uidetur quandoquidem bis dat qui cito dat,& plus dicitur ratione temporis non ſecus quam ratione quantitatis ut in §. plus, inſt. de actioni. & hunc intellectum huius glo.& glo. in d.§. parēs, ſcilicet quòd ibi fuit data integra legitima nō diminuta ut hic tenent Iaſ.nu.3.in fin.& Alex.nu.6.in l.pactum,C.de collatio.ubi etiam Philippus Decius, nume.16. & Bar. in d.§.ſi parens, † quod ut dixi intelligendum eſt quo ad ſecundum reſponſum illius tex.non quo ad primum in quo non integra legitima recepta fuit, ad quod Bar.& ſequaces ſupra relati in d.l.fin.C de pact. reſpondent q̄ ibi pater deliquit accipiendo pecuniam pro filii emancipatione, & ideo punitur in hoc ne poſſit impugnare filii teſtamētum, quam Bar. ſol. quę uidetur communis tenent etiam glo.in d.l.pactum dotali,C.de coll.& ibi Iaſ.num.3.in fin.& Alex.num.6.glo in uerb.lex ciuilis,in c.quānuis, pactum,de pact.lib.6.ubi Georg.Nata.nu.6.Alexan.& Iaſo. col.2. in l.ſtipulatio hoc modo,ff.de uerborum obliga. & eſt communis opinio ſecundum Couarru. in c.quanuis,de pact.in.6.in fine, quæ communis uera non eſt ut illico dicetur, Dic ergo q̄ ſenſus omniū glo.& Doct.allegātium d.§. ſi parens, pro contrario eſt q̄ quando quis recepit integram legitimam tunc bene remouetur a ſucceſſione per pactum, quam tenent omnes quos dixi tenere quartum intellectum & firmat eſſe communem Decius in l.pactum.nume. 16.de collat.Nata.in d.c.quanuis num.6.†Nos autem conſtanter tenemus opp. nam pactum de futura ſucceſſione non iuratum nunquam operabitur quicquā unde ſi filius integram legitimam inter uiuos accepit (id eſt quartam eius partis quam ab inteſtato habitus eſſet,l.parentibus.C.de inoff.teſt.) omiſſitq̄ ſeu renuntiauit ſine iuramento patris ſucceſſionē patre poſtea ab inteſtato moriente non dubito quin cum fratribus ſuccedat. tenebitur tamen imputare id q̄d acceperat,ne alias pactum contra omnes.ll.ei obſuiſſe uideretur,q̄ ſi pater teſtamentum. fecit eiq; nil reliquit. nil petere poteſt, nam ut ſi ex teſtamento accepiſſet integram legitimam,nil dicere poſſet contra teſtamentum ita & ſi eam accepit inter uiuos,nec tūc ex ui pactionis, ſed ex ui receptionis excluditur, ita intelligo l.ſi non mortis.l.Papinianus. §. ſi quis mortis.ff.de inoffic.teſt.l.ſi quando.§.& generaliter.C.de inoffic.teſt.§.fin.inſt.eod.tit. integram tamen intelligę(ut ſæpe dixi) inſpecto tempore mortis patris non receptæ legitimæ, & in hoc uertitur huius quæſtionis utilitas. nam ſi uirtute pactionis excluderetur tunc ſatis eſſet integram recepiſſe inſpecto tempore receptionis.

Prēterea etiamſi integram legitimā accepiſſet inter uiuos, & feciſſet pactū de nō ſuccedendo, adhuc non excluderetur niſi in teſtamento patris poſtea inſtitutus eſſet uel exhęredatus ne aliter teſtamentum eo præterito nullum eſſet ipſo iure iuxta l. inter cætera,& per totum.ff.de lib.& poſthu.& in prin.inſt.de exhęreda liberorum.Nec ad rem pertinet tex.in d.l. 1.§.1. &.2.ff. ſi quis a parente fuerit manu. quia contra

16 *Emancipare filium pecunia accepta delictum eſt ſecundū communem op.*

17 *Pactum de non ſuccedēdo nō excludit filiū a ſucceſſione patris licet integrā legitimā receperit, contra communem.*

tra tab. bonornm poſſeſſio, quæ parentibus dabatur contra teſtamentum liberorum emancipatorum aſſimilabatur bonorum poſſeſſio. quæ dabatur patroni contra teſtamentum libertorum, quæ quidem bonorum poſſeſſio non reſcindebat teſtamen. libertorum ex toto, ſed tantum uſque ad legitimam, ut ſiue inter uiuos, uel in ultima uoluntate integram legitimam recipiſſet patronus, tunc is & ſi nec inſtitutus in teſtamento eſſet liberti, nec exhęredatus hanc bonorum poſſeſſionem non haberet, ſiue patronus quoquo titulo legitimam deminutam recepiſſet, tunc hanc bonorum poſſeſſionem ad legitimę tantum ſupplementum haberet ſiue nil omnino recepiſſet, tunc eandem bonorum poſſeſſionem haberet ad legitimam tantum conſequendam.

18 *Teſta. iure C. non uitiabatur filij preteritione, qui aliquid a patre in teſtamento, uel inter uiuos acceperat.*

In tex. ibi, certas res, † not. teſtamentum ualuiſſe mero iure licet filius, qui aliquid inter uiuos recepiſſet reperiretur præteritus, ut & in l. omnimodo. ſupra eod. hodie oportet fuiſſe inſtitutum. §. aliud quoque in authen. ut cum de appellatio. cognoſcat. ita eſt ex mente Doctorum hic licet nos longe aliter hunc tex. intelleximus, ut dixi infra in uerbo. teſtamento, in annotationibus ad hunc tex. hic enim principaliter agebatur de querela inofficioſi teſtamenti danda, uel deneganda, qua de re tunc demum agitur cum teſtamentum ualeret primordialiter in ſui creatione patet tum quòd querelæ remedium odioſiſſimum eſt, ſicq; nunquam datur quoties alio quouis remedio, ut poſſumus, §. tam autem inſt. de inoffi. teſtamento. Ergo cum hic ageretur de querela danda, uel deneganda. pro conſtanti compertoq; erat non competere ius dicendi nullum non quoque contra tab. bono. poſſeſſ. quæ remedia competũt quando filij præteritione teſtamentum eſt nullum, ut per totũ, ff. de lib. & poſthum. tradunt Paul. Alex. Iaſ. Deci. Curt. iunior, & alij in l. poſthumo nato, C. de contra tab. bonorum poſſeſſio. & per totum titulum habetur. C. & ff. de bono. poſſe. contra tab. & §. ſunt autem inſt. de bono. poſſeſſi. tum etiam pater. quia querela inofficioſi teſtamenti eſt remedium reſciſſorium. l. ut liberis, in prin. in uerb. reſciſſo. C. de collatio. l. poſthumus, §. ſi quis ex his. ff. hoc titu. quod autẽ nullum eſt reſcindi non poteſt. l. nã & ſi, ff. de iniuſto rupto. Ergo ſi hic teſtamentum eſſet nullũ filij præteritione non ageretur de querela, quæ competit ad teſtamenti ualidi reſciſſionem. Denique hac in re dic, ut diximus in d. l. omnimodo. C. de inoffi. teſt. §. 30. in. 2. par.

In tex. ibi certas res, uel pecunias, nota, quòd ſicut hic filius ex mente omnium agit ad ſupplementum legitimæ ita & ſi filio legitima in pecunia numerata aſſigneẽ per patrem, qui allegat ſe læſum in tali aſſignatione petitq; ſibi in ceteris omnibus & ſingulis rebus hæreditarijs aſſignari legitimam, ſicut ſtatueretur per l. ſi nil pater diſpoſuiſſet audiri non debet, ſed ſi probare poſſit ſe læſum, tunc ſtante

19 *Legitima poteſt aſſignari per patrẽ in pecunia nume. cõtra communem*

ad huc tali aſſignatione ſuppleẽ legitima leſioq; reſarciret Sicq; hic uidetur eſſe tex. contra illã communem opinionem, quæ habet quòd legitima non poteſt per patrem aſſignari filiofamilias in pecunia numerata, quaſi in ipſis rebus, & corporibus hæreditarijs aſſignari debeat, argumento. l. ſcimus, §. repletionem, infra hoc titulo. Sed certe licet per legem ceſſante patrisfamilias diſpoſitione legitima mero iure filius debeatur in ſingulis rebus hæreditarijs non ſecus, quàm Falcidia, & Trebellianica, & quælibet alia portio hæreditaria quota ue hæreditatis, quæ omnes in ſingulis corporibus hæreditarijs à lege ſitæ ſunt, tamen, ut Falcidia, & Trebellianica, & quælibet alia portio hæreditaria licet mero iure ex legis diſpoſitione in ſingulis corporibus, & iuribus, & nominibus hæreditarijs debeant. l. Plautius. l. lineam margaritarum. ff. ad leg. Falci. & per totum. C. de hære. act. tamen poſſunt per patremfamilias in una, uel quibuſdam rebus hæredi aſſignari, §. ſi quis una inſt. de fideicomm. hære. l. ſi pater. l. quæ pater. ff. famil. erci cun. ita quoque & legitima filij licet mero iure in ſingulis corporibus, & iuribus hæreditarijs ceſſante patrisalia diſpoſitio ne debeatur tamen poteſt per patrem aſſignari in una, uel quibuſdam rebus hęreditarijs, uel etiam nominibus, uel pecunia numerata, ut diximus in l. omnimodo §. imputari, ſupra eodem.

Reuoco etiam in dubium, intellectum huius §. ibi, non agnouerit. nam Bald. hic quem communiter ſequuntur. Doctor. intelligit, quòd qui ſimpliciter renunciat hæreditati paternæ non uidetur renuntiaſſe legitimæ, nec iure agendi ad ſupplementum legitimæ. Ideo (inquiunt)† ſi filia uiuo patre renuntiauit eius ſucceſſioni cum iuramento non impeditur petere, uel legitimam, uel ius agendi ad ſupplementum legitimæ quo fit, ut (ſecundum eoſdem) in terminis. c. quanuis pactum, de pact. in 6. ſidos minor erat legitima, non impedietur filia petere ſupplementum. In omnibus his teneo contrarium, quia tex. hic non tam ſe fundat in defectu uoluntatis (uoluit enim plane filius ſibi præiudicare) quàm in defectu poteſtatis quod etiam paret. infra § & generaliter, & §. quæ omnis ſanctio, & in l. pactum dotali, infra de colla. & in d. c. quanuis. & in l. fin. ff. de ſuis, & leg. tam in primo, quàm in ſecundo, & etiam in tertio reſponſo. Fateor tamen quod non uidetur uelle priuare ſe in petitione dotis, uel alimentorum. nam iſta diuerſa eſſe à legitima, uel ex eo liquet quòd poſſunt peti uitio patre, & nullo alio tempore petuntur, legitima uero non uiuo, ſed demum mortuo, l. 1. §. ſi impuberi. ff. de colla. bono. iuncto titu. ff. de libe. agno. & l. fin. C. de dotis promiſſio inſero. ergo, quòd in quibus caſibus renuntiatio facta in uita patris, de cuius hæreditate ageretur eſſet iurata, in illis filius renuntians, nõ poſſet petere legitimam, hoc contra cõem primo, nec ſupplementum legitimæ, hoc ſecundo contra cõmuné. Nec me mouet, quòd poſſit petere dotem uel alimenta, quorum nomine non minus quàm legitimæ aſſignãdum eſt, ſecundum communem Doct. ut per Decium conſ. 180. & conſi. 379 nume. 15. Ripam. lib 3. reſpon. c. 15. nam licet id (ſine præiudicio) ueri de iure communi procedere agnoſceremus, quo iure minuſcula erat legitima nẽpe quarta, ut l. ſi quis in ſuo, in princi. iuncta. l. cum quęritur, & authen. nouiſſima. C. de inofſi. teſtam. tamen de iure noſtro regio, quo iure omnia bona patris ſunt legitima filij præter quintum. l. 9. tit. 5. lib. 3. fori. longe minus pro dote, uel alimentis aſſignandum eſſet, eſtq; noua limitatio illius cõmunis doctrinæ.

Redeundo ergo ad principalem concluſionem, quæ habet quòd filia, quæ ſimpliciter renunciauit ſucceſſioni patris non præiudicat ſibi in legitima, quæ concluſio communis eſſe uidetur. ut per Bal. & alios hic, & Areti. in l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hęre. col. 2. Deci. conſi. 180. & conſi. 379. Ripa. lib. 3. reſpon. c. 15. ſicq; limitant. d. c. quãuis pactũ, ut ſi ibi dos quam filia receperat eſſet minor quàm legitima, tunc ea filia poſſet petere legitimæ ſueplementũ quaſi a generali, uel ſimplici illa renunciatione legitima excepta uideretur. Certe hęc concluſio uera non eſt contra text. in d. c. quanuis in ſui generalitate. Secundo eſt contra illam regulam, quæ habet, quòd ſimplex & indefinita renutiatio equipollet uniuerſali. l. ſi plures, ff. de leg. 3. l. ſi pluribus, ff. de leg. 2. l. ſi quis cum totum, ff. de excep. rei iud. dixi ſupra. lib. 1. ergo ut ſi uniuerſę patris ſucceſſioni renunciaſſet comprehenderetur etiam legitima, ita & ſi ſimpliciter renunciet, ut dd. ll. & l. Iulianus. ff. de leg. 3. Nec ad rẽ pertinet iſte tex. ubi non obſtante renuntiatione agitur ad legitimę ſupplementum. nam hic ideo eſt, quia pactum renunciationis non ualuit, ut ſępe dictum eſt: ſecus autem foret ſi renuntiatio ualuiſſet. Nec dicatur quòd ualuit pactum in eo quod eſt ultra legitimam, ſicq; non integram uirilem portionem is filius, qui renuntiauit conſequitur, ſed ſolam legitimam, quę longe minor eſt quam uirilis portio l. ſi quis in ſuo, in princi. ſupra eodem. nam reſpõdeo quòd non ualuit renuntiatio etiam in eo quod eſt ultra legitimam, nec ex ui pacti, ſeu renũtiationis is filius ab eo quod eſt ultra legitimam excluditur, ſed excluditur ex ui teſtamenti in quo paterfamilias liberis ſolam legitimam relinquere tenetur, ut dixi in annotationibus ad hunc tex. in uerbo teſtamento, & in uerb. querela, & in uerb. minime. Nec obeſt. q. per remunerationẽ hęreditatis non uideatur

20 *Renũtiatio hæreditatis nocet etiam in legitima contra cõem*

renuntiare

renuntiare petitioni alimentorum,uel dotis, quodque dotis nomine non minus ſecundum eos aſſignandum eſt quã ſit legitimam,nam reſp.quòd licet id ſine prejudicio ueri interim agnoſcamus tamen cum ut patet aliud ſit dos, aliud alimenta, aliud legitima, certum eſt ꝙ licet per renuntiationem hereditatis paternę non uideretur petitioni dotis,uel alimentorum renuntiatum,non propterea ſequitur ꝙ non uideatur renunciatum legitimę, quę quidẽ legitima ſecundum ueras & cõmunes opiniones quota eſt hæreditatis non autem quid ſingulare quale eſt dos & alimenta. Illud autem interim uehementer adnotato quòd & ſi uera eſſet illa communis opinio, quæ habet quòd alimentorum uel dotis nomine non minus aſſignandum eſt, quàm nomine legitimę, tamen illud poſſet procedere inſpecto iure cõi,ſecundum quod ius commune legitima eſt minuſcula pars eius quod liberis ab inteſtato contingit in hereditate parentũ,l.ſiquis in ſuo,in principio.ſupra eo. ſecus inſpecto autem iure regio,nã cũ per l.9.ti.5.li.3.ord. uniuerſa bona prẽter quintum ſit legitima unius filij, ſatis ridiculum foret dicere quòd pater qui unicum habet filium ei fere totum ſuum patrimonium alimentorum nomine dare teneretur,uel filiæ dotis nomine ſeſeq; relinquere inopem & egenum,præſertim ſi poneremus eſſe patrem infimæ conditionis, qui tamen ampla bona congeſiſſet ex arte forte ſordidiſſima ſutoria forte uel alia ſimili, tunc certe cum is ſecundum quantitatem ſuæ perſonæ, & dignitatis liberis ſuis dotem & alimenta aſſignare teneretur ſatis abſurdum & pene ridiculum eſſet dicere ꝙ ampliſſima bona illa alimentorum uel dotis nomine liberis abiectæ conditionis tenetur relinquere quibus ſecundum eorum qualitatem, & dignitatem minuſculum ſuffi-
21 ceret.

Intellect. l.ſi quando.§.illud ibi agnouerit. C. de inoffi. teſta. In tex.†ibi, non agnouerit,iuncta glo.quę ait.1. nil accepit,ſenſus tex.& gl.eſt ꝙ licet acceptũ multa patris unde tacitus filii colligitur aſſenſus non obſit filio cum(quod fortius eſt) etiam expreſſus non obeſſet, tamen ut expreſſus filii aſſenſus poſt mortem adhibitus ei ſine dubio obeſſet ita & tacitus,obeſt,& ſic is tex. non corrigit, ſed cõfirmat, l.parẽtibus in fi.ff.eo.ti.licet doct.aliter ſentiãt,ſed cõtra de §. & gñaliter. ff. eadẽ l.ibi,ſimpliciter agnouerit, Sol.agnoſco quod corrigit.Nec obſt.ꝙ in cõtinenti ſe correxiſſe uideatur contra l.non ad ea,de cond.& dem.ff. namdum hic dicit non agnouerit non eſt ſumendum argumẽtum à contario ſenſu, nam Imperator hic aliud principaliter agebat, ſ.docere,ut pactum uiuente patre factum non obeſſet filio idq; expeditum eſſe cum filius poſt mortem patris eius iudicium,non agnouit (quod & antiquis legibus incognitum non orat)quod ſi agnouiſſet, tunc magis dubium ſed ad huc idem ut in §.ſequ.itaque ut nos facimus cum primo prẽmittimus caſus clariores prẽcipuę cũ aliud principaliter agimus, deinde caſus ſubdifficilis ita Iuſtinianus fecit.

Sed certe inter hunc tex.& §. ſequ.ſi recte inſpiciantur nulla pugna eſt,namq; longe differt vtrum filius poſt patris mortem agnouerit tantũ ſeu acceperit id quod ſibi relictum fuit,an uero & agnouerit id quod ſibi datum fuit, & prẽterea conſenſum prębuerit,& ratum habuerit pactum cum patre initum de amplius non petendo, nam primo caſu ſemper videtur mentaliter ſaluum integrumq; ius ſuum reſeruaſſe ad legitimę ſupplementũ conſequendũ, & ita loquitur tex.in d.§.& generaliter. At ſecundo caſu cum expreſſim patris iudicium pactumq; prẽambulum inter uiuos initum ratificauerit, quo quidem pacto conuenerat vt acceptis contentus eſſet,nec amplius peteret,tũc certe non poteſt uideri ius ſuum integrum illeſumq; reſeruare voluiſſe quandoquidẽ expreſſim ratum habuit id pactum quo id ius minuebatur nec in certis eſt locus coniecturis l.continuus §.cum ita.ff.de verb.oblig. Itaque quod in terminis §.& generaliter operatur tranſactio facta poſt mortem patris id etiam operatur pactum de amplius non petendo factum in vita patris, ſi poſt patris deceſſum ratum habeatur atq; renouet,quia tunc renaſci,repubeſcere & denuo fieri uideť,ſic enim intelligo illa verba non agnouerit eius iudicium ut ſit ſenſus ꝙ ſi eius iudicium (quo declarabatur filium iis, quæ inter viuos acceperat ex cõuentione prẽambula contentũ eſſe debere)filius poſt mortem patris agnoſceret,tũc amplius petere non poſſet, non magis,q̃ ſi poſt morte patris re uera ſimile pactum cũ eius heredibus factum fuiſſet,ut in dicto §. & generaliter eſtque nouiſſimus & ſi non fallor veriſſimus intellectus ad hunc text.

22 *Teſtamentum quando per agnitionem relicto rum uideatur approbatum noua declaratio.*

Illud†tamen uidetur eſſe ex ſententia Doctorũ hic, ꝙ licet olim is qui agnouit quod ſibi in teſtamento relictũ fuit non poſſit querelam aduerſus teſtamentum mouere,l. parentibus ſupra,eodem ti.l.pen. & fin.ff. eod.titu. tamen illa iura correcta eſſe uidentur per d. §.& generaliter infra hac lege ubi qui agnouit iudicium defuncti non impeditur amplius petere, ſed certe hæc iura ſi recte inſpician tur nullam inter ſe pugnam habent, nam qui agnouit iudicium defuncti accepitq; quod ſibi relictum fuit, per hoc uoluit teſtamentum approbare & confirmare, ſicq; poſtea querelam proponere non poteſt quæ pertinet ad teſtamentum infirmandum,l.ut liberis, in uerb.reſciſſo.C.de collat. l.poſthumus.§.ſi quis ex his.ff.hoc tit.ne ſibi uideatur contrarium contra l.1.C.de ſeruis fugi.l.1.C.de furtis. Sed is licet non poſſit querelam proponere non per hoc impeditur quin poſſit petere ſupplementum legitimæ, per quam petitionem firmum adhuc remanet teſtamentum, non ſecus, quàm ſi id ſupplementum legitimę non peteret, ut in d.l.omnimodo ſupra eod. Hinc infertur quòd hodie filius exhæredatus qui legati nomine aliquid accepiſſet, is ſi poſt mortem patris legatum agnouiſſet, non poſſet hodie amplius querelam proponere non magis quàm olim, quia cum per acceptationem legati uideretur teſtamentũ approbare,non eſſet admittendus ad querelam inofficioſi teſtamenti proponendam quæ pertinet ad teſtamenti oppugnationem, ne is ſibi uideatur contrarius, non quoque poterit petere legitimæ ſupplementum, quia hæc petitio non cõceditur exhęredatis,ut in l.omnimodo.C.de inoffi. teſtamento.

Qua etiam ratione in terminis.d.§.& generaliter.neceſſario eſt intelligendum filium non fuiſſe exhæredatum, nam ſi exheredatus fuiſſet, tunc poſtquam patris relictum acceptiſſet ad ſupplementum agere non poſſet, ut d.l.omnimodo,iuncta l.liberi,ſupra hoc titu.cum ibi not. Proinde etiã in terminis noſtri. §.illud, notandum eſt ꝙ ſi poneremus filium fuiſſe exhæredatum iuſſumq; eſſe cõtentum cum his quæ inter uiuos acceperat,tunc illa uerba huius tex.ſcilicet non agnouerit patris iudicium hunc haberet ſenſum quòd ſi poſt mortem patris quod ſibi a patre, uel inter uiuos,uel poſtea datum fuit,agnoſceret, tunc nec ad querelam admitteretur propter illam agnitionem,nec ad ſupplementum legitimæ petendum admitteretur propter ſui exhæredationem,& eſt alius nouus & ſimiliter veriſſimus intellectus ad hunc text.

In text.†ibi,ſecundum Papinianum,&c ſenſus horum uerborum,eſt quòd licet congruat, filios obedire parentibus ut per totum.C.& ff.de obſequi.non minus, quàm liberti, patronis, ut dd. titulis, tamen non ex neceſſitate pactionis,ſed ex beneuolentia,& beneficii accepti affectione id fieri conuenit.ſimi.in l.1.§.quę onerandę,& l.2.§.fi.ff.quarum rerum act.non datur facit l.1.in fi.ff.de iuſt.& iur.& illud oderunt peccare boni uirtutis amore,&c. licet aliter, & forte minus bene declarent Fulg.hic & Natan.in c.quãuis de pact.nume.17.lib.6. etenim iuriſconſultis propenſę curæ fuit non ſolum id quod utile eſſe uideretur, ſed etiã id quod honeſtum eſſet, & licet non addubitaſſent quin huiuſmodi pœnæ metu reuerentiores futuri eſſent liberi erga parentes,quàm ſi nulla pœna immineret,tamen.quia non ſatis honeſtum erat liberos, ut & coactione parentibus obedire, ſed longe honeſtius foret, ſi in hoc meritis, & ſpontanea uoluntate inclinarent, ideo hęc pœna, & hic modus per legem ſublatus eſt, atque explosus.

In tex.

23 *Intellectus. l. pactũ quòd dotali, & l. fi. C. de pact. & l. pactũ. C. de collat. & l. si quã do. §. illud. C. de inoffi. test. & c. si quamuis de pact. in 6. cõtra Decium & Ias.*

In textus ibi, huiuſmodi pacto, quæro† quare omnes iſtæ ll. loquantur in nuda pactione non in ſtipulatione reſpond. nouiſſi. quia ius, quod non eſt in rerum natura, quale eſt ius futuræ ſucceſſionis non poteſt perimi acceptione, nec acquiri ſtipulatione l. decem, ff. de uerborum obligationi, lege inter ſtipulantem §. ſacram eodem titulo. §. primo, inſtit. de inut. ſtipu. unde ſolum id agitur, ut ex æquitate in poſterum competat pacti exceptio, quæ ex pacto oritur non minus, quàm ex ſtipulatione, unde ſtipulatio neceſſaria non eſt, & iſte eſt longe melior ſenſus, quàm ille quem habuerunt Iaſon, & Philip. Dec. poſt alios, quos ipſi referunt in lege pactum dotali. C. de collationibus dicentes, & in terminis harum legum intelligendum eſt neceſſario, quòd filius fuerat emancipatus. Nam alias inquiunt ſi in poteſtate eſſet, tunc inter eos lis nulla eſſe poſſet lege lis nulla, ff. de iudici. Sed errant. nam inter patrem & filiumfamilias eſſe poteſt obligatio naturalis, non ſecus quàm inter extraneos lege frater à fratre, & lege ſi id quod, ff. de condi. indebi. unde cum ex pacto ſolo naturalis obligatio oriatur. §. igitur nuda, in leg. iuriſiurand. ff de pact, ſequitur quod huius pacti interponendi inter patrem, & filium facultas eſt non ſecus, quàm inter extraneos, & cum hic ageretur de excludendo filium, qui contra teſtamentum agere uelet, ſat erat eum exceptione pacti repelli per hæredem ſcriptum ſi tale pactum ualeret.

24 *Renũtiatio non nocet in ignotis.*

Et dum tex. noſter probat quòd is filius per huiuſmodi renuntiationem ſibi non præiudicat poteſt eſſe ratio † Quia quis non uidetur renuntiare iuri, de quo non eſt certus, ita tenet Baldus in additionibus ad Speculum, in titulo de renuntiatione uerſic. an ualeat, tenet Ioannes Andræę in capitulo ſecundo, de pactis, ubi dicit quo in quacunque renuntiatione requiritur, quòd renuntians ſit certus eius quod renuntiare uult: facit tex. in l. mater decedens. ff. de inofficio. teſtamento, nec extenditur ad non cogitata, ut in præallegata lege mater decedens, & ibi Bartolus. Facit lex emptor in §. Lucius. ff. de pactis, lex final. §. penultim. ff. de conditio. indebi. lex. prima C. de pactis quæ magis preſſumitur error, quàm uelle iactare ſuum, Bartol. in lege final. §. penultimo. ff. de condi. indebiti, id quod eo nomine iuſtificatur, quòd licet in alijs caſibus ſufficiat cogitatio in genere, ut in lege Titius, ff. de liber. & poſthum. tamen non ita in renuntiationibus, ut in dict. l. mater decedens, & hic, ratio differentię, quia qui alios exhæredat, & à bonis ſuis excluſos uult, id ſatis expreſſiſſe uidetur, licet generice loquatur, ſecus autem ſi quibus ſeipſum excludere uelit, quia nunquam id uoluiſſe uidetur niſi ſpecifice loquatur, ut hic, & dict. leg. mater, & leg. ſed & ſi

25 *Certio ratio generica eſt inſufficiens.*

quis §. quæſitum, ff. ſi quis cauti, & ibi pulchre per Alberic. & Iaſ. & † ſcientia in genere dicitur confuſa uaga, & incerta, ut inquit Ariſtot. in primo Phyſicorum poſt principi. & eſt optimus caſus in lege quæro, ff. de actio. empti. ubi habetur, quòd exceptio generalis, & geſieraliter propoſita eſt nullius effectus, ad idem eſt melior textus in lege quæritur, in §. penultimo. ff. de ædili. edito, ubi probatur, quòd ſi aliquis contrahit mecum non ſufficit, quòd me inſtruat in genere, ſed neceſſe eſt, quòd me inſtruat in ſpecie, de his, quæ opportebat ſcire, & prę illum textum tenent Ange. de Peru. & Paul. de Caſtro, in lege paciſci. ff. de pactis, & Cinus, Baldus, & Salicetus, in lege prima. C. de ędilitijs actionibus, quòd ſi aliquis uendat equum morboſum, aut uitioſum, & certioret emptorem, de morbo in genere, talis certioratio non releuat uenditorem niſi expreſſe, & ſpecialiter certiorauerit emptorem, de morbo equi, & hanc doſtrinam referunt, & ſequuntur Doctores moderni, in lege ſi quis cum aliter, ff. de uerborum obligationibus, & alij Doctores relati per Iaſon. in allegata lege paſcici. ff. de pactis, & eſt de hoc caſus expreſſus in lege ſexageſima ſexta, titulo quinto, particula quinta, pro quibus omnibus faciat textus in leg. ea quæ commendandi, ff. de contrahenda emptione & facit gloſſ. notabilis in psopoſito in capitul. dilectus filius, de res ſcriptis quæ uult quod ad hoc ut impetratio reſcripti à ſubreptione ſaluetur non ſufficit expreſsio in genere, ſed requiritur ut fiat in ſpecie quam gl. dixit ad hoc ſingularem Rom. in conſil. 326. ubi in fina. col. plura accumulat.

Et conſidera quòd etiam ſiquis renuntiet in ſpecie tamen non aliter ſibi nocet quàm ſi ceſſet culpa aduerſarii unde conductor qui quibuſdam caſibus fortuitis in ſpecie renunciat non imp. ditur opponere exceptionem caſuum niſi illi caſus præter culpam ipſius locatoris contigerint ita † eſt text. notabilis in leg. cum propones C. de nautico fauore & ibi Bald. & Salicet. ubi expreſſe diſponit quòd qui ſuſcipit in ſe periculum caſuum fortuitorum, puta nauigationis, & quæ rem, & aliorum caſuum intelligitur quando ille caſus prouenium fortuna & non quando culpa locatoris uel debitoris, ſimilis textus in leg. qui officii in §. res. ff. de contrahend. emptione.

Et facit quod quando aliquis promittit aliquem non inquietare intelligitur niſi culpa ex ipſius parte proueniat ut. ff. de uerbo. obligatio. leg. uendictores, Item quando aliquis non tenetur de aliquo caſu & in ſe ſuſcepit caſum fortuitum non tenetur quando ille caſus prouenit culpa aduerſarii. hoc eſt de mente Barto. in leg. ſed & ſi quis, §. quęſitum. ff. ſi quis cautionibus. nam non debet quis ex culpa aduerſarii teneri, nec illa ſibi nocere eſt in regula non debet, ff. de regulis iuris facit text. in ratione ſui in leg. Iulianus, §. offerri. ff. de actio. empti. & uenditi. & in leg. naturalis, §. j. ff. de pręſcrip. uerbis. quinimo non ſolum non tenetur de eo caſu qui culpa locatoris contingiſſe dicet, ſed etiam poterit ab ipſo locatore exigere & recuperare omne intereſſe quod ratione alicuius impedimenti conſequi deſierit ſi quidem id impedimentum deſcendat ab ipſo locatore. ita eſt optimus. text. in leg. ſiquis domum, §. j. ff. loca. ubi notat Bartol. † quod conductor impeditus uti re conducta culpa locatoris. agit ad totale. intereſſe contra eum. ſi uerò ſine culpa locatoris fit remiſsio mercedis conduſtori pro ea parte pro qua impeditus fuit. facit optimus. tex. in leg. is fundus. ff. loca. & tex. in leg. cum proponas. C. de nauti fœno. nam uenditor & locator tacitè promittere intelliguntur nihil facere propter quod ſequatur. incommoditas uel impedimentum emptori uel conductori, ut ſingulariter tradit. & concludit Pet. Philipp. Corneus primo uel conſilio 23. incipiente uidentur, colum. 3. uerſicu. facit optime, quæ res ſummam habet æquitatem. nam quod per me non ſtat ſed per alium, id mihi imputari non debet non magis q̃ ſi factum quod ea ratione deſiit perfici re uera perfectum eſſet argumen. leg. j. cum ibi notatis. C. de condi. inſt. expreſſius in l. iure ciuili, ff. de conditio. et dem. & in l. in iure ciuili. ff. de reg. iur. facit tex. cum ibi notatis in l. ſtipulatio iſta. §. quæſitum, & §. primo & etiam in princip., ff. de uerborum obligatio. & in §. hi qui & §. hęc quoque, eadem lege ubi autem nullius culpa arguitur, tunc ad quem pertineat periculum caſus fortuiti pender ab illo utrum ſimus in contractu locationis an uerò in contractu uenditionis & † ubicunque conſtituitur pretium annuatim. hæc eſt propria, & expreſſa locatio, gloſſ. in leg. prima. C. de iure emphiteu. & ibi Bartol. & Salicet. Bartol. in ſua diſputatione incipienti. publicanus, Socinus in conſil. 156. incipien. pro fundamento, in princ. libro ſecundo, ubi dicit hanc eſſe communem opinionem, licet contrarium uoluerit Imola, in lege cotem ferro, §. qui maximus, ff. de publica. & uectiga. dicens quod ubi conſtituitur pretium annuatim, potius debemus interpretari uenditionem quàm locationem quia eius dictum debet intelligi quando ſumus in contractu emptionis, & non locationis & dicta gl. & Doc. ſupra citati intelligunt,

27 *Conductor quando poſsit agere ad remiſsionem mercedis, uel ad tale intereſſe*

28 *Locatio eſt quando annuatim pretium conſtituitur.*

in dubio quando in contractu non apponitur uerbum locationis, nec uenditionis, & per hæc recipit necessariam declarationem doctrina Bartol. in lege secunda in prin. ff. si certum petatur. quam ibi Moderni sequi uidentur.

Deniq; hæc res summam habet difficultatem teste Iustiniano qui in titulo instit. de locati. & conduct. §. adeo. Sic exoritur, adeo autem aliquam similitudinem inter se uidentur habere emptio, & uenditio. Item locatio & conductio, ut à quibusdam dubitatum sit, &c. & hanc rem

29 *Dispositio omnis non ex uerbis sed ex sui substantia iudicatur*

sæpissime habemus de facto in contractibus gabellarum, & † taddem omnis dispositio non ex uerbis, uel nomine ab agentibus ei impositio substantiam capit, sed ex natura sibi per legem uel naturæ, uel positiuam attributa, ut multa in simili per Bald. in lege qui se patris. columna septima. uersiculo hoc scias .C. unde liberi lege fina. de prædi. curialium libro duodecimo. Bald. in l. ex conuentione .C. de pactis. Iason. consilio primo. libro primo. columna septima. Idem consilio. 56. circa primum. columna penultima eodem libro. Felinus in capit. causam, quæ. de testibus Franciscus de Curte consilio. 65. super præmissa narratione, columna sexta, quem refert & sequitur Decius in lege si quis iniquum, columna prima. ff. quod quisque iuris. Idem Decius consilio. 341. uisо puncto columna secunda libro. 1. Fernandus Loazes in suo consilio super lite de la uilla de mula dubitatione. 1. fol. 126.

Qua ratione (ut tandem illuc redeam unde abieram) filius qui hic futuræ patris successioni renuntiauerat sibi non nocet, tunc quòd tempore non permisso fiebat renuntiatio, tum etiam quòd ipse quanta sua legitima post mortem patris futura esset certo scire non poterat cum patrimonium quotidie possit, uel augeri, uel minui, arg. l. defunctus. C. arbitrium tutelæ.

30 *Pactum de futura successione conseruanda nõ ualet, pro Alciato contra communem.*

In glo. dum intelligit. §. final. instit. de leg. agnato succ. adde quòd ultimum intellectum, scilicet quòd iure. ff. hæreditas pacto dari posset, ut ibi & admi. ut in §. si parens supra alleg. sequuntur Bartol. & communiter Doctores hic, & Bartol. in lege fin. columna prima in fi. C. de pact. tamen dic nouissime quòd hæreditas iure .ff. pacto dari non poterat, ut l. fin. in principio, & secundo, & tertio resp. ff. de suis & legitimis l. hæreditas. C. de pactis conuen. Non obstat d. §. fin. nam ibi ius agnationis, quòd regulariter emancipatione soluitur pactione retinetur & conseruatur, itaque ius agnationis non hæreditas pacto conseruatur, nam emancipatio est contractus patet cum in ea oporteat concurrere uoluntas patris emancipantis, & filij emancipati glo. in l. filijs matrem .C. de inofficioso testamento. Bart. in l. quidam cum filium, columna prima. ubi Iason. numero. 14. ff. de uerborum obligationibus, qui ex conuentione legem accipit argum. l. contractus. ff. de regulis iuris, licet ergo regulariter emancipatio soluat ius agnationis fallit ubi in contractu emancipationis aliud conuenit, extat ergo contra glo. & communem, quòd iure. ff. hæreditas pacto non dabatur hoc primo, nec cõseruatur hoc secundo. Tertio hereditas pacto iure .ff. non adimebatur d. l. fin. & hic l. pactum, de collat. C. cap. 2. de pact. in 6. Ad d. §. si parens, resp. ut supra. licet & communem teneat Nata in cap. quanuis, de pact. numero 65. & Bar. & communi transeat in l. fin. de pactis. Iason. numero. 16. Deci. num. 22. Curt. numero. 32. sed nobiscum sensit ibidem Alciat. in glo. ad hoc superstite, in princ. & quòd hereditas pacto non conseruetur, nec ualeat pactum de futura successione conseruanda, non magis quàm de acquirenda, etiam si interponatur cum eo cuius de successione agitur, est tex. in l. pactum quod dotali. C. de pact.

Ad d. §. fin. instit. de leg. ag. succession. resp. quòd ut aliud est causa, aliud est effectus, ita aliud est agnatio, quæ ibi per pactum conseruatur, aliud est effectus agnationis, qui uersatur in hereditatibus deferendis de qua hereditate, &

31 *Pactum de non succedẽdo nõ exclu-*

effectu agnationis pactum ibi non fit.

In glo ibi, aliud in patre, not. † q; si conueniunt pater & filius ne pater filio succedat, ualet tale pactum, licet secus è contra. Idem tenuit glo. mag. in l. pactum dotali. C. de colla. ubi Decius num. 16. & Decius cons. 180. Tene contrarium per l. fi. 2. & 3. resp. ff. de suis & legit. facit l. hereditas. C. de pact. conuen. Nec obest dict. §. si parens, nam ibi non propter pactum, sed alia ratione pater amisit contra tabu. ut supra dixi nu. 11. & nu. 16. Adde quòd ista opinio glossi. fortius excluditur per § fina. uersicu. quæ omnis infra eadem. hac l. ubi est expressum, quòd omnia dicta in nostra lege locum habent non solum in liberis, qui ad querelam inofficiosi testamenti admittuntur, sed etiam in parentibus, & transuersis, in quibus casibus possunt ad querelam admitti, sicque per tale pactum de non succedendo) parentes à liberorum successione non excluderentur non magis quàm liberi à successione ipsorum parentum fratres; à successione fratris turpi persona instituta, per hanc pactionem non magis excluderentur, quàm liberi à successione parentum, ut dict. uersic. quę omnis. facit in simili authen. de trient, & semis, post princip. quod nota quia nullibi, ita declaratum inuenies.

dit parentes ab hæreditate liberorũ, contra glo. Decium & Natam.

In glossi. ibi. §. si parens supra. † Iam docuimus ut intelligendum esset, secundum respon. illius. §. nunc reuoco in dubium primum respon. ipsius & communis intellectus ad illum tex. est, quòd pater qui recepit pecuniam pro emancipatione deliquit, ideoque propter delictum priuaretur successione filij, quod confunditur per l. utrũ turpem. ff. de uerb. obliga. dic ergo nouissime q; postquam paterfa. iure. ff. filium simpliciter emancipauerat contra eius testamentum succedere non poterat, quia ille remanebat extraneus: uerum si emancipationis beneficium conferebat gratis quasi in præmium, & remunerationis illius beneficij prætor ei concedebat, contra tabul. bonorum possessio. per quam partem hæreditatis consequebatur filij emancipati, denique cum pretium mercedemq; emancipatione recepit pater, tunc nullum beneficium nullumq; munus dedisse uidetur, & consequenter præmio, & remuneratione dignus non est, caretq; contra tabul. bonorum possessio. similiter in patrono, qui contra tab. liberti habet in præmium manumissionis. l. 1. in pri. ff. si quis à par. fuerit. manum. & l. 1. in u rb. tam grande. ff. de bonis libr. qua bonorum possessione caret cum pretio emancipauit, lege etiam §. si quis nummos eodem titulo, lege si operam. C. de oper. libr. quod tunc nullum beneficium fecisse uideatur propter quod mereatur remunerationem. Confirmatur per l. diuus. ff. si quis à par. fuer. manu. ubi pater, qui compulsus emancipat non habet contra tab. bonorum possessio. quòd tunc ipse nil largitus uidetur argumento l. unum ex familia. §. 1. de leg. 2. l. rem legatam, de adi. leg. ff. ut qui benignitate in filium, & beneficientia non uritur nullum habeat præmium bonorum possessio. Optime facit dict. l. 1. in principio si quis à patru. idque præsentit. Alciat. in uerb. quæ contra in l. final. C. de pact. licet non declaret, nec probet.

32 *Qui filium pretio emancipauit non deliquit.*

Stat ergo ex superioribus, quòd pater qui pecuniam accepit, ut filium suum emanciparet, nullum quidem delictum fecisse uidetur propter quod sit pœna afficiendus, sed tamen quia nulla largitione, nulla liberalitate, nulla denique beneuolentia in filium suum usus uidetur, quandoquidem eum non gratis, sed pretio accepto è manu sua in morem uendentis misit nulla remuneratione, nulla mercede, nulloque pretio dignus uidetur, sicque illa contra tabu. bonorum possessio ei denegatur quam prætor policetur ei, qui liberalitate erga liberos, uel seruos usus est.

Superioribus libuit addere quæst. sequentem. † Filia fecit pactum iuratum cum fratribus de non succedendo patri etiam ex testamento idque de consensu patris, qui postea pœnitentia ductus filiam instituit, an poterit pacto non obstante succedere. nam ut si ab initio non consensisset, id pactum licet iuratum non præiudicaret, ita & si consensit, sed postea pœnituit argumento, dict. leg. final. C. de pact. & l. legatarius. §. fi. ff. de leg. 1. de quo per Natam, in c. 2. nu. 17. de pact. in 6. Sed oppono q; iurans non succedere etiam ex testamento.

33 *Pactum de non succedendo cum patre initum non impedit quin ex testamento succedatur, nec pertinaciam contrahitur.*

uidetur

uidetur cogitaſſe quòd licet patrem conſenſum adhibuiſſet pœniteat, adhuc non uult ſuccedere, & pater uidetur uelle quòd etiã ſi ipſum met pœnituiſſe contigiſſet eamq; filiam inſtituiſſet ad huc ſuccedere non poſſet. Reſp. fateor talem fuiſſe uoluntatem patris, ſed nihilominus pœnitere poteſt. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. 3. nam uoluntatis meæ quantũcunque derogatoriæ qualis iſta uidetur fuiſſe, poſſum pœnitere quado ex illa alteri nullum ius fuit quęſitum, hic autem alteri quæſitum non fuit, is enim conſenſus ſimilis eſt ultimæ uoluntati, ſicq; conſentiente non obligat, ſed uſq; ad mortem eſt de ambulatorius d. l. fina. ergo id iuramentum non nocet. Confirmatur per l. fin. C. de non nume. pec. ubi qui iurauit ſe ſoluturum quod recepit, cum reuera nil recepiſſet, ſed recepturum ſperaſſet, poteſt uenire contra iuramentum prætextu numerationis non ſequutæ, nec uidebitur perſeueraſſe quaſi ſub hac demum conditione ſe ſoluturum iuraſſe uideatur, ſi numeratio ſequuta fuerit, ſic ergo, & in propoſito ſub hac demum conditione filiam non ſucceſſuram ſe patri iuraſſe uidetur ſi pater in cuius fauorem fiebat renuntiatio, & ſic filiam à ſucceſſione ſua excludere uolebat in illa uoluntate perſeuerauerit, cęterum ſi non perſeueraurit iam defeciſſe uidetur ea conditio tacita ſub qua filia renuntiare uiſa eſt, maxime cum quiſque poſſit renuntiare quod eius fauore factum eſt. l. penul. C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſc. & cleri. unde cum pater in cuius fauorem facta fuit renuntiatio uelit eam renuntiationem miſſam facere filiamque ſuam hæredem habere eueniat, ut ea renuntiatio, ut cunque iurata habeatur pro infecta, ſicque non nocet.

34 *Intellectus l. ſi poſt mortem. §. fi. ff. de contra tabul.* Nequead rem pertinet quòd id ius quod quæſiui ex uoluntate, & facto alieno non amittatur, licet ille uoluntatem ſuam mutauerit argumento. l. ſi poſt mortem, §. fi. ff. de contratab. bonorum poſſeſſio. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. nam reſpondeo, quòd hic patri tantum non etiam fratribus fuerat ius quæſitum. argumento. d. l. final. C. de pact. quod ius ipſe poteſt abiicere. l. pen. eodem titulo. Nec obſtat, quòd ipſe iurans de iſto caſu uideatur cogitare, & etiam eius fratres, in quorum fauorem iurauit. nam fateor, ſed non habuerunt potentiam obligandi ſe poſt conſenſum reuocatum, nam eo caſu iam incipit eſſe contra bonos mores id pactum, non minus quàm ſi tempore quo interponebatur non adeſſet conſenſus patris, tamen fateor quòd etiam poſt reuocationem ea hæreditas non confiſcabitur, nec enim deliquit qui iure permittente paciſcitur. l. Gracchus. C. de adulter. & factum pœnitentis paciſſentibus nocere non debet. capitul. alteri de regul. iuris. in ſexto.

Præterea & ſubtilis etiam ipſe iurans licet uideretur cogitare de iſto caſu, tamen id ſibi nihil obeſſet, etenim ipſe uidetur per iuramentum recedere ab ſpe, & iure ſucceſſionis futuræ ſub hac demum conditione, ſi is cuius de hæreditate agitur, & in cuius fauorem fiebat renuntiatio uelit uti iure ſuo, ideſt iure ſibi per talem renuntiationem iuratam qnæſito, ut ſi quãdo ille eo iure uti noluiſſet, tunc ius renuntiatis integrum maneret, ſic & in ſimili in l. ſi iure, ff. deleg. 3. teſtator qui qui Titio prius legauerat, idem ſeio legare uoluit. ſub hac demum conditione primo ademptum uoluit ſi ſe acquireretur non aliter.

Sic & in actibus inter uiuos, ſi poſſeſſionem rei meę tibi conceſſi ſub hac demum conditione à me illam diſcedere uolui ſi tibi acquireretur, non aliter, ut ſi forte qua ratione tibi acquiri nequeat, tunc à me abſceſſiſſe non uideatur l. ſi me in uacuam. ff. de acquirend. hær. ſic & in ſpecie noſtra ſub hac demum conditione filia uidetur in patris fauorem renuntiaſſe ſi ipſe eo iure uti uelit ſecus ſi nolit.

35 *Cõtra Aret.*

Tu conſidera plures caſus, & dic quòd ſi pactum de non ſuccedendo iure ſolennizatur. Primus caſus eſt, quando ſit pactum cum ipſo cuius de hæreditate agitur, & tunc aut iſte poterat ſuccedere contra teſtamentum, quia erat de liberis, uel parentibus, uel tranſuerſalibus

36 *Intelle. c. 2. de pact. li. 6.*

quibus datur querela, & tunc ſenſus huius renuntiationis in dubio eſt, q̃ contra eius expreſſam uoluntatem non ſuccedet, ideſt contra teſtamentum argumento. l. ſi quando. §. illud. C. de inofficio. teſtamen. & §. & generaliter, eadem l. unde poterit patri abinteſtato ſuccedere, & multo magis ex teſtamento. Secundus quia tunc habet tacitam uoluntate. l. cõficiſcuntur de iure codici. l. 1. § penulti. deleg. 3. Tertius quia hę pactiones ſunt odioſæ. l. final. in uerb. odioſæ. C. de pact. ergo reſtringendæ. cap. odia de regul. iur. in 6. unde cum poſſimus dubitare an ſenſus iurantis non ſuccedere ſit quòd non ſuccedet contra teſtamentum an etiam abinteſtato magis eſt, ut contra teſtamentum tantum ſenſiſſe uideatur. Quartus quia repudiationes (quales ſunt effectualiter iſtæ renuntiationes) ſuntreſtringendæ. gloſſ. l. 2. ff. de acquirend. hæred. Quintus quia etiam ex parte eius qui alterum à ſucceſſione ſua ſumotum uolebat debet uol. reſtringi. l. cum quidam. de lib. & poſthu. ff. licet contrarium teneat Aret. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquirẽ. hæred. col. 2. in fin. cum ſeq. motus, quia renuntiatio ſimplex comprehendit etiam ſucceſſionem ab int. ſtato delatam, certe ſecundum hoc cum & ex teſtamento in ſui generalitate comprehendat, & etiam ex teſtamento non ſuccederet, quod omnes ubique negant. die ergo hanc generalitatem uerborum reſtringi ex mente, & acceſſatione rationis, & cauſæ, ut ex conſenſu expreſſo, uel præſumptio illius in cuius fauorem, iuratum fuit, iuramentum ex odio ſubiectæ materiæ reſtringatur ut iurans plus dixiſſe, q̃ ſenſiſſe uideatur, itaque & iurans præſumitur non ſenſiſſe, niſi de ſucceſſione contra teſtamentum, & is qui iuramentum illud omiſiſſe uideretur, cum inteſtatus deceſſit, itaque res (eo colore, defenditur uel quòd ille non uideatur iuraſſe, uel quòd ille remiſiſſe intelligatur, quòd ſi iurato renuntians erat de illis qui non poterant ſuccedere contra teſtamentum, ſed abinteſtato poterant, tunc uidetur intellexiſſe de omittenda ſucceſſione inteſtati, ne alias nil id pactũ operaretur, quòd ſi erat extraneus, ut nec abinteſtato ſuccedere poſſet, tunc uidetur iuraſſe, de non ſuccedendo etiã ex teſtamento, ne alias id pactum operetur nil. Ita ſentit Natanus licet non ſic declaret, ubi ſ. Ergo opinio Georgij Natam, ubi ſupra poteſt defendi, cum is qui iurauit ſe non ſucceſſurum etiam ex teſtamento erat de ijs, qui teſtamentum poſſunt impugnare. Opinio autem Aretini poteſt defendi cum erat omnino extraneus. Quòd ſi iurato renuntians id fecit in manibus alterius, quàm illius de cuius ſucceſſione agebatur, ſi illo ignorante nil egit ſecundum opi. de qua per Corn. in. l. pactum. numero 11. C. de collatio. ubi Iaſ. nume. 3. niſi in caſu, ut ibi, aut de conſenſu illius, & tunc contra eius teſtamentum ſuccedere nequit ex teſtamento uero poteſt, quòd ſi expreſſit non ſuccedere etiam ex teſtamento, tunc autem in manibus tantum illius de cuius hæreditate agebatur, & indiſtinctæ non poteſt ſuccedere etiam ſi inſtituatur, aut in manibus alterius de conſenſu illius, & tunc de conſenſu eius in cuius fauorem iurauit poteſt ſuccedere ex teſtamento, quia ſenſus iurantis eſt non ſuccedere etiam ſi is de cuius hæreditate agitur pœnitens eum inſtituat non tamen excluſit quin ſi concurreret uoluntas, & conſenſus etiam illius, in cuius fauorem renuntiauit poſſit ſuccedere infero quòd ſi ante eum cuius de hæreditate agebatur moreretur is, in cuius fauorem renuntiatio iurata facta fuit tunc iurans ſuccedere poſſet, quaſi cauſa, finis, & utilitas propter quam iuratum fuit eos ſauerit. Sed quid ſi iurauit nõ ſuccedere etiam de conſenſu illius, in cuius fauorem iuratum fuit reſpon. non dubito id iuramentum ſeruari poſſe ſine interitu ſalutis æternę ergo, &c. ut cap. 2. de pact. in 6. quo caſu etiam illo premoriente forte ſuccedere non poſſet, in omnibus tamen ijs caſibus, in quibus diximus, quòd non ſuccedit probabilius eſt, quòd ius ſuccedendi non ſit peremptum ipſo iure, unde iurans ſi contra iuramentum adeat hæreditatem periurus ſit, tamen per legem acquiſiuit hæreditatis dominum quando à teſtatore fuerat inſtitutus, quæ hereditas non uideo

37 ut per ius canonicum ſibi auferatur † & ad.c.2. de pact.in
Intell.c.2.de 6. reſpon. quòd in terminis illius tex. nullo modo potuit
pactis lib.6. adiri hereditas per renuntiantem, cogita tamen.
& nu. 37. Ad hanc regulam quòd pactum de non ſuccedendo nõ ualeat, uide ſeptem limitationes per Iaſ. in l. pactum. C. de coll. col. pen. Natam col. 1. in d. c. quamuis, & alias quas ſupra addidimus, Sed ad illam limitationem de iudæo uide late Decium in l. pactum dotali, C. de colla. & uidetur magis communis opinio quòd tale pactum à iudeo iuratum ualeat.

In contrarium faciunt, quia ut omnes admittunt nulla alia ratione id pactum cuſtoditur niſi propter ſalutem animæ, quæ ratio ceſſat in iudeo cuius anima ſatis perdita eſt, ideoq; ſecundum communes opiniones eis permiſſum eſt fœnerari. & licet iudæi in ſpecie hac non debeant eſſe melioris conditionis quam Chriſtiani, & per hoc receptũ ſit ꝙ ut Chriſtiani iurant in lege Dei de calumnia ipſi quoque iudei iurent in ſua ſecta de calumnia, tamen id obtinet ne ex intermiſſione iuramenti alteri fiat præiudicium, cæterum ex non obſeruantia iuramenti de non ſuccedendo inſpecta legis cenſura nulli uidetur fieri præiudicium id eſt ipſi etiam de cuius hæreditate agitur, & in cuius fauorem id pactum fit non uidetur fieri præiudicium cum id pactum fecit cum filio per rationem hic expreſſam, cum (ſecundum expoſitiones Bald. quam cæteris ueriorem diximus ſupra) ea prohibitio ipſius de cuius hæreditate agitur. utilitatem reſpiciat. Idem ſi id pactum cũ altero remotiore cognato factum eſſe dicatur. cum & tũc leuis ſolennitas teſtium quæ in pactionibus ſufficiet impugnet ipſius de cuius hæreditate agitur utilitatem, cum ita facile falſitas committi poſſet circa eius ſucceſſionẽ, nullius ergo magis quam ipſiuſmet intereſt id exemplum non admitti, ut in ſimili dicit conſul. 6 in §. plane, inſt. de teſtamento mili. & l. diuus. ff. eodem. Itaque id renuntiantis iuramentum nec expedit ſeruari ob illum finem ne iurantis anima pereat, quia iam perdita eſt, nec ob illum finem ne fiat præiudicium ei in cuius fauorem iuramentum factum proponitur (qualis eſt is cuius de hæreditate agitur) quia imo ipſius intereſt id exemplum non admitti. Verum in iuramento de calumnia præſtando indubitatum eſt intereſſe eius qui id exactum poſtulat.

Ad tertiam limitationem de eo qui poſtquam iurauit ſe non facturum pactum de non ſuccedendo poſtea pactum fecit cum iuramento quę limitatio ſummopere utilis eſt, licet a nullo unquam digeſta. tñ premitte nouam doctri. quòd iuramentum aliquando fit in utilitatem alterius, aliquando in læſionem & danum, aliquando necq; in utilitatem, necq; in læſionem, in utilitatem ueluti ſi in manibus & in utilitatem fratris mei acceptantis inraui me patri communi non ſucceſſurum de conſenſu patris, & hoc caſu teneor ſeruare id iuramentũ c. 2. de pact. in 6. nec ſi poſtea cõtrarium iuraſſem ſecundum iuramentum quicquam ualeret ex defectu poteſtatis, poteſtas enim iurandi in detrimẽtum alterius ſanctiſſime denegata eſt per dict. cap. ſecundũ, in fine & cap. cum contingat. in fi. de iureiurãn. aliquando & ſecundo iuraui in læſionem alterius cum ab ipſo uel a iudice mihi fuit nocendi data poteſtas & tunc nocere potui quo ad forum contentioſum ut l. 1. C. de rebus cred. ſed ſum periurus & id periurium non punitur niſi à Deo hoc eſt quòd ſenſit. le. ſecunda. C. de rebus crediti. dicens iuriſiurandi contempta religio ſatis deum ulto habet. & iſta uidetur limitatio præcedentis regulę aliquando, & tertio iuraui in fauorem ſiue meum, ſiue alterius nullo tamen acceptante, & tunc poſſum conuenire re integra, ideſt antequam is cuius fauore iuraui acceptet, & ius acquirat, & ita etiam poteſt intelligi d. l. 2. nempe ut & iſto caſu non ſim puniendus. Et ꝙ poſſim contrauenire patet in ſimili per l. ex conuentione, C. de pact. l. 1. C. ſine conſu, uel reliubi ex pactione facta in manibus eius cuius expleri nil intereſt non poteſt contra me agere. Idem in ſtipulatione l. Stipula iſta §. alteri cum ſimi. ff. de uerb. obli. qua ratione recte receptum eſt ex pollicitatione nullam eſſe obligationem, quia eius implem. nil intereat eorum in quorum manibus, & præſentia fiebat, ut per Iaſ. in rubric. col. 2. de uerb. obliga. ff. Hinc infero quòd c. intellecto, de iureiur. quod paſſim adducitur pro communi nil facit, nam ibi rex iurauit in manibus eorum quorum interreat iuramentum ſeruari (quales ſunt procuratores, gubernatores, primates ve regnorum) nil ſe ex poſſeſſionibus ad regiam coronam, & dignitatem pertinentibus alienaturarũ idque iuramentũ eum efficaciter obligauit, quia agnitum receptumq; fuit, & acceptatũ ab his quorũ intereat per quod eis fuit ius quæſitum: quod ius ipſe rex poſtea contraueniendo lędere non poſſet. d. c. 2. d. c. cũ contingat, neq; ideo defuit poteſtas contraueniendi, quod prius non alienaturum ſe iuraueraat, ſed ideo quòd iam ius alijs quæſitũ erat, quod ius ipſe lędere non poſſet etiam ſi prius nõ iuraſſet, ſed ex ſimplici contractu promiſiſſet. conſtat enim principem contractu obligari, quia eſt contractus iure gentiũ inuentus. l. hoc. iure, ubi Iaſ. ff. de iuſt. & iure.

38 Intell. c. intellecto de iureiurando.

Excluſo ergo fundamento Doct. uidendum an limitatio in ſe uera ſit, & ſunt plures caſus conſiderãdi, primus quãdo iuramentum meum nullus acceptauit, & per hoc nulli ius quæſitum fuit, quo caſu ſine dubio communis limitatio uera non eſt, nam fratri mco (in cuius fauorem cum iuramento poſt primum, de non renuntiando iuramento renuntiaui) agenti ex renuntiatione nullus poterit opponere de primo iuramento ex quo ſibi ius nullum quęſitum fuit, non quoque poteſt opponere ipſe renuntians, tunc quòd allegaret contraria, contra l. 1. C. de furt. tunc quòd detegeret ſuam turpitudinem contra l. mercalem, C. de condi. obtur. cauſim. Secundus caſus quando iuramento acceptatũ aliquis, cuius tamen nil intereſt modo agere ex iuramento ueluti, ſi id iuraui in manibus alicuius extranei, uel cognati, qui tamen non tenet primum locum ab inteſtato, & ſic ſunt alij, qui me ex ui renuntiationis excluſo abinteſtato, uel etiam ex teſtamento præferantur, & tunc ſimiliter limitatio uera non eſt. nam ut ex pacto agere nõ poteſt is, cuius desijt, intereſſe d. l. ex conuentione, ita quoque ex iuramento agere non poterit, & tandem ſi recte inſpexeris indiſtincte poſſet teneri contra cõem. nam ſi iuro me nunquam facturum pactum de non ſuccedendo certe ex iſto pacto nulli ius queritur præterquam mihi, nulliusq; utilitatem reſpicit niſi meam (patris enim nil intereſt cum tale pactum de non ſuccedendo facere utiliter eo ignorante nequaquã) ergo ſi poſtea renuntiem cum iuramento in fauorem fratris. contra eum opponere non poſſum de contrario iuramento per rationes iam ſignatas. Sed an iſto caſu poſtea contraueniens ero periurus, & non dubito argumento eorum, quæ ait. Alexan. in l. ſtipula. hoc modo. col. 2. ff. de uerb. oblig. ſimile in c. ſicut ex literis deſponſ. ubi qui iurat uxorem ducere Bertam nomine ſi contrahat cũ alia ualet matrimonium, ſed eſt periurus. quod limita niſi ex iuſta, & noua cauſa primam uxorem pactam ducere noluiſſet argu. c. cum interpe, extra de renuntiatione, & c. ad noſtrã 2. cum gloſſ. omnibus de iureiu. melius. in c. quemadmodũ eod. Infero limitationem ad Natam in d. c. quamuis. nu. 61. dum ait, quòd qui iurat non reuocare procuratorem ſi reuocat, licet ualeat reuocatio, fit tamen periurus. id enim intelligendum niſi ex iuſta, & noua cauſa. nam tunc non fieret. Optime facit doctrina Iaſ. nu. 15. in l. quidam cum filiũ de uerb. obli. ff. infero. ad Natam ibidem, ut ꝙ ait ibi uerſ. 3. & ibid. uerſi. 4. & ibid. uerſ. 5. eandẽ recipiat declarationẽ, & uide Bar. nu. 12. in auth. ſacramenta. C. ſi aduerſus uendi. & ibi Iaſo. numero uigeſimo, & Bald. numero decimoquinto. Imol. in c. cum contingat. de iureiur. num. 63. Iaſo. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de uerborum obliga. nume. uigeſimotertio, & in l. quoties. C. de rei uen. numero. 36. Fernan. de Loazes in l. ſi filius. §. diui. numero octuageſimoquarto, de leg. 1. & cum Bar. eſt communis opinio ſecundum Iaſ. in d. numer. 20. & ſecundum Nat. in cap. ſecundo de pact. in 6. num. uigeſimoquarto. Curt. Iunior. num. 27. & Com. nume. uigeſimo. & 27. & 28. in d. authen. ſacramenta licet contra Bartol. tenent. Salicetus, Petrus, Cynus, & Butri. in d. auth.

authen.ſacramenta,& tenendo noſtras opiniones,ad c. quoties cordis, reſp. q in illo iuramento uertebatur Dei utilitas qui ubique uidetur eſſe præſens, & acceptàs,arg.l qui patitur.ff.mand.uerum ſi iuro non facere iuramentum de non ſuccedendo, uel pertinet ad utilitatem meam, & tunc eam poſſum remittere, uel alterius,& cum is non acceptet ſibi non quæritur ius ergo agere non poteſt. Nec obſt.l. properandum.§.2.& §.3.C. de iudici. nam ibi iuramentum non prodeſt alteri, ſed nocet propter contumaciam. Præterea d.c.quoties non habet uim legis.

Ad quartam limitationem uide Natam in d.cap. quanuis num.24. & Iaſ. in auth. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus uend.num.15.per Modernos in l.ſtip.hoc modo.ff.de uerb.
39 oblig.& in locis ſupra citatis. † Et dum quæritur an impu-
Impubes doli capax an ligetur iuramento. bes doli capax obligetur iuramento, uide Alciat.in c.cum contingat de iureiuran. nume.141.Decium in l.pupillus de reg.iur.glo.not.in l.fin.uerb. fuerit de lib. cau.ff. ex quibus intelliges eſſe duas contrarias opiniones communes, nos autem ſumus in nouiſſima opinione per quas hæ op. concordabuntur, ut impubes iurans mero iure obligetur ex iuramento non ſecus,q ex delicto,ut ca.1.de delict. puerorum,& d.l.pupillum,præterea ſi impubes doli capax ex iuramento obligatur in cauſa ſupremi præiudicij (qualis eſt matrimonialis) ut c ex literis.2.de ſponſ. multo facilius in cauſa pecuniaria,huicq; iuramento ſtandum eſt, ſi is minor non reperiatur læſus,uel tam leuiter læſus,ut huius occaſione indignum eſſet (in quibus caſibus alias poſſet reſtitutionem dari) reſtitutionem concedere iuxta l. ſcio.ff.de reſtitut.in integ.uerum ſi minor reperiatur immodice læſus tunc compellerem eum in cuius fauorem renuntiauit, uti ei relaxaret iuramentum,argum ca.1.de iureiuran. & quod ait Bar.in l.ſi quis pro eo de iureiuran.nu.10. nam uix credibile eſt quin malam fidem præſumatur habere is uir ſtrenuus, qui cum puero impubere ſine alicuius authoritate contrahat, maxime ſi re uera impubes reperiatur immodice læſus,præſertim cum is qui contra iura. contrahit malam fidem præſumatur habere ca.qui contra de reg.iur.lib. 6.qui autem cum pupillo contrahit contra iuris regulas contrahere dicitur l. contra iuris.ff.de pact. inſt. de inutil. ſtipul.§. ſi pupillus. Modo ſic ut l. canonica proſpexit, ut iuramentum ſeruetur etiam ſi ſuper contractu reprobato (qualis eſt renuntiatio hæreditatis uiuentis) apponatur idq; tam rigide ut periculis animarum obuiaret d. cap.2. ita quoq; e eadem ratio induxit, ut ſi iuramentum impleri non poſſet ſine interitu animæ iuramentum recipientis tunc is compellatur,uel reſtituere ut cap.debitores, de iureiuran. uel relaxare, ut cap.1. eodem ſecundum quòd declarat Bart.in d. nu.10. unde cum probauerimus malam fidem habuiſſe eum in cuius fauorem is minor renuntiauit, compellendus eſt ut ab illo ſe liberet peccato relaxando impuberis iuramentum.

40 Sed quæro † an ut iſta locum habeant oporteat impu-
Noua opin. berem læſum fuiſſe ultra dimidiam, tu dic quòd eſtt riplex læſio prima enormis propter quam etiam maioribus conceditur reſtitutio.l.2.C. de reſcinden. uenditione. ſecunda eſt læſio non modica propter quam minoribus tantum conceditur reſtitutio, ut in omnibus titulis.C. &.ff.de reſtitut.mino. Tertia læuis propter quam nec etiam minoribus reſtitutio datur d.l ſcio.ff.de reſt. in integ. id non eſt intelligendum de prima læſione,nam huius occaſione etiam maioribus renuntiantibus ſubuentum eſt, ut dicam infra non quoque de tertia læſione, quia ob tam minimam læſionem reſtitutionem dari indignum foret, eſt ergo de me-
41 dia læſione intelligendum.
Noua opin. Ex his † infero nouiſſima conc. ad illas duas contrarias communes opiniones de quibus per glo.d.l.fin.de lib. cau. & Alcia.d.num.141.& Decium d.l.pupillum,ut pupillus iurans compellatur implere contractum ſed rurſus aduerſarius compellatur, uel reſtituere, uel relaxare, quæ reſtitutio, uel relaxatio non habebit locum cum leuis læſio arguatur.

†Quid autem ſi prodigus renuntiauit de conſenſu patris in fauorem fratris,uide Iaſ.num.18.in auth. ſacramen- 42
ta puberum.C.ſi aduerſ.uend.qui tangit in ſimili & eundē *Prodigus an ligetur iuramento.*
in l.is cui bonis,nu 17. cum ſequen.de uerbo.obli. Alcia.in d.ca.cum contingat,nu.138.

†Sed quia doct.nō ſatis ſibi conſtant & uix apparet utra 43
ſit magis communis opinio,tamen in q.per eos tacta, tene *Noua op.*
nouiſſi.op.per quam eorum componemus diſcordiam, ut mero iure obligetur prodigus ex iuramento, non ſecus q ex delicto obligatur ſecundum omnes, ſed ſi immodice legis reperiatur compellatur aduerſarius conſtituere uel relaxare,unde ad ſpeciem noſtram infertur noua op. & con 44
cordia,ut prodigus obliget renūtiatione, nec poſſit cōtra *Noua op.*
uenire pro leui læſione ſi forte non multo minus accepit, quam remiſit quòd ſi fuit immodice læſus, tunc relaxetur ſibi iuramentum,ut dixi ſupra in q.de impubere.

Subinfero†ueram non eſſe eam communem opinionem 45
de qua per Iaſ.nu.19.in d.auth.ſacramenta, & per eundem *Cōtra cōem.*
num.18. cum ſeq. in l.is cui bonis. de uer.ob.ff.uolentem quòd prodigus indiſtincte iuramento non obligetur, nam cum omnes ibidem fateantur eum delicto obligari,non uideo cur minus iuramento, nam iuramentum non ſeruare fidiſſimum delictum eſt,ut dixi.

Ad quintām limitationem tene contrarium,quia id iura- 46
mentū poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ,ergo &c. *Contra Na tan.*
ut d.c.2. in fin. & d.c cum contingat, de iure iuran. in fin. Nec obſt.deciſio d.c.11.nam reſp.quòd ampliatur ex generalitate rationis ibidem expreſſe ut dixi.§.12.num.43.cum ſequent.

Nec obſtat quòd iuramentum non trahatur ad incogitata,nam reſp.quòd imo de nullo alio caſu cogitauit renuntians,& uide not.Areti.in l.qui ſuperſtitis, col.4.in fin. cum ſequen.de acquir.hære.

Ad ſextam limitationem†communis eſt ſecundum De- 47
cium,conſi.170.& conſi.379.& ſecūdum Ripam, lib.3.reſp. *Cōtra cōem.*
c.15.ubi notabiliter ſed nos tenemus contra, quia qui cum maior ętate ſit & per hoc intelligit quòd agit renuncians iuramento hæreditati patris cogitauit, uel cogitare debuit patris bona poſſe augere, uel minui arg. l.defunctus. C.arbitr.tut.ergo hunc futurum euentum in ſe ſuſcepiſſe uidetur & ea pars tutior eſt propter uitandum periurium q ſi poſt mortem patris renuntiaret, tunc tenerem communem,quia ceſſat ratio noſtra.

Ad ſeptimam limitationem conſidera quòd licet pater filio in poteſtate non poſſit donare nec id ſtatim per filiū patri reacquiratur, l.donationis quas parentes.C.de donat.inter uirum & uxorem,tamen filius patri donare non prohibetur,licet in eius poteſtate ſit,ſi ergo renuntiat ſuę donat.bona cum iuramento non intelligo quare non ualeat cum etiam non iurata ualeret, quòd ſi dolus uel metus reuerentialis arguatur de eo apud iudicem agi oportere, argumento in ſimili de l.Titius in fin.princ.ff.de liber. & poſthum.

Ad octauam limitationem idem Aretin.notabiliter in l. qui ſuperſtitis, colum.3.ad medium de acquiren.hæred.ff. ubi Roman.

Ad nonam limitationem dic ut ſupra, & uide Areti.in d.l.qui ſuperſtitis,col.2.ad fin.& limitatio ſine dubio uera non eſſet,ſi pater in teſtamento eam præterijſſet,uel exhæredaſſet,quod teſtamentum poſtea euanuiſſet, ut in ſimi. dixi ſupra.

Ad decimam limitationem idem & nos, & adde Iaſ. qui idem uult in l.ſtipulatio hoc modo.ff.de uerbo.oblig. num. 12.contra Bal.& Bar.ibi col.1.ad medium.

Quæro†an renuntiatio ſeu repudiatio filiæ prciudicet 48
eius filijs nepotibus teſtatoris de cuius hæreditate agitur? *Renuntiatio filiæ an præiudicet nepotibus.*
altiſſima eſt hęc materia,ſed utiliſſima,tamen uide Couar. in ca.Raynaldus.§.2.de teſtam. Palaci.rub.in 1ubr.de dona. inter uirum & uxorem,§.47.Suares in l. quoniam in prioribus, ampliatione 10.C.de inofficioſo teſtamento maxime,num.53.cum plurib.ſeq. Decium conſil.181.numero 6. cum ſeq.Decium in l.pactum,de collation, numero 18. ubi Alexan.numero.7.Corne.numero 6.qui ſupra omnes recte intellexit,

intellexit,Bal.2.q.& quæſtione 18.Bar.in lege qui ſuperſtitis,de acquirend.hæredit.ubi Paulus & Aretinus,col. ante penul.ad medium,& Roman.Bar.in l.liberorum, de uerborum ſignifica.ff.gloſſ.detrimentum & gloſſ.fin.in c.quanuis de pact.in 6.Nata,ibidem numero 77 . cum 5.ſequen. Bart. Paul. & Imola numero 7. & Aretin.in d.l. qui ſuperſtitis. ff. de acquirend.hæreditat. Couarruuias in dicto capitulo quanuis .

49 *Legitimæ nocet renuntiatio facta poſt aditã patris hæreditatem*

In primis ergo uidendum † an & quando renuntiatio præiudicet ipſi renuntianti ſeu repudianti ſiue illa ſimplex ſit ſiue iurata , deinde an & quando præiudicet eius filijs nepotibus illius de cuius hæreditate agitur .

Quo ad primum conſidera quinque caſus , primus eſt quando renũtiauit poſt mortem patris & aditam hæreditatem quo caſu ſine debio ſibi præiudicat nõ ſecus quàm ſi reliquas res ſuas conceſſiſſet,l.ſicut : b initio.C.de actũ.& obligatio.l.in re mandata.C.manda.l.ſi quando.§.fina.C.de inofficioſo teſtamen. Amplia quòd etiam enormis læſio hoc caſu non conſideretur , ſi ex cauſa donationis renuntiauit , licet conſideretur ſi ex cauſa uenditionis uel ſimilis concedat Decius , conſil.181. numero quarto . Limita niſi poſtea ſuperuenirent liberi,ut l.ſi unquam,C.de reuo. donat.nam talis gratuita conceſſio infirmatur ſeu reuocatur per natiuitatem filiorum ut ibi,niſi ob cauſam donatio fieret : quia in donatione ob cauſam nõ habet locum,d.l. ſi unquam ſecundum opinionem communem , ut per Decium conſi.181.col.penultim.ad finem . Item amplia.etiam ſi talis conceſſio eſſet inofficioſa, nam ad huc ipſi donanti præiudicat , nec ad rem pertinet , quòd liberi poſſint poſtea eam reuocare , nam adhuc uerum eſt donanti præiudicium fieri qui reuocare non poteſt ſuo nomine , ut per totum infra de reuo.donatio.hæc omnia facilius obtinent quando donatio eſſet iurata, ut in quibus caſibus ſimplex donatio obeſt in illis facilius obſit iurata, & uide quæ late dixi ſupra .

50 *Legitimæ nocet renuntiatio facta poſt mortem patris etiam ante aditam hæreditatem*

Secundus caſus eſt quando † renuntiauit poſt mortem patris,ſed ante aditã hereditatem & ſibi obeſt.l.nec emere C.de iure delibe.d.l.ſicut.l.ſicut maior. C.de repu. hæred. & §.generaliter infra hac lege. Amplia.etiam ſi læderetur ultra dimidiam,quia in gratuitis remiſſionibus non conſideraẽ neq; in repudiationibus enormis læſio , Decius conſil.181.col.2.in prin.Areti.in lege qui ſuperſtitis de acqui. hære.col.4.in fin.ff.ſed an ſi accepta pecunia repudiauit & renuntiauit in manibus cohęredis poſſit prætextu enormis læſionis contra uenire,& uidetur pendere ab illo utrũ in tranſactione habeat locum remediũ.dict.legis 2.de reſc. uendi.de quo per Doctores,ibi.ſed ad propoſitum noſtrũ indiſtincte teneo non poſſe , quia emolumentum hæreditatis non eſt quęſitum , ſed quęrendum,ergo &c. ut l.qui autem.§.primo,& in prinrip.ff.quę in fraud.credito . Præterea & fortius hęreditas non poteſt habere emolumentum expeditum lege ſi hęreditatem. ff.manda,l.quia poterat , ad Trebellianum, §.ſed neque inſtitut. de aut.tutorũ.

Amplia ſecundo quòd talis renuntiatio non reuocetur per natiuitatem liberorum , per generalitatem, dict.§.& generaliter,dictæ legis ſicut maior cum ſimil.Nec obſt. dicta lex,ſi unquam,nam procedit in remiſſione iuris quęſiti nõ quærendi,nec ualet argumentum a iure cuęſito ad quærendum dicta lege,qui autem, in principio,& §.primo.

Amplia.ut procedat etiam ſi renuntiaret uel repudiaret legatum , argumen.dict.§.primo & l.qui autem , & ad dictam legem,ſi unquam reſpon. quòd loquitur in cõceſſione iuris iam quæſiti & irreuocabiliter quæſiti,quid ſi iurauit reſp.idem facilius.

Tertius caſus quando renuntiauit in uita patris ſed iam pridem poſt teſtamentum factum , & Couarruuias nbi ſupra,verſiculo,porro poſt Imolam tenet eam renuntiationem ſeu repudiationem nullius fore momenti per hunc textum cum ſimi.eratque fortis ratio dubitandi , de qua in ſequenti caſu , niſi iuraſſet , ut in cap.ſecundo de pact. in ſexto.

Quartus caſus † quando renuntiauit in ipſo actu teſtandi conſentiens ſe preteriri,uel exhęredari,quo caſu nocet ſibi glo. approbata in §.& generaliter infra hac l.quod intellige etiam ſi non iuraſſet ſed contrarium tenuimus conſtanter ẽ.§.10. 51 *Legitimæ nõ nocet conſenſus filij etiã præſtitus in actu teſtandi cõtra communem .*

Quintus caſus , quando nuper ante teſtamentum renuntiauit & ſibi non nocet niſi iuraret ut hic & conc. ſecundũ Couarru.eratq; fortis dubitandi ratio nempe ex glo. d.§.& generaliter quæ ſimpliciter loquitur,idq; ſecũdum nos qui contra glo.tenemus erit indubitatum.

52 *Primus caſus.*

Modo uidendum an nepotibus ea renuntiatio noceat,& fac eoſdem quinque caſus . Primus eſt, quando poſt mortẽ patris & aditam hęreditatem repudiauit ſeu renuntiauit , nocet nepotibus,non ſecus, q̃ ſi reliqua bona ſua concederet etiam ſi non interueniat iuramentum adeo ut nepotes non poſſint dicere in eorum fraudem factam cõceſſionem l.ſed non uſque.ff.ſi quis à pa.fuer. manum. glo. approbata in l.cum à matre.C.de rei uen.Amplia etiam ſi ea cõceſſio ſit inofficioſa (quæ autem dicatur inofficioſa,uide l.27.Tauri.) nam adhuc nocet nepotibus quatenus eorum legitima non læditur per totum infra de inoffic.donat. lim. ſi ſit inofficioſa reſpectu legitimæ quam pater lædere licet potuerit mero iure , & de facto ut læſio ipſo iure non reiiciatur tamen efficaciter læſio non tenet cum poſſint filij reuocare per totum infra de reu. donat. Amplia etiam ſi pater iuraſſet eam conceſſionem inofficioſam , nam adhuc filijs non noceret,quo ad legitimam, quia ex defectu poteſtatis non uoluntatis infirmatur,ergo &c.ut c.2.in fi.de pact.lib.6.ca. cum contingit,in fi.de iureiuran.dixi ẽ. 53 *Legitimæ renuntiatio facta à filio quando noceat nepotibus.*

Limita ſecundo & ſi inofficioſa non ſit ſi tamen poſtea naſcantur liberi,nam tunc ea conceſſio ex teſtamento reuocabitur per l.ſi unquam.C.de reuocan.dona.idq; ex defectu uoluntatis præſumptio,ut dixi ſuprà,per d.l. ſi unquam intellige niſi renuntiatum eſſet cum iuramento,uel ſine iuramento d.l.ſi unquam,nam tunc in expreſſa uoluntate ceſſarent coniecturę .

Sed quid ſi iurauit non reuocare talem conceſſionem nec expreſſerit ex remedio, & beneficio d.l. ſi unquam, an per natiuitatem liberorum poſſit reuocare , uidetur quòd non,quia id iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ ergo &c.c.2.de pact.in 6.d.cap.cum contingat . teneo contrarium quia uirtus iuramenti eatenus porrigitur quatenus ſe extendit conſenſus & uoluntas iurantis l. fin. C.de non numerata pec.ca.cum inter ergo de renunt. c.ad noſtram.2.de iureiur.cum glo.in uerb.omnibus ca. quemadmodum eod.tit.ergo de iure ciuili à contractu etiam nõ iurato recedere non poſſumus quatenus fuit conſenſus firmatus,id eſt quatenus conſenſus ſeſe dilatauit l. ſicut.C.de act.& oblig. & tamen in ſpecie noſtra poſſumus recedere , quia is caſus uidetur conſenſu & cogitatione concedentis deſtitutus,ita quoque &ſi adſit iuramentum,cum iuramentum licet fortius conſtringat,id de quo cogitatum fuit nõ tamen firmet ea quæ cogitatione non fuerunt comprehenſa l.fin.C.de non num.pec.& adhuc id iuramentum multos habebit effectus .

Secundus caſus quando † poſt mortem patris ante aditã renuntiauit & nocet nepotibus regulariter l.qui autem, in prin.& §.1.ff.quę in fraud.cred.idq; intellige primo,quãdo filius renuntians ſeu (quod proprius eſt) repudians habuit ſubſt uulg.conſtat enim ſubſtitutum uulg.filio inſtituto (etiam poſt l.quoniam in prioribus, de inoffic.teſtam.) etiam in legitima dari poſſe l. ſi poſthumus.§. quod uulgo de lib.& poſth.in fi.ff.de cond.inſt.Alex.& Iaſ. in d.§. quod uulga.Suares in d.l.quoniam 3.uel 4.lim.Iaſ.in l. ſi pater.C. de inſtit.col.pe. itaque ad talem aui hereditatem quæ poſt patris repudiationem ad ſubſtitutum uulgarem tranſuolauit non poſſunt nepotes aſpirare ex teſtamento aui , quia ponimus filio inſtituto eos preteritos non quoque contra teſtamentum quia eis non debebatur legitima cum filius eos præcederet mortis tempore teſtatoris, ut per hoc ſuo nomine querelam ius dicendi nullum uel contra tab. proponere non poſſint,nec nomine patris iure trãſmiſſo, quia is inſtitutus fuit omiſitq; ſponte,non quoq; uocãtur abinteſtato 54 *Secũdus caſus.* 55 *Legitima ad mittit uulg. ſubſtit.*

teſtato l.quandiu.ff.de reg.iur.l.quandiu, de acq. hæred.ff. non quoque per remedium tituli de inoff.donat. quia inofficioſus non fuit pater qui quod ſibi habere nolebat utpote ꝙ pernitioſum putabat id magis pie q̃ inique filius reſeruare noluit,argum.à fortiori d.l.qui autem,in princ. & §.1. quæ in fraud.cred.ff.non quoque per remedium d.l. ſi unquam,ut dixi ſupra.

Intellige ſecundo quando filius repudians fuit ex parte ſcriptus dato cohærede, cui repudiata portio accreſcit, quiꝫ tacite uidetur ſubſtitutus argum.l. ſi Titio & Mæuio. §. Iulianus.ff. de lega.2. contra quem nepotes nullum ex quinque ſuperioribus remedijs proponere poſſunt.

Intellige tertio, quando filius habebat fratres paterꝫ inteſtatus deceſſit, nam tunc eis repudiantis portio accreſcit l.unica.C.quando nõ pet.part.nepotes enim ex propria perſona admitti non poſſunt, quia primum gradum filiorum non ſubintrant ex quo mortis tempore aui precedebantur à patre. Item iure tranſmiſſo non poſſunt admitti, quia pater repudiauit l.unica.C.qui ante aper.tab. ibi,ſi tñ hered. non recuſant, ergo ſequitur ꝙ cum ſint in ſecundo gradu non poſſunt ſuccedere cum filijs, qui ſunt in primo gradu quem primum gradum neque iure repræſentationis ſubiuntrant propter ſuper exiſtentiam patris mortis tẽpore aui, nec iure tranſmiſſionis propter patris repudiationem quòd ſi filius repudians non habuit ſubſtitutum,neque cohæredem ex teſtamento neque fratres, tunc ea hæreditas per filium repudiata per ſucceſſorium edictum tranſuolat ad ſecũdum gradum legitimorum in quo ſtant nepotes ex filio repudiante, & conſequenter ex propriis perſonis admittuntur, quod intelligo primo quando in eo ſecundo gradu nullus alius erat. Secundo etiam ſi in eo ſecundo gradu eſſent nepotes ex altero filio, quod ultimum intelige primo quando ille alter filius repudiaſſet. Secundo quando mortuus eſſet deliberans poſt mortem patris. Tertio quando etiam uiuente patre morereꝫ. Tu conſidera duos caſus primus eſt quãdo is auus cuius de hæreditate agitur habebat nepotes ex duobus filijs tempore mortis ſuperſtitibus, ſecundus quando ante mortem aui alter filius deceſſerat, primo caſu aut ambo filij poſt mortem patris adierunt & expeditum eſt, quia utrique nepotes patri ſuo ſuccedunt,aut ambo repudiarunt, & ſimiliter expeditum, quia cum repudiantes non tranſmittant (l. unica.C. qui ante aper.) nepotes ad aui hæreditatem concurrunt ex proprijs perſonis non iure repræſentationis, & conſequenter in capita ſuccedunt non in ſtirpes, aut ambo deceſſerunt deliberantes uel alias tranſmittunt, & tunc nepotes ex uno filio in portionem illius nepotes ue ex altero in portionem alterius ſuccedent, nam ius tranſmiſſionis conſtat impedire ſucceſſorium edictum, uides ergo quid quando ambo filij acquirunt perdunt & tranſmittunt.

Quid ſi unus adit alter uero repudiat? reſp.nepotes repudiantis excluduntur, quia repudiantis portio accreſcit adeunti d.l.unica.

Quid ſi alter adit alter tranſmittit? reſp. nepotes tranſmittẽtis cum adeunte concurrunt,quia ius tranſmiſſionis, & repræſentationis impedit ius accreſcendi. Iaſ. in d.l. unica.

Quid ſi unus tranſmittit alter uero repudiat? reſp.nepotes tranſmittentis iure repræſentationis, & tranſmiſſionis aſcendunt primum gradum,ergo ea hæreditas per ſucceſſorium edictum nepotibus ex repudiante deferri non poteſt, quia ſucceſſorium edictum non habet locum donec præcedens gradus ex toto eſt euacuatus, portio autem tranſmittentis à primo gradu non uidetur euacuata, ſed portio tantum repudiantis quæ accreſcit alteri portioni, quæ adhuc in primo gradu uerſari uidebatur dicta l. unica, hoc eſt quod dici ſolet impediri ſucceſſorium edictum per ius accreſcendi,ſunt enim quatuor iura tranſmiſſionis ius, ius ſubſtitutionis, & ius accreſcendi, & ſucceſſorium edictum, ius tranſmiſſionis vicit ius ſubſtitutionis, ius autem ſubſtitutionis, vincit ius accreſcendi, ius autem accreſcendi uincit ſucceſſorium edictum.

Secundus caſus cum unus ex filijs prior patre deceſſit alter uero pri ſuperuixit, dic nepotes ex filio qui uiuo patre moritur aſcendunt primum gradum in ſtirpes tamen non in capita.§.cum filius, inſtit. de hered.quę ab inteſta. §.poſthumorum,inſt.de exhæ.lib.l.poſthumorum, de iniuſto rupt.ff.l.Gallus,de liber.& poſthu. ff.ergo ſi alter filius poſt mortem patris repudiet,tunc nepotes ex eo primum eius gradũ non poſſunt aſcendere iure tranſmiſſionis, uel repreſentationis,ſed permanent in ſuo ſecundo gradu, ergo excluduntur a nepotibus ex altero filio, qui primum gradũ iure repræſentationis aſcẽderunt, quod ſi is filius pri ſuperſtes adiuit tunc expeditum,quia concurrunt cum eo nepotes ex altero iure repræſentationis, d.§.cum filius.in ſtirpes,tamẽ vt ibi.ꝙ ſi nec adiuit,nec repudiauit, ſed trãſmiſit,tunc nepotes hinc inde concurrunt ad aui ſucceſſionem,quia ut nepotes ex filio qui uiuo patre moritur aſcendunt primum gradum iure repræſentationis, ita quoque & nepotes ex filio qui ſuperuixit patri aſcendunt primum gradum iure tranſmiſſionis,eſt enim eadem parꝫ ratio, cũ vterque filius ſit excluſus non ex defectu voluntatis, ſed ex defectu poteſtatis, ſed an hi nepotes in capita, an vero in ſtirpes admittantur,& magis eſt,vt in ſtirpes hæc in auo inteſtato decedente. *56 Filij patris loco aſcendunt in ſtirpes.*

Quid aut ſi teſtatus decedat ambobus filijs inſtitutis quiꝫ patri ſuperuixerunt, & tunc unus adiuit alter repudiauit repudiantis portio adeunti accreſcit quòd ſi unus adiuit alter quoque expeditiſſimum ꝙ ſi unus adiuit alter deliberans deceſsit, uel alter tranſmiſit, tunc nepos cum filio adeunte concurrent iure tranſmiſsionis ꝙ excludit ius accreſcendi,ꝙ ſi alter tranſmiſit alter repudiauit, tunc nepotes ex tranſmittente aſcendunt primum gradum excluditꝫ nepotes ex repudiante, qui primum gradum repudiatum amiſſum aſcendere non potuerunt,ꝙ ſi ambo filij adierũt, ambo repudiauerunt,uel ambo tranſmiſerunt, tunc utriq; nepotes admittuntur,ſed alias in ſtirpes,quòd ſi ex filijs inſtitutis alter uiuo patre deceſsit, infirmaretur teſtamentum per nepotes eius gradum aſcendentes niſi reperiantur inſtituti,quæ ſi inſtituti fuerunt filiusꝫ ſuperſtes cum ijs adiuit expeditiſsimum ꝙ ſi filius repudiauit tunc eius portio nepotibus accreſcit,tum ne pro parte teſtatus,&c. tum etiam ꝙ & in ſucceſsione inteſtati illi nepotes primũ gradum tenent,ꝙ ſi filius deliberans deceſsit,uel alias traſmiſit,tunc nepotes ex eo iure tranſmiſsionis, cum cæteris nepotibus concurrunt,dum tamen ſint hæredes tranſmittentes,l.unica,qui ante apert.tab.C.

Tertius caſus principalis quando ante mortem patris, ſed nuper poſt teſtamentum factum filia patris hereditati renuntiauit,& tunc ſi cum iuramento ſine dubio habetur perinde ac ſi poſt mortem patris ante aditam hereditatem repudiaſſet,quo fit ut nepotibus noceat, in quibus caſibus nocere diximus, quando poſt mortem anteꝫ aditam ſimpliciter repudiauit, ita procedit c. quanuis de pact.lib. ſexto.Nam renuntiatio facta in uita patris,cum iuramento habet uim repudiationis factæ poſt mortem,ut docet Aretinus colum.antepen.poſt medium, in l.qui ſuperſtitis, de acquiren.hæredita.ff.ergo ſi pater teſtatus deceſit (teſtatũ intelligo cuius hæreditas ex teſtamento adita eſt,in princ. inſt.de hæ.quæ ab inteſta. l.1.ff.de iniu. rup.)filia renuntiante preterita,& eius quoque nepotibus, tunc nepotes excluduntur non ſecus quàm filia,eſt enim perinde ac ſi filia ex parte inſtituta poſt mortem patris repudiaſſet, ergo concluſio noſtra uerificatur,primo quando adiuit inſtitutus.Secundo quando repudiauit,eaꝫ hæreditas transuolauit ad ſubſtitutum uulgarem:Tertio ſi trãſuolauit ad ſubſtitutum pupillarem exemplarem,uel etiam fideicommiſſarium,uel quemlibet alium ſubſtitutum: Quarto ſi tranſuolauit portio repudiata ad cohęredem teſtamentarium, nã cum omnes hi ſuccedant ex teſtamento plane excludunt nepotes preteritos ex filia renuntiante qui niſi ab inteſtato non poſſunt ſuccedere,ergo &c. ꝙ ſi inteſtatus is auus cuius de hereditate agitur deceſſerit uel ꝙ omnino teſtamentum factum aliqua ratione euanuerit.tunc conſide

ra

ra q̃ ſi nullum omnino teſtamentum fecit,aut ſupereſt filius & excludit nepotes ex filia renutiante quia habetur ac ſi mortuo patre repudiaſſet.ergo eius filij non poſſunt primum gradum aſcendere & conſequenter, q̃ ſi non ſuperferat filius mortis tempore aui, tunc nepotes ex filio eius gradum aſcendentes iure repræſentationis ſimiliter præferuntur, quòd filius ſupererat, ſed adiuit, tunc expeditiſſimum,idem ſi tranſmiſit,quia nõ refert iure tranſmiſſionis an repræſentationis,&c.ut ſupra dixi,quòd ſi repudiauit,tunc nepotes ex eo in ſecundo gradu permanent,nõ ſecus,quàm nepotes ex filia ergo pariter admittentur,& in capita non in ſtirpes cum non ueniant iure repræſentationis,nec tranſmiſſionis,hæc omnia q̃ dicta ſunt in iſtotertio caſu principali procedũt q̃ filia, quæ renuntiauit ſuperuixit patri,quòd ſi eo uiuo moreretur, tunc renuntiatio filiæ,quo ad præiudicium nepotũ habeẽ pro infecta. Primo quia ſub hac conditione renũtiatio,uel fit, uel facta uidetur,ſi patris hæreditas filiæ deferatur, quæ conditio deficit ea uiuo pater moriente.ergo,&c.ut l.final. C. de pact. ſed quia ipſa filia poteſt ſibi præiudicare diſponendo de legitima ſibi debita,non debita eius filijs.l.id quod noſtrum ff.de reg.iur.ſed hæc legitima non filiæ,ſed nepotibus debetur,ergo abſurdiſſimum quòd factum filiæ noceret legitimẽ nepotibus debitæ. Tertio quia hæc renuntiatio fieri non poteſt ſine conſenſu aui,de cuius hęreditate agitur, l.fin.C.de pact.ſed eius factum eis, quibus debetur legitima(quales ſunt iſti nepotes) non conſentientibus nocere non poteſt.l.quoniam in prioribus. C.de inoffi.teſta.l.cum quæritur.l.parentibus,eod. Quarto quia eis etiam conſentientibus nocere non poteſt.ſi non iurant,ut hic,cum concordan. Quinto quia iuramentum patris eis nocere nõ poteſt.c.2.de pact.in 6.c.cum contingat de iureiur. ergo,&c.

57 *Legitimæ nepotum non noceat renuntiatio filiæ cõtra Decium Rom. etiam ſi filia integram legitimam interuiuos reciperet*

Amplia etiam ſi non gratis, ſed pro legitima recepta filia renuntiauerit,nam receptio legitimæ cum pactione, ſeu renuntiatione non ſufficiunt ad excludendum nepotes renuntiatio enim iurata conſtat per ſe non ſufficere,ut in quinque fund. ſupra adductis receptio etiam non impedit hęreditatem ex toto deferri nepotibus, qui nil.receperunt,quinimo non minuit menſuram portionis quo ad delationem hæreditatis quam facit lex.arg.l.final.ff.de ſ is & legi.hære.& hic cum con.Quinimo nec impediret, nec minueret delationem hæreditatis in perſona ipſius filiæ ſi uiueret,ut dd.ll.nec ad rem pertinet receptio dotis,quę eo pertinet, ut ipſi filię ſi uiueret in dotem imputaretur.l.

58 *Dos filiæ data an nepotibus imputetur contra cõmunem.*

quoniam nouella ſupra eod.

Et an † nepotibus imputetur in legitimam dubitatiſſimum eſt,& licet communiter teneatur imputari ſecundũ Decium conſi.181.col.pen ad fin.& late dixi ſupra.§.30.tamen ueritas eſt,quòd imputatur ſi ad eos peruenit,& quatenus peruenit nõ quatenus non peruenit,quia ipſi ex perſona ſua petunt,& factum aui ſponte legitimam per modũ dotationis filiæ ante tempus tradentis, id nepotibus non conſentientibus nocere non debet maxime cum filia uiuo patre moriẽs(cui per hoc non debetur legitima l 1.§. ſi impuberi de colla.bon.ff non poteſt uideri dotem accepiſſe. Nec ad rem pertinet quòd auus coactus dotem filię dederit.l.fina.C.de dotis permiſſ. unde ſi ea perierit non eſt cur non uideatur etiam nepotibus imputanda quaſi ſubuenien dum ſit dotanti ex neceſſitate.nam reſpon. quòd ſibi imputandum eſt,qui potuit ſtipulari ſibi reddi,idq̃; neglexit,itaque licet nulla aui culpa argui poteſt circa dotis dationem, argui tamen poteſt circa eius tuitionem, itaque, & quod dixi de imputatione apud me uerum,& quod dixi de ſucceſſione aui nepotibus non deneganda ueriſſimum eſt, licet contrarium in ſpecie teneat Decius, in conſi.181.nu. 6.& in l.pactum dotali.nume.18.C.de colla.poſt Roman.in l.qui ſuperſtitis,col pen.de acquir.hæred. quòd ſi ſimplex fuiſſet ea renuntiatio.quæ poſt aui teſtamentum, ſed ante mortem(de iurata enim huc uſque loquebamur) facta fuit tunc nepotibus nil noceret,quia nec ipſi filię noceret,nec putaueris indubitatum,nam q̃ dubitandi ratio fortiſſ. defluit ex gloſſ.approbata in l.noſtra.§.& generaliter,id tamen in ſpecie admittit Couarru. ubi ſupra uerſic. porro, poſt Imolam.

59 *Quartus caſus.*

Quartus caſus prin. † quando renuntiatio facta fuit in ipſo actu teſtandi, & tunc ſi iurata, dic ut ſupra. ſtatim ut noceat,quòd ſi ſimplex adhuc idem ut glo.appr.in l.noſtra. §. & generaliter, ſecundum Couarru. ubi ſupra uerſi. porro, nos uero oppoſitum tenuimus ſupra lib.3.§.10. ergo ſi renuntianti(ſecundum nos) non obeſt longe minus nepotibus.

60 *Contra communem.*

61 *Quintus caſus prin.*

Quintus caſus prin. † quando ante teſtamentum renuntiatio fit, & ſiquidẽ iurata,dic utſupra in tertio caſu pri.q̃ ſi ſimplex adhuc uidebatur ſecundum communem q̃ noceret renuntianti, & eius filijs in quibuſdam caſibus,ſed Couarru.contra ubi ſupra uerſi.porro,ut non noceat id quod apud nos indubitatum eſt.

62 *Legitima etiam non patitur de conſenſu filij contra Couarru.*

Ex ſuperioribus primo infertur ueram non eſſe ſententiam Couarru. qui in cap. Raynaldus.§.2. de teſtam. uerſi. uerum, ut idem ſcripſit filium ſine iuramento in uita patris poſſe conſentire grauamini appoſito ſibi in legitima, idq̃; ſibi præiudicare quod eſt contra hunc.§. ibi, minime prægrauari,non enim ſolum pactum per quod filius uniuerſam hęreditatem patris partemve eius pactiones perderet improbatur ſeu infirmatur ſed etiam id pactum per quod qualitercunque filius læderetur,ad idem l. fin. de ſuis & leg.ff. cum conc. ad glo.§. & generaliter infra hac l. reſp. utſupra ſæpius ueram minime eſſe, † & dictum Couarru.intellexit ipſe pro quæ indubitat. habuit ſaltem cum id grauamen tenderet in utilitatem deſcendentium à teſtatore, ſiue deſcendentes eſſent geniti à filio grauato, ſiue ab alio,ita ipſe ubi ſupra. uerſic.quartum,& uerſic.ſeptimum, nos contra potiſſime arg.l.cum oportet.de bon quælib.in prin. iuncta ratione huius.§.declarata,utſupra. per hunc tex.iuncta d.l. cum oportet.C.de bo. quæ liberis.

63 *Contra Couar.*

64 *Contra Couar.*

Secundo infero ueram non eſſe op.ipſius ibidem in uerſ. ſeptimum,dicentis q̃ de conſenſu filij grauamen legitimæ appoſitum etiam in fauorem extraneorum mero iure ualebit,licet poſtea poſſit infirmari per remediũ tituli de inoffi cioſis donationibus, uel per remedium l. ſi unquam.C. de reuoc.dona.nos enim defendimus indiſtincte uerum eſſe id grauamen conſenſu non iurato non firmari.

65 *Contra Couar.*

Tertio infero erraſſe eundem in d.uerſic.ſeptimum,dum ait, q̃ quando conſenſus filij ualidat grauamen legitimę impoſitum (idq̃; ſecundum nos duntaxat accidit cum is conſenſus fuit iuramento uallatus) in fauorem extraneorum tunc ipſius conſentientis liberi poſſunt id grauamen remouere per remedium l.1. & per totum de reuoc. his quæ in fraud.cred. uel per d.l. ſi unquam, ſed errat, quia cum is filij conſenſus in uita patris adhibitus ualet, habetur perinde ac ſi præſtitus eſſet poſt mortem patris, nec enim aliter ualere poſſet, quàm ſi in id tempus collatus uideretur l.ſi. C.de pact. docetq̃; Aretin.in d.l. qui ſuperſtitis col. antep. ad fi. ſed conſenſus poſt mortem patris adhibitus ante adi tionem hæreditatis excludit remedium utrunque per noſtrum tex.in fi.& §.& generaliter,& per l.qui autem.ff.quę in fraud.cred. & dixi ſ. ergo &c.

66 *Contra Couar.*

Quarto infero erraſſe eundem ibidem. verſic.8. erit dicentem quòd etiam irreuocabiliter ualeret grauamen addi tum filio de eius conſenſu etiam in fauorem extraneorum ſi remoueas conſent. liberorum læſionem quòd (licet ipſe non dicat) exemplifica ueluti ſi ea lege additum eſſet grauamen ut natiuitate liberorum reiiceretur, ſed nos contra per noſtrum tex.cum concord. inducendo utſupra.

67 *Cotra eund. maioratus.*

Quinto † infero contra eundem, ibidem uerſic. quartum, dicentem ualere primogenium uinculum, ſeu maioratum prohibitionem ue alienationis de conſenſu ipſius filij factam in eius legitima, unde ſubinfert regiam licentiam neceſſariam non eſſe nos contra, ut eius conſenſus ſibi non obſit, & conſequenter ut regia licentia ſit neceſſaria uel iuramentum filij, & regia licentia eo utilis eſt,quòd cum princeps ſecundum eos poſſit minuere legitimam dando talem licentiam,uidetur minuiſſe eoq̃; colore primogenium defenditur.

Sexto

68 Sexto infero eund.ibi.uerſ.quintã erraſſe dũ ait,q̃ ſi filius ultra legitimam quid receperit à patre grauamẽq; tam ipſam legitimã, quam id q̃ ultra legitimã recepit reſpiciat,tunc id grauamẽ de conſenſu filij firmetur,ut nec de legitima reiciatur,vt per hoc limita l.ſcimus.§.cũ aũt infra eo.ut non procedat ſi filius patri grauanti in terminis illius text. aſſentiret.nos aũt ex huius.§.doctrina cum conc.accepimus conſenſum filij uiuo patre præſtitũ & in eius manibus nullum eſſe.ergo ut remoto filij conſenſu doctrina huius eſſet directo contra d.§.cum aũt,ita quoq; & ſi is conſenſus pręſtitus ſit.

Contra eund. ad §. cum autem, l. 27. Tauri.

69 Septimo infero conſequenter ueram non eſſe declarationem quam ſignat ad l.27.Tauri.10.ibi per eũ.

Contra eund.

Octauo infero ualde dubium eſſe quod ibidẽ ait. uerſi.1.f.q̃ renuntiatio facta inter fratres de cõſenſu ipſius pris ualeat arg.l.ſi.de pact.C.Id enim uſ contra hũc tex. nec uera eſt illa propoſitio qua illa religioſè utiẽ filium conſentire poſſe grauamini in fauorem fratrum appoſitum adhuc tñ idem teneo,ſed noua ratione,de qua.C.†. Ex his etiã infero declaratione agere

70 Decium,qui in conſi.181.numero 7.tenuit q̃ filiafamilia,quæ matrẽ præ mortuæ hęres extiterat ſeſe dote contentam dixit renuntians tam hereditati matris iam quæſitæ,q̃ hæreditati patris quærendæ q̃ inquã talis renuntiatio ſine dubio(inquit)& indiſtinctè nepotibus ex filia nocet,q̃ uerum ſi renuntiatio nõ fuit inofficioſa ſecus ſi fuiſſet,nam tunc etiam iurata eis non noceret,ut dixi.C.ergo ipſi filiæ nocet etiam nõ iurata eius uero filijs non nocet etiam iurata,ſi inofficioſa fuit,& habui de facto in re propria in renuntiatione ſororum mearum,quæ facta fuit tempore ingreſſus monaſterij. † Ex his intelliges,quæ deſiderentur ad conſtitutionem primogenij,nempe tria ſunt neceſſaria filij conſenſus,iuramentum,& licentia principis,quæ ſingula ſingulis in caſibus utilia ſunt, nec in omnibus caſibus horum trium concurſus neceſſario deſideratur.Nam ſi mihi primo genium agere uolenti alienationiſque prohibitionem, princeps de certa ſcientia conceſſit licentiam exprimens id ſe permittere non obſtante lege.iubente onus legitimæ imponi non poſſe,tunc nec filij conſenſus erit neceſſarius,nec iuramentum,quia cum augmentum,uel diminutio legitimæ,ſm oẽs ſit in poteſtate principis legis ve,princepsq; uoluerit minuere legitimam,uel lædere ergo,&c.quod intelligas ſi fratrum eius cui primatus fit læſio nulla arguatur,nam ſi arguetur, tunc idem eadem ratione,ſi id princeps exprimeret,& eorum legitima ex toto non euacuaretur, quod ſi euacuaretur ex toto ſunt opiniones, ſed magis eſt ut adhuc idem ſm nos q̃ ſi princeps non exprimeret non obſtante,tunc in dubio non uidetur uelle lædere ius tertij.ſ. legitimæ argu.l.nec auus de emanc.lib.C.ſed uidetur uelle ut q̃ ultra legitimam relictum eſt id in alienabile ſit,ſed certe id ipſe teſtator facere poſſet, tandem utilis eſt conſenſus iuratus tam filij, cui ſit primogenium cuiq; onus non alienandi imponitur, quàm aliorum filiorum quorum legitima forte per conſtitutionem primogenij minuitur.

Renuntiatio inofficioſa an noceat nepotibus renuntiantis ſiuę.

71 *Maioratus in ordinatione tria requiruntur*

72 *Maioratus in conſtitutione quorum conſenſus requiratur*

Sed † an ſufficiat ſimplex filiorum conſenſus ? dic quòd ſic, ſi ipſi fratres id primogenium de uoluntate patris conſtituerent, quòd ſi pater de uoluntate filiorum,tunc oportet quòd conſenſus ſit iuratus

73 argumen.eorum quæ dixi ſupra.

Exhæredationi an ſilius poſt patris teſtamentum poſit cõſentire contra noſtros.

Deniq; † per hunc tex.iuncta l.fina.ſupra de pact. infero grauiter erraſſe eund.Couarru.ubi ſupra uerſ. porro dum ait,quòd ſi filius uiuo patre poſtque teſtamentum factum ſui exhæredationi conſentiat, tũc

74 is cõſenſus non ualet,qa inquit querela iã orta erat.

Querela quando oriatur contra noſtros.

Sed quòd † dicit querelam iam ortam ſuſpectum eſt. tantum enim abeſt,ut in uita patris non oriatur, quod etiam poſt eius mortem non ſtatim oritur, ſed demum ſequuta hęreditatis aditione, ut l. ſcimus.§. illud.C.de inofficioſo teſtamento.l.Papinianus.§.ſed ſi conditioni.ff.eod.tit.

75 Et dum Natan.in d.c.quanuis.nume. 95. concludit contra communem,quòd ſtatutum,quod præcipit filiam dotatam ab inteſtato non ſuccedere non excludit filiam, cui dos a patre fuit aſſignata, ſed demum eã quæ & iam maritata fuerat,& dotem receperat.cõmunis opin.mihi ſatis probabilis uidetur dummodo

76 & dos competens ſit & interim alatura fratribus† dos autem quando competens uideatur uide Decium conſi.181.col.2. dum ibid. nume. 99. concludit cum

77 communi opinione quòd † dos teſtamento à patre filiæ relicta habet hanc tacitam conditionem ſi matrimonium ſequatur:nos alias tenuimus contra communẽ moti,quia illa uerba pro dote, & ſi cum cõmuni fateremur ſpeciem modi hŕe,attamen negari non poteſt quin is modus principaliter reſpiciat utilitatẽ ipſius filiæ,unde ſuccedit regula, q̃ modus impoſitus poteſt prętermitti ſi ad ſolius grauati non teſtatoris,uel alterius tertij utilitatem pertineat l. Titio centum,in prin.de cond.& demonſt.ff.

78 Quod † intellige niſi cum teſtator pro ſalute animę ſolicitus relinqueret pupillis alienis pro dote certam quantitatem,tunc exigerem eas maritari ne quãtitas in uſus pios relicta male perderetur à fœminis turpiter forte uiuentibus.

79 Quid † ſtante ſtatuto q̃ ſtantibus maſculis filia dotata non ſuccedat abinteſtato an filia dotata excludaṫ etiã nepotes ex filia Natanus cum cõi opin.q̃ ſic ubi C.nu.107.& nu.109. cũ plu.ſeq.idem & nos niſi forte filia morereṫ uiuo patre,tunc.n.nepotes,qui primum locum tenerent,certum eſt,q̃ ſuccederent,quia ſtatutũ q̃ dicit filiam dotatã ſucceſſioni priuari,intelligendũ eſt eo tantum caſu quo filia ſuccedere poſſet, uerum ſi non poſſet,ut in ſpecie hac, tunc ſtatutum, non loquiṫ.nam priuatio pręſupponit habitum, ideſt potẽtiam ex parte priuati l.decem.de uerb.oblig.ergo cũ filia uiuo patre moriens non haberet potentia ſuccedendi ſequitur eo caſu priuari nõ potuiſſe,neq; uoluiſſe ab ſtatuentibus,cũ ergo is caſus omiſſus ſit,ſtãdum eſt iuricõi.Illud aũt dubium,an eã dotẽ nepotes ex ea teneantur imputare in legitimã q̃ alias late dixi uide Bart.col.pe. in l.in quarta ad leg.Falci.ff.

Dotata filia quæ dicatur contra Natanum.

Dos competens quæ dicatur.

Dos filiæ relicta an habeat hanc conditionem ſi matrimonium ſequatur.

Dos quando habeat tacitam conditionem ſi matrimonium ſequatur.

Nepotes ex filia præmortua an excludantur ſtante dicto Statuto.

80 Quid aut† ſi ſtante eodẽ ſtatuto tẽpore mortis apparent nepotes ex filio præmortuo an comprehendantur ſtatuto,& quo ad uerba attinet expeditam cõprehendi non poſſe.C.ſina.cum ſimi.inſt.qui teſtamẽto tutores dari poſſ.ſed quo ad mentem ſtatuentium non dubito comprehendi,cum facilius debeant nepotes excludi q̃ filij arg l.ſi uiua matre.C de bon.mater ubi Corn.in notab.Iaſ.nu.6.in l ſi.pater.C. de inſt. & ſub. ergo. q̃ ſtatuẽtes interrogati ueri ſimiliter dicerent habetur pro cauto glo.app.ubi late Iaſ. in l. tale pactum.§.ſi.de pact ff.Nec ad rem pertinet quod uulgo dici ſolet caſum omiſſum ab ſtatuto remanere indiſpoſitione iuris cõmunis,ſtatutaq; eſſe ſtricte interpretanda.nam ad primum reſpõdeo non uideri omiſſum, ſed ſatis comprehenſum,quòd uerisimili mente ſtatentium fuit comprehenſum: omiſſum, aut tunc tantum uideri cum mente & uerbis fuit omiſſum.Ad ſecundum reſpon. ſtatutum hoc eſſe fauorabile, ut concludit Natan.ſecundum communem ibid.num.89. cum 5.ſeq.& per hoc extendendum.c.odia de reg.iur l.cum quidam.de liber.& poſthu. ff. adde Deci.conſi 589.quod ultimum non firmo.

Filiarum appellatione quando nepotes contineantur.

81 Et dum † Natan. ubi C.nu.115.concludit, q̃ ſi filia nolit nubere ſatis cõditio uideṫ impleta ſi ſibi dos offeratur ab fratribus,idem & nos per l.in iure ciuili.ff. de reg.iur.l.iure ciuili,de cond.& dem.ff.

Dos oblata habetur data.

82 Et dũ † nu.116.cõcludit q̃ ſtante dicto ſtatuto ſi poſthuma mortuo pre naſcaṫ,tũc nõ ſufficiat eã dotari,

Contra communem,

Posthuma filiarum appellatione continetur in statuto quod statutibus masculis, &c.

83 sed succedat cum fratribus, nos cõtra qã posthuma non debet esse melioris conditionis(q̃ ia nata, arg.l. q quartã.§.fi.de leg.1.l.maximum.§.fi.C.de lib. prẽt. l.posthumus,in prin.de iniu.rup.§.posthumi, inst. de exhær.lib,Suares in l.qm̃.C.de inoff.test. lim.6. & de iure regio minor est legitima po humorũ,q̃ filiorũ. Nõ obst.q̃ is casus sit omissus ab statuto,nã resp.utr̃.

Ad eund.ubi ꝛ̃ nu.118.cõcludit,& bene q̃ si pater pro filia ingrediente monasterium ordinis minoris, q̃ monasteria non possunt dotem accipere pro monialibus loco eleemosinæ quãtiratẽ ad dotẽ sufficientẽ super altare potuit ꝑ hoc satis vr̃ impleſſe cõditionẽ illã si dotetur, unde filia non succedit ex uirtute statuti plenius tamen est q̃ filia iuramento renuntiet.

Ad eund.ibid.uersi.quid aut si talis residet q̃ si in scia filia dos eius marito fuerit data satisfactum uidetur statuto, nos idem si pacta fuerat alias secus facit l.2.ff.de cond.& demon.l.fin.de cond.inst.ff.

Ad eund.ibid.nu.121.quẽrit quid si pro filia dotẽ dedi, q̃ uidua facta est ante mortem patris dotantis an conditioni statuti satisfactum uideatur, teneo uideri arg.l.si quis hæredem.C. de inst. dummodo ea

84 dos uel tantundem penes mulierem fuerit.

Contra Natam,

Ad eund. ibid.nu.122.residet q̃ stãte eodẽ statuto excludiꝛ ẽt filia nõ à patre sed ab auo auiave dotata licet uerba statuti habeãt,q̃ dotata à pr̃e non succedat,nos cõtra qa huius statuti finis fuitq; filia non ex toto excluderẽt à successione pr̃is (nec enim secundum magis cõem id & si uellet facere posset statutũ, ut ꝑ Bar.& Doct.in l.Titio centum.§. Titio genero, col.pe.in fi.de cõd.& dem.ff.)ideo uult dotẽ cũ legitima cõpensari,q̃ cõpẽsatio fieri nõ põt cum filia nil ex bonis pr̃is recepit,ut l.qm̃ nouella,(ibi ex substantia eius de cuiꝰ hereditate agit̃).C.de inof.test.ergo &c.

Ad eund.ibid.nu.125. cum quinq; seq. indistincte tenerẽ q̃ dos data ab heredibus eius cuius de hereditate agit̃ sufficiat ad excludendã filiã à successione patris ex ui statuti mouemur, quia finis statuti est in masculis successionẽ cõseruare dũmodo fœminę dotentr̃ ne alias fame periꝛẽt,nec refert quo tẽpore dotentur dummodo interim alant.Ad obiecta resp.utr̃. intellige qn̄ essent heredes filij illius cuius de hereditate agit̃ nã ĩ his terminis loquit̃ statutũ.ſ.abinteſt.

Ad eund.ibid.nu.130.idẽ & nos in principali concluſione sed in ampliatione teneo contrarium inſpecto iure regio licet inſpecto iure communi possit id defendi,uide Decium consi.181.col.2.

Ad eund.nu.132. idẽ & nos non solum in pupillari sed ẽt in exẽplari,& uulgari,licet secus in fideiamissaria,uide Suares in l.qm̃ de inoffic.testam.ampliat.12.

Ad eund.nu.142.nos tenemus legitimatũ uere legitimum esse à tpe legitimationis,in posterum sed antea nõ re uera esse sed uideri, unde cum tpe quo defertur successio iam re uera legitimus reperiatur excludit filiam non secus,quàm si legitimus natus esset.

Ad eund.nu.145.cũ duob seq.opin.huius est magis ęqua,sed cõtraria vr̃ magis iuridica, qa cõseruatio familię ꝓꝓ quam id statutum fit nõ minus in adoptiuis cõtingere uꝛ,q̃ in naturalibus,sed prior op.tenẽda ẽ.

